Gabriel in quartum li
brum ſententiarum.

# Collectoriũ quarti ſententiarũ egregij viri magiſtri Gabrielis biel/ſacre theologie licentiati/Incipit feliciter.

## Propoſuerã quidẽ

Propoſuerã quidẽ poſt abbreuiaturã ſcriptoꝝ ſecũdi ⁊ tertij libroꝝ ſententiarũ/ori meo digitũ apponere: ac ſub ſilẽtio deliteſcẽs/quarti abbreuiationẽ preterire ꝓpter ingenioli mei obtuſitatem:ſcie pauperiẽ:materie latitudinem: ⁊ clariſſimoꝝ ſcribentiũ pluralitatem:quoꝝ fundatiſſimis doctrinis addere nil preſumo. Nimia tñ fratrũ meoꝝ(q̃bus meipm̃ debeo)p̃cum inſtantia deuictꝰ: opus ſupra vires(diuina ꝯfiſus grã)fratrũq̧ meoꝝ orationibꝰ adiutus/aggredior:ſimilibus forma ⁊ ordine/q̃bus in prioribus ꝓceſſurus. ¶ Igit̃ poſtq̃ magr̃ in p̃mis tribus libris egit de rebus fruẽdis ⁊ vtendis ſimul ⁊ de his que vtũtur ⁊ fruũtur:in h̃ quarto libro ſentẽtiarũ ſuarũ:agit de ſacramentalibus ſignis. ¶ Uel ꝯformiter ad priores diuiſiones. Poſtq̃ magiſter in libro primo egit de deo ſm̃ rationem naturalis ꝑfectionis. Et in ſecundo de eodẽ inquãtum relucet eius potentia in opere creationis. In tertio inquãtum relucet eius ſapientia in opere humane reparatiõis. In hoc quarto determinat de eodem inquãtum relucet eius bonitas ⁊ iuſticia in opere vulnerati ſanatiõis ⁊ finalis retributionis. ¶ Et diuidit̃ liber ille in duas partes p̃ncipales. In p̃ma determinat de ſacramẽtis ſalutiferis:hoĩ per pctm̃ lapſo medicinã efficaciter cõferentibus. In ſecũda de finali retributione poſt vnionẽ aĩe ⁊ corporis in generali reſurrectiõe correſpõdente ſinguloꝝ operibꝰ:q̃ pars incipit infra diſtin. xliij. ¶ Circa primũ primo agit de ſacramẽtis in genere: premiſſo breui ꝓhemio. Secundo de ſacramẽtis in ſpecie inſtitutis in nouo et veteri teſtamẽto. Scd̃a pars ibi. Fuit tñ inter illa ſacramẽta ⁊c. ¶ Et quoniã diſtinctio illa hʒ duas diſtinctas materias/vt patet ex diuiſione. Ex qualibet eius parte eliciũtur tres ꝯcluſiones ſententiã textus cõprehendẽtes. ¶ Prima ꝯcluſio partis p̃me. Sacramẽta nõ tm̃ ſignificãdi: ſed ſctĩficãdi grã:ſunt inſtituta. Jõ ve.le.cerimonie ſigna ſunt in onus impoſite: ⁊ nõ ꝓprie ſacramẽta. ¶ Scd̃a ꝯcluſio. Sacr̃a inſtituta ſunt ꝓpter cãm triplicẽ:ſanãdi ſcʒ hoĩs humiliationẽ/eruditionẽ/ ⁊ exercitationẽ. ¶ Tertia. Sacramẽta noue legis q̃ duobus rebus/videlicet ⁊ ſignis cõſtant:ſalutem quã ſacramenta ve.le.tm̃ promittebant:efficaciter preſtant. Harũ ꝯcluſionũ deductionẽ cum ſacramenti diſcriptione vide in textu. ¶ Circa hanc partem diſtinctionis prime queritur de duobus. Primo de ſacramentoꝝ efficacia. Secundo de eorum inſtitutione:neceſſitate ⁊ congruentia. Eſt igitur queſtio prima.

Queſtio.j. Diſtinctio.j.

## A Qõ.1. Utrum ſacramẽta legis no. ſint cauſe effectiue gratie.

Utrum ſacramẽta legis no.ſint cauſe effectiue gratie. ¶ Tribꝰ articulis hec q̃ſtio abſoluetur. Primus erit notabiliũ. Scd̃s ꝯcluſionũ. Tertius dubiorum. Notabilia terminos declarabũt. Cõcluſiones ad q̃ſtionem reſpondebũt. Dubia replicarũ difficultates vel materias coherẽtes terminabũt. Et ne idem ſepius repetere oporteat:hũc ordinẽ ꝑ ſingulas q̃ſtiones huiꝰ quarti/dño autore tenebo: ſicut et tenui in prioribus libris.

Arti.1. Nota.1 ¶ Quãtum ad primũ articulũ/notandũ circa hunc terminũ ſacramentũ:ꝙ ſacr̃m ſm̃ ſctm̃ Tho. ⁊ ſm̃ Durãdũ q.j.quarti:d̃r a ſacrãdo actiue:ſicut medicamẽtũ a medicando: ⁊ ornamentũ ab ornãdo. Et ſicut medicamentũ eſt illud quo aliquis medicat̃: ⁊ ornamẽtũ eſt quo aliq̃s ornatur:ſic ſacr̃m eſt aliq̃d quo aliq̃s ſacratur. Uerũ ſicut virtus interior ſanãs nõ d̃r medicamẽtũ: ſed aliquid deforis adhibitũ vel intus ſuſceptum naturalis virtutis confortatiuũ aut morbi expulſiuũ. Ita etiã interior contritio preparãs:aut gratia formaliter ſanãs/nõ eſt ſacramentũ:ſed aliq̃d corporale ſiue ſenſibile extrinſecus ad ſanctificãdũ hoĩem appoſitũ. ¶ Accipit̃ autẽ nomen ſacramentũ tripl̃r ſm̃ magiſtrũ. Primo ꝓ ſacro ſecreto myſterio ſignato:quo mõ dicimꝰ ſacramentũ diuinitatis:ſacramentũ incarnatiõis:ſacr̃m paſſionis. Et hec acceptio nõ eſt ad ꝓpoſitũ:q: ſacr̃m/de quo hic agit̃: nõ eſt ſignatũ ſed ſignũ. Scd̃o accipit̃ ſacr̃m pro ſacro ſigno: ⁊ ſic accipitur dupl̃r. Uno mõ g̃naliter: ꝓ quolibet ſigno ſacro rei: ⁊ ſic accipit̃ a magiſtro:cũ ait. Sacr̃m eſt ſacre rei ſignũ.q̃ elicit̃ ſententialiter ex verbis beati Aug.x.de ciui. dei.c.v.ſic dicẽtis. Sacrificiũ eſt viſibile inuiſibilis ſacrificij ſacramentũ.i.ſacrũ ſignũ. Et hoc mõ extẽdit ſe ad ſacrificia ⁊ cerimonias ve. teſta. Alio mõ ſtrictius accipit̃ ꝓ ſigno gr̃e efficaci ⁊ certo:quo mõ ſacr̃a no.teſt.dicunt̃ ſacr̃a. Et hoc mõ ponũtur tres diffinitiões ſacramenti:vt recitat Alexã.par.iiij.q.viij. Una eſt btĩ Auguſt.in libro de corpore chriſti. Sacramentũ eſt ꝑ qđ ſub tegumẽto rerũ viſibiliũ diuina virtus ſecretius ſalutẽ operat̃. Scd̃a eſt magr̃i partim elicita ex verbis btĩ Aug. vbi.ſ̃. Sacr̃m eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma: vt ipſius imaginem gerat ⁊ cauſa exiſtat. Tertia eſt venerabilis Hugo.de ſancto Uictore li.de ſacramentis p̃ma parte.c.j. Sacramentum eſt corporale vel materiale elementũ foris ſenſibiliter ꝓpoſitũ ex ſimilitudine repreſentans: ex inſtitutione ſignificans:ex ſanctificatione ꝯtinens aliquã inuiſibilẽ ⁊ ſpũalem gratiã. ¶ Ille diuiſiões ſi bñ intelligũtur variatis verbis eandẽ p̃ferunt ſniam: ⁊ qđ vna obſcurius innuit:alia clarius exprimit. ¶ Nã ad hoc ꝙ aliq̃d ſit ſacramentũ tria requirũtur. Primũ ꝙ ſit res ſenſibilis habens naturalẽ ſimilitudinẽ ad grãm ſiue effectũ dei gratuitũ:quã vel quẽ rep̃ſentat. Naturalẽ ſimilitudinẽ dico nõ per participationẽ eiuſdẽ qualitatis. Sic em̃ corporalia ſeu ſenſibilia nõ ſunt ſimilia ſpũalibus: cum nulla eadem qualitas ſm̃ ſpeciẽ inſit vtriſq̧. Sed ſimilitudinẽ ꝑ ꝓportionabilitatẽ q̃ eſt ſimilitudo ꝓportionatoꝝ: vt ſicut ſe habet hoc ad illud:ita hoc ad iſtud.exempli cauſa: ſicut ſe hʒ aqua ad diluendas maculas corporales: ita ſe habet grã ad abluendas maculas ſpũales. Et hec ſimilitudo bene eſt corporaliuʒ ad res ſpũales. Hec Tho.q.j. arti.ij.diſtin.j.in ſolutione vltime rõnis. ¶ Scd̃m qđ requirit̃ eſt/ꝙ ſit actualiter a deo inſtitutũ. Nam ſolus ille potuit inſtituere ſacramentũ:q̃ potuit ſuo ſigno dare ſignificationis certitudinẽ ⁊ efficaciã. Hanc aũt ſolus deꝰ põt dare:q̃ ſolus põt gratiã infundere ⁊ gratuitũ effectũ cauſare. ¶ Tertium qđ requirit̃ eſt/ꝙ ſit ſignũ efficax ⁊ certũ:ita ꝙ ſemꝑ habeat effectũ ſuũ quẽ ſignat infallibiliter:niſi ſit impedimentũ in ſuſcipiente ꝑ poſitionẽ obicis gratie repugnãtis. Et hec tria intelligere opʒ in ſingulis triũ diffinitionũ. Nam primũ innuitur in diffinitione Augu.in hoc ꝙ dicit̃:rerũ viſibiliũ. Et in diffinitione Magr̃i:viſibilis forma/ideſt ſimilitudo:ideo additur vt imaginẽ gerat. Et accipit̃ viſibile ibi generaliter ꝓ ſenſibili. In diffinitione Hugo.clarius hoc exprimitur. Sed ꝙ ibi d̃r corporale vel materiale elementũ: nõ intelligit̃ elementũ ꝓprie vt diſtinguit̃ cõtra elementatũ: ſed quelibet res ſenſibilis ſiue ſubſtantia ſiue accidẽs. Sicut in euchariſtia. Sacramentũ eſt ſpecies panis ⁊ vini q̃ ſunt accidentia. Et in matrimonio. Sacramentũ eſt verba cõſenſum cõtrahentiũ exprimentia. ¶ Scd̃a cõditio ⁊ tertia ſatis implicite in diffinitione Auguſti.innuitur in hoc ꝙ dicit:per qđ virtus diuina ſecretius operat̃: vbi ĩnuit̃ ꝙ illa tegumenta viſibilia per que ſalus acquirit̃: a virtute diuina aſſumũtur in cooperationẽ: ⁊ ita a deo inſtituta ⁊ certa ſunt ſigna. Et ſi hoc nõ ſatis intelligit̃: ſuppleatur in diffinitione magiſtri in eo qđ dicit̃: ⁊ cã exiſtat nõ em̃ põt cauſa exiſtere:niſi ex diuina inſtitutione. Et ſi eſt cauſa:erit ſignũ efficax ⁊ certũ: ⁊ ita patet tertia cõditio in diffinitione Hugo. Secunda cõditio tangitur cum B

dicitur: ex inſtitutione/ſcꝫ diuina ſignificans: ⁊ tertia in eo qꝺ ſequit̃: ꝯtinens aliquá inuiſibilē ⁊ ſpūalem gr̃am. continens nō formaliter ſed cauſaliter: ⁊ ita ſignum effi cax ⁊ certū. ¶ Et ſi querit̃ cum idem ſit rep̃ſentare et ſi gnificare: quoniá qꝺ rep̃ſentat facit illud qꝺ repreſentat in cognitionē venire: ⁊ ita ſignificat ꝑ quid nomīs ſigni ſeu ſignificare. Augu. de doctrina xp̄iana: ⁊ ponit̃ in lit tera. Quō ergo ex ſimilitudine repreſentat: ⁊ ex inſtitu tione ſignificat. Dicendū ꝙ ex ſimilitudine rep̃ſentat: et ſignificat generaliter et naturaliter oē ſimile ei cui nota eſt ſimilitudo. gr̃a exempli. Baptiſm⁹: q: eſt quedá lotio exterior in aqua: pōt ſignificare oēm lotionē in quacūq; materia ſiue corporalem ſiue ſpūalem cuiuſcūq; creatu re: poteſt em̄ mouere intellectū ad cogitanduꝫ quálibet lotionē ꝓpter naturalē ſimilitudinē mūdationis. Verū ſic nō ſignificat certe ⁊ efficaciter: q: nō ponit ineſſe mū dationē quá ſignificat: mundationē ẜo anime a peccato quá certe ſignificat repreſentat ex inſtitutione diuina: ex quo deus q̇ baptiſmū inſtituit: ſuo ſigno aſſiſtit ad ꝓdu cendū effectū repreſentatū. Et ſi ſignificare accipitur vt includit hanc certitudinē: differentia eſt inter rep̃ſenta re ⁊ ſignificare: q: ſigna equoca .i. dubia ⁊ incerta repre ſentāt: ſed nō ſignificāt. Itē ſacr̃a ex ſimilitudine natura li nō p̃ciſe rep̃ſentant effectū ſacramētalem: ſed omne il lud in quo ſaluatur ſimilitudo. Sed ex inſtitutione pre ciſe determinat̃ ad ſignificandū certe ſacramētalem effe ctum. Et hāc differentiam puto hugonē voluiſſe ponere inter ſignificare ⁊ rep̃ſentare. Significāt aūt ſacr̃a p̄nci paliter gr̃am ſeu effectū gratuitū reſpectu cui⁹ habēt ali quá cauſalitatem: vt infra dicetur: ſignificāt etiá cām me ritoriá gr̃e p̄ncipalem/xp̄i ſcꝫ paſſionē. Significāt tertio ſinē effectus ſacramētalis q̇ eſt vita eterna ad quá oīa ſa cramēta ordinātur. ¶ Exēplū: baptiſm⁹ p̄mo ⁊ p̄ncipali ter ſignificat gr̃am baptizato collatá qua mūdat̃ a pctō. ad hoc em̄ ſignificandū ⁊ cauſandū eſt inſtitutus. Signi ficat etiá xp̄i paſſionē ⁊ mortē. vn̄ ad Roma. vj. Quicūq; baptizati ſumus in xp̄o ieſu: in morte ipſius baptizati ſu mus: conſepulti em̄ ſumus cū illo per baptiſmū in mor tem ⁊c. Significat etiá futuram gloriá ad quá ꝑuenicm⁹ per finalem reſurrectionē. Unde vbi .ſ. apl's. Quō ſurre xit xp̄s a mortuis ꝑ gloriá patris: ita ⁊ nos in nouitate vi te ambulemus. Si em̄ cōplantati facti ſumus ſimilitudi ni mortis eius ſcꝫ ꝑ baptiſmū: ſimul ⁊ reſurrectionis eri mus. Eſt ğ baptiſmus nō ſolū ſimilitudo mortis xp̄i: ſed etiá reſurrectionis xp̄i: ⁊ etiaꝫ noſtre future ad gloriam. Quoad p̄mū ſunt ſigna demōſtratiua habentia ſemper effectū ꝯcomitantē ſublato impedimento. Quātum ad ſcd̄m ſunt ſigna rememoratiua: ⁊ quātum ad tertiū ſunt ſigna ꝓnoſtica. Nam ſignū demonſtratiuū eſt ſignū pro ſentiū. Rememoratiuū eſt ſignū p̃teritoꝝ: ⁊ ſignū preno ſticū eſt ſignū futuroꝝ. Hec ſententialiter Tho. ⁊ cōcor dat Pe. de palu. in .q. ij. in explanatiōe diffinitiōis ſacr̃i: cū notificat̃ ẜm magiſtrū ſacre rei ſignū: ſup ꝟ. ſignum. ¶ Verū q: ſacr̃a ordine nature precedūt effectū ſacr̃alē: reſpectu illius poſſent dici pronoſtica: vt vult Scotus.

Diffinitio ſacr̃i. ¶ Has aūt diffinitiones doc. ſubtilis reducit ad vnam q̄ talis eſt. Sacramentū ꝓpriiſſime acceptū eſt ſignū ſenſi bile: gr̃am vel dei effectū gratuitū ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans: ordinatū ad ſalutē hoīs viatoris. Dicitur p̄mo ſignū ſenſibile: ſiue ſit viſibile ſiue audibi le: ex cā ſupra tacta. Dicitur gratie inuiſibilis: vbi gratia dicit gratiá gratū facientē: ⁊ hoc in aīa ſuſcipiētis ſacr̃m. Additur vel effectum dei gratuitū ꝓpter ſacr̃m euchari ſtie: qꝺ nō ſignificat gr̃am gratū facientē que eſt q̄dá for ma accidentalis: ſed ſignificat corpus xp̄i verū ſub ſpe ciebus contentū qꝺ eſt effectus gratuit⁹: q: ex gratuita voluntate ꝓcedens. Et ꝺ: effectus: non ꝙ tunc de nouo ſiat ſiue eſſe accipiat: ſed q: ſit de nouo p̃ſens illis ſpecie bus ꝑ trāſſubſtantiationē panis in ipſum. Dicit̃ ex inſti tutione diuina: ꝑ qꝺ excludūtur ſigna pure naturalia: vt lotio balnei: ⁊ aqua benedicta q̄ nō eſt ſacramentum: q: nō a deo: ſed ab eccl'ia inſtituta. Dicitur efficaciter ſignifi cans: qꝺ includit certitudinaliter ꝓpter ſigna equiuoca ſiue dubia: vt ſacrificia ve. le. que q: gratiá nō ꝯtulerant quá ſignificabant (ſaltem ex opere operato) vt .j. doce bit̃: nō fuerūt ſacr̃a. Per idem excludūtur imago crucifi xi: petra deſerti: agnus paſchalis: virga aaron: ſerpens eneus: q: ex quo nō contulerūt gratiá vel effectū gratui tum: nō ſunt ſacramēta: lꝫ ſacrarum rerum rep̃ſentatiua. Qꝺ additur: ordinatū ad ſalutē homīs viatoris: nihil ex cludit vel includit: ſed ſinē inſtitutionis ſacramētoꝝ oſtē dit. ¶ Sed cōtra hoc ꝙ ꝺ: ſignū ſenſibile. Arguit̃. Nam de rōne ſacramēti nō eſt ꝙ ſit ſignū ſenſibile. Ná ſi deus inſtitueret aliqꝺ ſpūale ad ſignificandū efficaciter gra tiam: puta meditationē dn̄ice paſſionis: vel aliam cogi tationē aut actū interiorē: aſſiſtendo eidem ad ꝓducēdū gratiá in aīa meditantis: talis actus interior eſſet vere ſa cramētuꝫ: ⁊ tn̄ nō eſſet ſignū ſenſibile. ¶ Preterea. Cor pus xp̄i verū eſt ſacr̃m ſub hoſtia: q: ſacr̃m ⁊ res ẜm doc. ⁊ magiſtrū diſt. viij. Sic in baptiſmate character impreſ ſus res eſt ⁊ ſacr̃m: ⁊ tn̄ nec corpus ſub hoſtia: nec chara cter eſt res ſenſibilis. ¶ Si ꝺ: ꝙ ille diffinitiones dātur de ſacramentis ẜm ꝙ ſunt inſtituta a xp̄o: non ẜm ꝙ pn̄t inſtitui. Contra: diffinitio debet eſſe cōuertibilis cū diffi nito: ideo p̄dicabilis de eo ⁊ ſubiicibilis vniuerſaliter re ſpectu cuiuſcūq; copule: ⁊ in quocūq; caſu poſſibili: nūc aūt in caſu argumēti diffinitū p̄dicaret̃ de ſigno ſpūali: q: illi cōueniret tota ratio noīs ſacramentū. Nihil enim aliud eſt de rōne eius: niſi ꝙ eſt ſignū efficaciter ſignifi cans rem ſacrá .i. effectū gratuitū: vt pꝫ ex noīs deriua tione ⁊ interp̃tatione: ex quo colligitur eius ſignificatio ⁊ tn̄ de tali ſpūali ſigno nō p̄dicat̃ diffinitio ꝓpter gen⁹ diffiniti ſcꝫ ſignū ſenſibile. ¶ Propter hanc rōnē Guil helmus Ockam in ſuo quarto .q. j. ponit aliam breuiorē diffinitionē ſacramēti: quá etiá cōmendat Pe. de aliaco q. j. quarti. ar. iij. que eſt. Sacr̃m eſt ſignū ſignificans effi caciter effectū dei gratuitū. Et ꝑ effectū gratuitū intelli gitur gr̃a gratū faciens accidentalis vel gr̃a ſubſtātialis que eſt corpus xp̄i. Iſta diffinitio omni ſacramento con uenit ꝓprie dicto: ⁊ ſolū tali reſpectu cuiuſcūq; copule: ſaltem poſita cōſtantia ſubiecti. Et licet de facto ſolū pre dicetur de ſigno ſenſibili: pōt tn̄ p̄dicari de ſigno ſpūali. Et ita eſt cōis ſignis ſenſibilib⁹ ⁊ nō ſenſibilib⁹. ¶ Cui placet ſaluare diffinitionē Sco. ⁊ cōia dicta ſanctoruꝫ (q̄ oēs loquūtur de ſacramentis vt de facto inſtituta ſunt) pōt dicere/ꝙ ſignū ſpūale ſi inſtitueretur a deo ad ſigni ficandū effectū gratuitū nō eſſet ſacr̃m: ⁊ ꝯſr ꝙ ratio ſa cramenti includit ꝙ ſit ſignū ſenſibile. Et lꝫ hoc nō ha beatur ex deriuatiōe noīs ⁊ p̄ma eius impoſitiōe: habet̃ tn̄ ex vſu loquētiū: q̇ hꝫ vicē impoſitiōis: maxime q: noīa ſunt ad placitū: ⁊ ꝑ hoc ſoluta eſt p̄ma replica. ¶ Ad ſe cūdum ꝺ/ꝙ nec corpus xp̄i: nec character eſt ſacramētū nō ſolū q: eſt ſignū nō ſenſibile: ſed q: nō eſt ſignū effi cax ſui ſignati: nō em̄ comitat̃ ſignatū: corpus ſcꝫ xp̄i my ſticū/corp⁹ xp̄i verū: neq; in ſuſcipiente ſacr̃m: neq; in ſa cramēto. Tū etiá q: ſignatū nō eſt effect⁹ dei gratuit⁹: eo mō q̇ accipit̃ in diffinitiōe: q: nec gr̃a ḡtū faciēs: nec gr̃a ſubſtantialis: tum q: ad hoc ſignificandū nō ſunt inſtitu ta a deo. Sic de charactere: qui nō eſt inſtitutus ad ſigni ficandū gratiam: ſed ad diſtinguendū ⁊ ꝯfiguranduꝫ, vt infra dicet̃. ¶ Ad magiſtrū ꝺ: cum corpus xp̄i ꝺ: ſacr̃m ⁊ res: ſacramentū capit̃ large ꝓ ſigno ſacre rei: ⁊ non pro prie. ¶ Si querit̃. Quid de colūba ſuper xp̄m viſa: ⁊ lin guis igneis ſuꝑ capita apoſtoloꝝ viſis: que ſignificabāt plenitudinē gratie in xp̄o ⁊ apoſtolis: ⁊ ita eis tota con uenit diffinitio ſacramēti: vt patet diſcurrendo ſingulas particulas. Reſpōdetur/ꝙ nō fuerūt ſigna efficacia gra tie: nō em̄ habebant aliquá cauſalitatem reſpectu gratie Preceſſit em̄ plenitudo gr̃e ſigna: de xp̄o manifeſtū eſt: de apl'is patet: q: non ꝓpter ſigna fuit eis infuſa gratia:

ſed quia fuerūt pleni gratia: apparuerūt ſigna. Fuerūt
eñ illa ſigna a deo exhibita ſolū ad ſignificandū plenitu
dinē gratie nō ad cauſandū. ¶ Sūt aūt tres cōditiones
ſigni efficacis ſm̄ Sco. q. iiij diſ. p̄ñti: videlicet ꝙ ſit ſignū
practicū. i. habēs aliquā cauſalitatē reſpectu ſignati. Se
cunda ꝙ ſit ſignū certū: certitudine vt in pluribꝰ i. ſemꝑ
dū nō ponit̄ impedimentū ex parte ſuſcipiētis. Tertia ꝙ
ſit naturaliter prius effectu ſignato: ⁊ omnia illa defici
unt in ꝓpoſito. Et tantū de diffinitiōe ſacri. ¶ Scd̄o no
Nota. 2. D tandū/ꝙ de materia p̄ncipali q̄ſtionis/videlʒ an et quō
ſacr̄a ſint cauſe gr̄e: ſunt opiniones due ɔ̄rie apud doc.
quas recitat be. Tho. q. iiij. huiꝰ diſt. Et ſimil̄r ſanctꝰ Bo
nauē. Una eſt Alex. de ales. par. iiij q. viij. quā imitat̄ bea
tus Tho. ⁊ durādus. Et hec ponit quattuor ꝑ ordinem.
Primū ꝙ ſacr̄a ſunt cauſe gratie nō tm̄ ſine qua nō. Nam
cauſa ſine q̄ nō: nihil cauſalitatis facit ad inducendū effe
ctum ſupra cauſas ꝑ accidēs: ſicut albū eſt cā ꝑ accidens
domus ſi edificator ſit albus. Cauſa vͦ ꝑ accidēs nō ꝑti
net ad artē: nec ingredit̄ diffinitionē. In diffinitiōe autē
ſacri ponit̄: vt cā exiſtat. Scd̄ʒ ꝙ licet ſacramēta ſint cau
ſa gr̄e: nō tm̄ attingūt effectiue gratiam: nec p̄ncipaliter:
nec etiā inſtrumētaliter in virtute p̄ncipalis agentis: ſed
quādā diſpoſitionē preuiā. Pro quo notat ꝙ ex ſacramē
tis duo ɔſequūtur in aīa ſuſcipiētis ſacr̄m. Primū qđ eſt
ſacramentū ⁊ res ſicut character vel aliquis ornatus aīe
in ſacramētis nō imprimentibꝰ characterem. Scd̄m qđ
eſt res tm̄ ſicut gratia. Reſpectu g̊ p̄mi effectꝰ ſunt ſacr̄a
cauſe aliquo mō efficientes ad illū effectū inſtrumentali
ter nō p̄ncipaliter attingētes. Sed reſpectu ſcd̄i ſunt cau
ſe diſponētes: tali diſpoſitione q̄ eſt neceſſitas niſi ſit im
pedimentum ex parte recipiētis ſacr̄m. Dicit̄ g̊ ſacr̄m eſſe
cā diſpoſitiua gr̄e: inquātum eſt cā inſtrumētaliter attin
gens p̄mū effectū q̇ eſt diſpoſitio neceſſitans ad gratiā.
Tertiū in ſacramētis opʒ ponere aliquā virtutē ſupꝑnatu
ralem ſupra virtutē ꝓpriā naturalē: q̄ eſt quedā res ab
ſolute ſp̄ualis: q: ad effectū ſp̄ualem. Primū oſtendit q:
cū ſacramēta ſint res corporales: nō habēt virtutē natu
ralem ad effectū ſp̄ualeʒ: maxime reſpectu effectꝰ cuius
ſolus deꝰ eſt cauſa p̄ncipalis. Scd̄m oſtēdit: q: virtꝰ cau
ſalis ſemꝑ noīat p̄ncipiū actiōis. Ad aliq̄d aūt ſeu relatio
nō pōt eē p̄ncipiū agendi/neqꝫ terminꝰ actiōis. v. phico.
Et ideo virtus illa ſupꝑnaturalis nō eſt ordo ſacramento
rum ad effectū ſacramētalem: ordo dico inſtitutionis: q:
ille eſt relatio: opʒ igitur ꝙ ſit aliq̄d abſolutum. Quar
tum: ꝙ virtus illa q̄uis ſit quid abſolutum: tamen non
eſt ens completū in natura: ſed eſt quoddā ens incōple
tum: ſicut motus. Huiꝰ rōnē aſſignat: q: ſacramentuʒ eſt
cauſa inſtrumētalis. Eſt aūt hec differentia inter cām p̄n
cipalem ⁊ inſtrumētalem: q: agens p̄ncipale agit ſm̄ exi
gentiā ſue forme: ideo virtus actiua in ipſo eſt aliqua for
ma: vel qualitas habēs eſſe cōpletum in natura. Inſtru
mentū aūt licet ei competat duplex actio. vna quā habet
ex ꝓpria natura: alia quā habet vt motū a p̄ncipali agen
te ⁊ ſemꝑ inquātum inſtrumētum attingit ad aliquid vl
tra illud qđ competit ſibi ſm̄ ſuā naturam: ſiue illud ad
qđ attingit ſit vltima forma: ſiue diſpoſitio ad cā: al̄s nō
ageret vt inſtrumētum. Tamen virtꝰ eius vt inſtrumen
tum ꝓportionat̄ motui: q: agit vt motū a primo agente.
Eſt ergo virtus illa ens incōpletum ⁊ diminutū nō ſixū
in natura: ⁊ per ſe: nō in aliquo decem generū: q: ens in
cōpletum qđ eſt in aīa: diſtinguit̄ ɔtra ens diſtinctum ꝑ
decem genera: reducitur tm̄ ad illud genꝰ in quo eſt vir
tus completa p̄ncipalis agentis: vel in quo eſſet: ſi eſſet
in genere: q: virtus increata nō eſt in aliquo genere. Sic
etiam nō conſtituit̄ in aliquo genere bonitatis/niſi per
reductioneʒ: reducitur aūt ad bona maxima in q̇bus eſt
gratia: que quodāmodo eſt cōpletum ipſius virtutis q̄ſi
ſinis eius. ¶ Addit etiam ꝙ nō eſt incōueniens ꝙ virtꝰ
ſp̄ualis ſit in re corporali in eſſe incōpleto. Ad qđ addu
cit quattuor ſimilitudines. Nā virtus artis eſt in inſtru
mentis motis ab artifice. Et ſermo diſcipline audibilis
cōtinet intentionē anime quodāmodo. In motu etiaʒ ce
li eſt virtus ſubſtantie ſeparate mouētis. Et ſemē agit in
virtute aīe vegetatiue. Conſequenter dicit: ꝙ illa virtus
licet ſit vna in vno ſacramēto: eſt tm̄ in oībus que conſti
tuūt ſacramētū: hoc eſt in elemētis ⁊ verbis ſimul cōple
te: ⁊ in ſingulis in eſſe incōpleto. Et ſi q̄ritur quādo hec
virtus datur ſacramētis: reſpondet ꝙ inchoatiue datur
quādo ſacramēta inſtituūtur in ſpecie inſtrumenti. Sed
cōpletiue datur in vſu ſacramēti quādo actu mouetur a
p̄ncipali agente: licet ſtatim cuʒ vſu ſacramenti deſinat:
nec eſt incōueniens ꝙ virtus q̄ motui ꝓportionatur da
tur rei ſtatim vel poſt modicū deſiture. Hec oīa colligū
tur ex. q. iiij. huius diſt. ⁊ varijs eius articulis. ¶ Alia eſt
opinio cui cōſentit ſctūs Bonauē. Rich. de media villa.
Sco. Ockam. Tho. de argen. ⁊ eorꝫ ſequaces: que tenet
ꝙ deus conſtituit ſacramēta ſenſibilia tanq̄ ſigna certa
gratie: quā ipſe creādo ꝓducit in aīa ſuſcipientis ſacr̄m:
aut in ipſo ſacramēto effectum gratuitū ad hoīm ſalutē
ordinatum: qđ additur ꝓpter ſacramentum eucharíſtie.
Statuit eñ ꝙ adhibito tali ſigno ſm̄ modū ⁊ formā ſue
inſtitutionis: infallibiliter vult aſſiſtere ſuo ſigno: produ
cendo gratiā ſi nō ponatur obex in ſuſcipiente ſacramen
tum quā gratiā al̄s nō ꝓduceret: ſi ſacramentū illud nō
exhiberetur. Et de hoc fecit eccl̄iam ſuam certam. Et iſta
ordinatio ſiue inſtitutio diuina vocat̄ pactū dei initū cū
eccleſia. Et nō eſt ponenda aliqua diſpoſitio media iter
ſacramentū ⁊ gratiā in aīa: ad hoc vt gratia infundatur:
neqꝫ aliqua virtus ſupꝑnaturalis in ſacr̄is aut vſu eorum
qua inſtrumētaliter agerent ad effectū gratuitum vel ad
diſpoſitionē preuiā. Probatio vniꝰ opinionis eſt impro
batio alterius: ideo reſeruabit̄ ad ꝓbationē ɔcluſionuʒ
in ſequēti articulo ponendarum. Et ex illis etiā oſtendit
quō ſacramēta poſſunt dici cauſe effectus ſacramētalis.
¶ Tertio notandum ꝓ dicendorꝫ intellectu: q: cā cōiter Nota. 3. E
diffinitur. Cauſa eſt ad cuiꝰ eſſe ſequit̄ aliud. i. cā eſt res
qua poſita in eſſe/aliqua alia res ponitur in eſſe. Adden
dū eſt: ⁊ qua nō poſita/aliud nō ponit̄ eo mō quo poni
tur. qđ ideo addit̄: q: alias quecūqꝫ duo ſimul t̄pe ꝓdu
cerētur: vnū eſſet cā alterius: ⁊ ita ſi duo infantes ſimul
t̄pe generarent̄ ex diuerſis matribꝰ: vnus eſſet cā alteriꝰ
Et ſi di. ꝙ illi ablatiui: qua poſita: ponuntur in deſigna
tione ɔſequētie: ⁊ per hoc important quādam neceſſita
tem: vt ſic intelligatur: qua poſita: aliud neceſſe ſequit̄.
Et ſic ſolueret̄ inſtantia de duobꝰ infantibus: q: vno po
ſito in eſſe/nō neceſſario alius ponit̄ in eſſe ⁊c. ¶ Cōtra
tunc nulla cā ſcd̄a eſſet cā: q: ad nullius poſitionē ſequi
tur neceſſario effectus: nō eñ ad poſitionē ignis ſequit̄
neceſſario calor vel cōbuſtio: vt ptʒ de pueris in camino
ignis. Unde oīs effectus pure ɔtingēter ſequit̄ ex cauſa
ſcd̄a: q: poſita cā ſcd̄a pōt nō ſequi: nō ɔcurrēte deo. Ad
ditur eo mō quo ponit̄: q: ſi idem calor ꝓducit̄ ſimul ab
igne ⁊ ſole: licet altero remoto/adhuc produceret̄ calor:
tamē nō eo modo q̊ ꝓducit̄ ad vtroqꝫ: q: nō eſt eque intē
ſus: aut nō in tanto t̄pe: citius eñ ꝓduceretur a duobus
q̄ ab vno ſolo. ¶ Si di. adhuc ſequit̄ ꝙ ſi calor ꝓduce
retur ab igne cum p̄ma cā: ⁊ cōſeruaret̄ a ſola p̄ma cau
ſa: tūc ignis nō eſſet cauſa caloris: q: remoto igne non re
moueretur calor in caſu. ¶ Dicendū ꝙ ignis tūc eſt cau
ſa ꝓductionis caloris: q: ſine igne nō eſt ꝓductus: ſʒ nō
eſt cauſa conſeruationis caloris: veruʒ ſi igne applicato
calefactibili deus ſuſpenderet actionē ignis: ⁊ ſe ſolo ꝓ
duceret calorem in calefactibili: tunc ignis non eſſet cau
ſa huiuſmodi caloris ꝓducti: q: ſi ignis applicatus non
eſſet: adhuc calor a deo productus eſſet. ¶ Et ſi diceres.
Tunc ignis p̄ſens calefactibili nō ſuſpenſus: nō eſſet cā
caloris in calefactibili geniti: quia calor ille potuit ꝓdu
ci a ſolo deo remoto igne: ergo ⁊c. Reſpondet̄ negādo
vltimā conſequentiā: quia nō dicitur in diffinitione cau
ſe; qua nō poſita nō poteſt poni effectus: ſed nō ponitur

ſta ꝙ negatur actus non potentia. Nunc aūt in caſu/ remoto igne nō ꝓduceretur calor: q: determinauit ſe de⁹ nō ꝓducere regulariter calorem ſine cauſa ſcda preſente: ⁊ hoc nō eſt ſuſpendere ignem pñtem agere in preſentia ignis: ſed ordinatā ⁊ regularē ſue volūtatis determinationē: que eſt nō agere remota ſecunda cauſa. Et ſic intellecta diffinitio cauſe videtur eſſe cōuertibilis. ¶ Ex quo patet ꝙ vnā rem cauſare aliam: nihil aliud eſt/ niſi ad pñtiā vnius rei aliam rem ꝓduci vel eſſe: vt ignem cauſare calorem in aq̄ appoſita: nihil aliud eſt: ꝙ̄ ad preſentiam ignis calorem ineſſe aque. Nec eſt imaginandū ꝙ inter cauſam immediatā ⁊ effectum ſit aliquod mediū rōne cuius diceretur cauſare: aut ꝙ ipſa cauſa aliquid ex ſe tranſfundat in effectum aut huiuſmodi. Sed cauſare eſt ad nudam preſentiam rei aliam rem incipere vel eſſe. Hoc autem vt dicit doctor: ⁊ poſt eum Pe. de aliaco. q. j. quarti ar. j. cōtingit dupliciter. Uno modo quādo ex natura rei ad eſſe ⁊ pñtiam vnius ſequit̄ naturaliter eſſe alterius. Alio modo quādo ad eſſe vnius ſequit̄ aliud ex ſola voluntate alterius illud ad pñtiam eius ꝓducentis: vt ſi rex ſtatueret/ ꝙ habēs denariū plumbeū ſigno regis ſignatū reciperet de camera regis. 100. florenos Denarius ille pñtatus ad camerā regis: cauſa eſt receptionis. 100. flore. nō ex natura plumbi: ſed ſola voluntate regis. Primū dicit̄ cauſa ꝓprie: quia eſt cauſa ex virtute ꝓpria. i. ex virtute que eſt in ipſa: aut que eſt ipāmet res ſiue eius natura. Scdm vero dicit̄ cauſa ſine qua nō. vnde Pe. de palu. diſt. j. q. j. notificando cauſam ſine qua nō dicit: Cauſa ſine qua nō/ eſt qua poſita aliud ponitur aliūde ⁊c. ꝙ̄uis ſm eum idem videat̄ eſſe cauſa ꝑ accidēs ⁊ cauſa ſine qua nō. Hinc in naturalibus nō cōtingit dare cauſam ſine qua nō: nec mediatam nec immediatam: reſpectu alicuius effectus: ſed tm̄ in voluntarijs: quādo. ſ. cauſa voluntaria determinat ſe ad preſentiā alicui⁹ (qd̄ nō eſt naturaliter ꝓductiuū certi effectus) ꝓducere illū effectum: ⁊ nō ſine illius pñta. ¶ Sed cōtra hoc poſſet argui. Uirtus cauſandi effectum quēcunqꝫ eſt plene ⁊ ſufficiēter in pma cauſa: ⁊ in nulla re creata ſufficiēter ⁊ plene: niſi quatenus ipſa cauſa pma que deus eſt: libere ⁊ cōtingenter voluit: ⁊ ſe determinauit: ꝙ ad pñtiā talis rei vult ꝓducere talem effectū: gratia exempli. Qd̄ ignis ſiue calor eſt cauſa caloris: ex eo eſt: q: determinauit ſe deus ꝙ ad pñtiam caloris vult ꝓducere calorem in alio ſubiecto: nec ſic calor habet eſſe cauſam caloris ꝑ aliquā aliam virtutem ſibi inexiſtentem: ſed ſolum ex eo ꝙ deus ita ſe determinauit ꝙ ad eius preſentiā: ⁊ nō ſine eius pñtia regulariter vult ꝓducere calorem. Et ſi nō ſic determinaſſet: calor idem qui nūc ſine omni ſua mutatione eſſet: eſſet calor: ⁊ nō eſſet cauſa caloris. Unde de⁹ nihil facit per cauſā ſcdam: qn̄ illud faciat ꝑ ſeipſum eq̄ pncipaliter: ⁊ non minus ꝙ̄ ſi ſolus faceret: imo vt dicit do. Pe. de aliaco vbi ſupra. Plus facit deus faciendo aliquē effectum mediante cauſa ſecūda: ꝙ̄ ſi faceret eūdem effectum ſe ſolo: q: quādo facit aliquē effectū mediante cauſa ſecūda: ipſe nō ſolum facit illū: ſed etiā facit cauſā ſcdam eſſe cauſam illius effectus. Unde in factione qua aliquid facit mediante cauſa ſecūda/ ſunt plures termini diuine factionis: ꝙ̄ ſi faceret ſe ſolo: q: in prima vnus terminus eſt effectus de nouo ꝓductus: ⁊ alius termin⁹ ipſa cauſa ſcda in eſſe cauſe. Sed in ſcda eſt ſolum vnus terminus ſcꝫ effectus ꝓductus: ⁊ per hoc ita vere eſt cā ſignū quodcūqꝫ: ſi deus determinat ſe ad eius preſentiā ꝓducere ſignatum: ſicut calor eſt cauſa caloris. Et ideo illa diſtinctio cauſe in cauſam ꝓprie ⁊ cauſam ſine q̄ nō: non videtur ſubſiſtere. ¶ Illa ratio videtur mihi fortis ⁊ ſatis ꝓbabiliter concludere: ꝙ ſi deus determinaret ſe ꝙ ab hac die ad ꝓlationē alicui⁹ verbi a quocūqꝫ prolati: velit dare pluuiā: verbum illud iam ꝓlatum: ita ꝓprie eſſet cauſa pluuie ad eius ꝓlationem a deo cauſare: ſicut calor eſt cauſa caloris: ⁊ hoc videtur oīno verum. Nihil enim habet creatura niſi ex mera voluntate dei illud libere ⁊ cōtingenter ſibi dante: ⁊ ſic poſſet faciliter dici: ꝙ ſacramenta ſunt vere ⁊ ꝓprie cauſe effectus ſacramentalis: quē deus ex pactione ſua cū eccleſia ad eorum exhibitionē producit: ⁊ ita ſaluarent̄ omnes autoritates ſanctorum: ⁊ cōtra nulle militarent rōnes. Nihil eñi inconueniens ꝙ ignobilius aut corporale ſit cauſa nobilioris ⁊ ſpiritualis ex ordinatione ⁊ pactione diuina. Nec h̄ eſt aliud dicere: ꝙ̄ ꝙ ad pñtiam rei minus digne ⁊ corporalis deus ex ſua voluntate libera ꝓducit effectum nobiliorem ⁊ ſpūalem. Nec ex alia rōne cauſat: quecūqꝫ cauſa ſecūda naturalis cauſat. ¶ Ad ſaluandū tm̄ illud dictum et differētiam cauſarū/ pōt dici ꝙ deus in pma rerū conditione determinauit ſe ad ꝓducendū effectus regulariter ad aliquarū rerū/ ⁊ quorūcunqꝫ eiuſdē ſpeciei preſentiam: ⁊ nō ſine eis. Et illis cōuenit eſſe cauſam ex ſua natura. i. ex ea natura in qua cōſtitute ſunt in earū creatione. Et dicitur regulariter: q: deus potentiā ſuam nō alligauit creaturis: qm̄ omnia que pōt cum creatura in gn̄e cauſe efficientis: pōt ſe ſolo: tm̄ vt frequēter quedam nō agit ſine creatura. Quādoqꝫ autē determinat ſe ad ꝓducendum effectū ad pñtiā aliquarū rerū: nō ex creatiōe ſiue ſub earū cōſtitutione: ſed pro tpe poſt creationē earum. Et ille nō dicūtur cauſe ꝓprie vel ex ſua natura: q: nō a conditione ſue nature erant cauſe: qn̄imo naturam ꝓpriam habuerūt pusꝙ̄ inſtituerentur eſſe cauſe. Sic ſacramenta habebant eandē naturā: puta aqua baptiſimatis cum ceteris quē nunc habet: ſed nō fuit cauſa: vel ſignū aut ſacramentū effectus ſpūalis ante inſtitutionem xpi factam poſt ſuam incarnationem. Sed dicūtur cauſe ſine qua nō: ⁊ ita videtur ꝙ illa difficultas cōſiſtit plus in terminis ꝙ̄ in rebus: quātum ad differentiā cauſe proprie ⁊ cauſe ſine qua nō. Et hoc videt̄ intēdiſſe dñs Pe. de aliaco. vbi ſ. in ꝓpoſitione. vij. qua dixit. Licet ad preſentiam ſcde cauſe ꝓprie dicte ſequat̄ effectus: nō ſolum ex voluntate dei: ſed ex virtute ipſius cauſe ⁊ ex natura rei: tm̄ ꝙ ad pñtiam alicuius cauſe ſecūde/ ſequatur aliquis effectus virtute ipſius cauſe ſeu ex natura rei: ſolū eſt ex voluntate dei. Nam hoc ſolū eſt: q: deus vult talē aſſumere cauſam ad cooperandū ſibi talem effectū quē ſine ea poſſet ꝓducere. Et in octaua propoſitione. Licet oīs cauſa ſecūda proprie dicta cauſet effectum ex natura rei: tm̄ ꝙ ipſa ſit cā ꝓprie dicta nō eſt ex natura rei: q: ſolum ex voluntate diuina. Qd̄ non aliter intelligi poteſt niſi ꝙ cauſa ſecūda eſt cā rei nō habēs ex aliqua naturali ꝓprietate ſupaddita: ſed ex voluntate diuina ſe determinantis ad aſſiſtendū ſue nature ad ꝓductionē effect⁹. Nota. 4 F

¶ Conſequēter notandū/ ꝙ ſm cōiter loquentes cauſa diuidit̄ in inſtrumētalem ⁊ pncipalem. Dicit̄ tm̄ cā inſtrumentalis ꝑ oppoſitū ad pncipalem: ⁊ ita tot modis dicit̄ quot pncipalis. Cauſa pncipalis d̄r quattuor modis ſm Sco. q. j. ⁊. iiij. huius di. Primo mō ꝑ excluſionē cauſe ſuperioris agētis: ⁊ hoc mō agere pncipaliter eſt agere independenter: ⁊ illo mō ſola cā pma eſt pncipalis: et oīs cā ſcda inſtrumētalis. Scdo modo cā pncipalis d̄r totū ſuppoſitum agens per aliquā ſui partē: ⁊ pars ꝑ quā totum agit dicit̄ inſtrumētalis: ⁊ ſic totus hō d̄r cauſa pncipalis viſionis: oculus vero inſtrumentalis. Tertio mō cauſa pncipalis d̄r cauſa que attingit effectum pncipalē ſm aliquā preuiā diſpoſitionē: ſic calor dicit̄ cauſa inſtrumentalis reſpectu ignis: ſuppoſito ꝙ nō attingat formā ignis generandi: ſed tantum calorem. Quarto modo d̄r cauſa pncipalis q̄ agit per formā ꝓpriā intrinſecam: ſiue in ſic agendo ſit ſubordinatū agenti ſuperiori ſiue nō. Et cauſa inſtrumentalis eſt que nō agit per propriā formā: ſed tantū ꝑ motionē alterius mouētis: vt in ſciā artis vt ſerra vel ſecuris. Et illo modo oīs diſpoſitio neceſſitans ad formā q̄ eſt ratio receptiua: pōt dici cauſa inſtrumentalis actiua quodāmodo. Sic merita ſunt cauſa īſtrumētalis premij. Nam ꝓprie d̄r: per meritū acquirit̄ premiū:

⁊ tamen meritū nō cauſat p̄miū: nec aliquā diſpoſitio/
nem mediā: ſed ſolūmodo ip̄mmet eſt diſpoſitio p̄uia
ex ordinatione diuina ad p̄miū: non tamen ſicut ratio
Arti. 2. receptiua. ¶ Quātum ad articulū ſcōm eſt ꝯcluſio pri/
Cocl. 1. ma. Sacramēta noue legis effectū ſacramentalē cauſant
B quē ex inſtitutiōe diuina certitudinaliter ſignificāt. Hec
ꝯcluſio quātum ad primā partem ꝓbatur auto. ⁊ rōne.
Et ne ambiguitas incidat ex illo termino effectus ſacra/
mentalis: ꝑ effectū ſacramentalē intelligo gratiā gratū/
facientē quā ꝯſequit̄ ſuſcipiēs ſacramentū nō indigne: ⁊
hoc quātum ad oīa ſacramēta p̄ter ſacramentū euchari/
ſtie: ⁊ quoad illud p̄ſentiam corporis xp̄i ſub ſacramen/
talibus ſignis ſpeciebus ſcʒ vini ⁊ panis. ⁊ ſic intelligo
quotiens de effectu ſacramētali ſit mentio. Probat̄ igit̄
p̄ma pars ꝯcluſionis auto. Augu. in de bap. In ſolis ele
mentis ſacr̄a efficiūt qđ figurāt. Idem ſuꝑ Iohan. Que
eſt virtus iſta aque/ vt corpus tangat ⁊ cor abluat. loqui
tur de aqua baptiſmi. Si abluit cor. i. aīam: ergo ablutio
nem cauſat. Non aūt ſit ablutio aīe niſi per gr̄am: cauſat
igitur gratiā. Item Bed. ſuper Lucam. Chriſtus tactu
mūdiſſime carnis ſue vim regeneratiuā contulit aquis.
Vis regeneratiua eſt vis cauſatiua gratie: q2 per ſolam
gratie infuſionem ſit regeneratio. Item orat eccl̄ia. Pro
ficiant in nobis dn̄e ſacramēta que ꝯtinent: ſcʒ gratiam:
nō continent aūt gratiam formaliter: ergo virtualiter: ⁊
nō niſi ſicut cauſa ſuū effectū. Item magr̄ diffiniēs ſacr̄m
addit: vt imaginē gerat ⁊ cā exiſtat. Ad idem ſonat Hu/
go. j. lib. de ſacr̄is parte. ix. c. j. vbi īter cetera dicit. Debet
omne ſacramentū quandā ſimilitudinē habere ad ipſaʒ
rem cuius eſt ſacr̄m: ſ̄m quā habile ſit ad eādem rem re
p̄ſentandam. Inſtitutionē quoqꝫ per quā ordinatum ſit
ad illam ſignificandū: poſtremo ſanctificationē ꝑ quam
illam cōtineat ⁊ efficax ſit ad eandē ſanctificandis cōfe/
rendā. Ecce dicit ſacramenta gratiā continere: non niſi
cauſaliter: ⁊ efficacia eſſe ad cōferendam gratiā ſanctifi/
candis ſcʒ ſuſcipientibus ſacramenta. Cōſonat Tho. de
argen. diſt. ij. q. j. ar. j. cum inquit. Sacramentū no. le. eſt
in genere cauſe efficientis cauſa ꝑ ſe gratie diuine. qđ ꝓ/
bat ex autoritatibus nūc deductis. Qđ aūt ſit cauſa ꝑ ſe
ꝓbat ex diffinitione cauſe. Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequit̄
aliud. v. meta. ⁊ cauſa ꝑ ſe eſt ad cuius poſitionē in actu
ſemꝑ ſequitur effectus in actu. ij. phyſi. ſed ſic eſt de vſu
ſacramentoꝝ: ergo. hec ille. Rōne ꝓbatur ſumpta ex q̇d
noīs cauſe: nā ad eſſe ſacr̄i ſequit̄ effectus ſacramentalis
qui nō ſequit̄ ſacramento nō poſito: ergo ſacramentum
eſt cauſa ſacramētalis effectus. Cōſequentia tenet ꝑ lo/
cum ad diffinitionē. Antecedens patet: q2 deus inſtituē/
do ſacramenta determinauit ſe ad ꝓducendū effectum
gratuitum ad p̄ſentiam ſacramēti: quē non ꝓduceret eo
Cocl. 2. non poſito: vt infra patebit: ğ antecedens verum. ¶ Se
cunda cōcluſio. Noue legis ſacramenta non ſunt cā gra
tie ex natura ꝓpria eis in p̄ma rerum cōditione tradita.
Probatur ꝯcluſio: quia ante inſtitutionē ſacramentorū
a xp̄o fuerunt vel eſſe potuerunt res ille que modo ſunt
ſacramēta: ⁊ tamen nullam habebant efficaciam ſeu cau
ſalitatem reſpectu effectus gratuiti: cum tamen tunc ha
bebant eandē naturā quā nūc: ergo cauſalitas eoꝝ non
eſt ex natura ꝓpria: alioq̇n manente natura maneret et
cauſalitas. Ad idem faciūt ꝓbationes ſequētis ꝯcluſio/
Cocl. 3. nis. In duabus ꝯcluſionibus omnes ꝯcordant. ¶ Ter/
tia ꝯcluſio. Sacramenta noue legis non cauſant effecti/
ue diſpoſitionē p̄uiā ad ſacramētalem effectum neceſ/
ſitantem. Hec concluſio ponit̄ cōtra opi. be. Tho. ⁊ Pe.
de palu. cum inquit. q. j. diſt. j. Secūda cōcluſio eſt/ ꝙ ſa/
cramenta attingunt ad ꝓductionē diſpoſitionis ad gra
tiam que eſt character vel ornatus: ⁊ pari ratiōe ad gra
tiā ſacramentalem ſi differat ab alia gratia. Et ſ̄m eius
dictum ſupra recitatum: ꝓbatur cōcluſio: q2 illa diſpoſi/
tio ſ̄m eum/ eſſet character in ſacramētis initerabilibus
⁊ in alijs ornatus quidā characteri ſimilis. pʒ ex p̄miſſis

ſed character ille nō eſt diſpoſitio ad effectū ſacramenta
lem: neqꝫ ornatus ille eſt ponēdus. Et ſi ponendus eſſet
reſpectu eius/ ſimil̄r ⁊ reſpectu characteris ſacr̄a nullaʒ
haberent cauſalitatē eam vt terminū attingentē: ğ ꝯclu/
ſio vera. Cōſequētia nota. Et antecedēs tripertitū ꝓbat̄
quātum ad ſingulas partes. Quoad primā ſcʒ ꝙ chara/
cter nō eſt diſpoſitio p̄uia ad effectū ſacr̄alem: ⁊ idē eſſet
de ornatu ſi poneret̄. Arguit̄. Diſpoſitio que pōt ſtare ſi
ne gr̄a ſacr̄ali: ⁊ ſine qua pōt infundi ⁊ ſtare gr̄a ſacramē
talis: vel eiuſdē ſpeciei: non eſt diſpoſitio neceſſitans ad
gratiā ſacr̄alem: ſed talis eſt character: ergo. Cōſequētia
nota cum maiore. Minor ꝓbat̄: quoad primā partē: q2
character manet in recidiuātibus: īmo in dānatis: in qui
bus nō eſt gr̄a. Sil̄r ficte accedentibus ad ſacr̄m īprimit̄
character: alioq̇n recedente fictione iterandū eēt ſacr̄m:
qđ patet eſſe falſum: ⁊ tn̄ nō infundit̄ gratia. Patet ğ ꝙ
charactere pōt ſtare ſine gratia. Scđa ꝑs mīoris/ ꝙ ſine
charitate datur gr̄a: patet in circūciſione: q̄ nō imprimit
characterē ſ̄m eum: ⁊ tn̄ ꝯfert gratiā: īmo ſ̄m Pe. de pa
lu. vbi. s̄. in p̄ma ꝓpoſitione/ li. ar. cōpetit ſe p̄ncipaliter
ad gratiā diſponere: ⁊ facere illud qđ eſt īmediata diſpo
ſitio ad gratiā: īmo ſ̄m eūdem melior eſt diſpoſitio ꝑ li.
ar. ꝙ ſit alia per diſpoſitionē ſacramentalem: ⁊ licet ſint
eedem quātum ad efficaciam: nō tn̄ quātum ad eſſentiā.
Simil̄r baptizato baptiſmate flaminis infundit̄ gr̄a ſine
charactere: nō eñ imprimitur character niſi vigore ſacr̄i
¶ Item character eſt ſignū diſtinctiuū ⁊ cōfiguratiuū/
vt infra dicetur: tale aūt ſignū ſequit̄ gratiā ordine natu
re. Nam ſignū diſtinctiuū preſupponit diſtinctionē eoꝝ
quoꝝ diſtinctionē oſtendit. Simil̄r ⁊ ſignū configurati/
uū p̄ſuppōit ꝯfigurationē ſignatoꝝ. Hec aūt diſpoſitio
⁊ configuratio ſit per gratiā ſacramētalem: ideo chara/
cter p̄ſupponit gratiā ſacramenti: ⁊ ſequit̄ ipſam ordine
nature. ¶ Scđa pars principalis antecedentis/ ſcʒ ꝙ ta
lis ornatus nō ſit ponendus: ꝓbatur: quia ſi eſſet ponē/
dus: ornat⁹ ille erit character: tuʒ q2 indelebilis: nō eñ
habebit contrariū: tum q2 erit diſtinctiu⁹ ab his qui non
habent talem ornatum: ⁊ cōfiguratiuus his qui habent
⁊ he ſunt ꝯditiones characteris: vt infra dicetur. ¶ Pre
terea: tunc ſacramenta imprimentia ornatum/ ita eſſent
initerabilia ſicut imprimētia characterem. Conſequens
falſum. Conſequentia ꝓbatur: quia eſſet eadem ratio in
his ſicut in illis. ¶ Preterea/ vt arguit Sco. in q̇bus ſa/
cramētis imprimitur diſpoſitio ad effectum p̄ncipalem:
ſi ꝓpter obicem in ſuſcipiente nō cauſatur effectus p̄nci
palis: tūc ceſſante obice ſufficit diſpoſitio imp̄ſſa ad effe
ctum illum p̄ncipalem cauſandū: ſicut apparet in ſacra/
mentis imprimētibus characterem que ꝓpter hoc ſunt
initerabilia. Sed in ficte penitēte nihil eſt qđ ſufficiat ad
effectum penitentie ceſſante fictione. alioq̇n non oporte
ret talem ficte cōfeſſum de eiſdem pc̄tis iterum cōfiteri:
qđ non tenetur: ğ in ſacramēto penitentie non imprimit̄
talis diſpoſitio. Pari rōne nec in alijs. Hoc illicitum cō/
cedit ſctūs Tho. ſed eius falſitas oſtendit̄ infra diſ. xvij.
q. j. ar. iij. ¶ Tertia ꝑs minoris/ ſcʒ ꝙ reſpectu characte/
ris: ⁊ hm̄oī ornatus ſi ponet̄: ſacramēta nō habent cauſa
litatem: ipſos vt terminū attingentem ſ̄m eūdem Sco.
creatura nō pōt agere inſtrumentaliter minus p̄ncipali
ter ad terminū creatiōis ſ̄m ipſum opinantes. qđ ſ̄m eū
maxime verū eſt de ſubſtantia corporea cuiuſmodi eſt ſa
cramentū. Diſpoſitio aūt preuia quā ponit: ſcʒ character
aut ornatus eſt termin⁹ creationis: ergo. Minor patet:
q2 talis diſpoſitio eſt forma ſupernaturalis: et quelibet
talis eſt eque nō ducibilis de potentia naturali ſubiecti
recipiētis. Subiectū etiā eque eſt in potentia obiectiua/
li ad quālibet talem formam. Sicut ğ ſacramēta nō ſunt
cauſe inſtrumētales gratie ipſam attingentes: ita nec hu
iuſmodi diſpoſitio nis: cū vtraqꝫ creatur ⁊ eſt forma ſuꝑ
naturalis. ¶ Preterea. Diſpoſitio illa eſt forma indiuiſi
bilis; q2 in ſubiecto indiuiſibili ſicut gratia: ergo produ/

citur in inſtanti: etiā q: terminus creationis. Sed ſacr̄a que habent eſſe ſucceſſiuū ꝓpter verba vocalia q̄ de ratione ſacr̄i nō poſſunt agere in inſtanti. ¶ Et ſi di. ꝙ vltima ſyllaba agit in virtute priorꝝ. Contra nō pōt agere in virtute priorꝝ niſi priores aliq̇d derelinquāt in ſubiecto: ſicut nec vltima gutta cauat lapidē: niſi ⁊ priores aliq̇d abſtuliſſent de partibꝰ lapidis: ⁊ ita tota actio ſacramenti eſt ſucceſſiua: ⁊ ideo nō erit ad terminū inſtantaneum. ¶ Preterea/ipſa vltima ſyllaba hꝫ eſſe ſucceſſiuū ⁊ diuiſibilis eſt in ſemꝑ diuiſibilia: ſicut oīs ſonꝰ tꝑalis. Late ⁊ bene improbat hāc partē doc. ſubtilis: ideo tranſeo.

Cōcl. 4. D ¶ Concluſio quarta. In ſacr̄is noue legis nō eſt ponēda virtus ſuꝑnaturalis ꝑ quā reſpectu ſacr̄alis effectus eis cōueniat ratio cauſalis. Hec ꝯcluſio ponit̄ cōtra tertiū dictū ſcī Tho. quo ponit virtutē quādā ſpūalem ſuꝑnaturalem in ſacr̄is: ꝑ quā ꝯcurrūt actiue inſtrumentaliter ad diſpoſitionē ⁊ diſpoſitiue ad gratiā. Probat̄ itaq̃ ꝯcluſio. Primo ꝙ iſta virtus non eſt ſpiritualis: q: ſi ſic: aut q: ꝑficit ſpiritū: aut ſecūdo/q: indiuiſibilis: aut tertio: q: hꝫ eſſe incōpletū: aut quarto: q: habet tm̄ eſſe obiectiuū. Non p̄mū: q: tūc nō eſſet in corpore: ⁊ ita nec in ſacr̄is. Antecedens ꝓbatur: q: nulla ꝑfectio ſpūs informat corpus. Alioq̇n intellectio ⁊ volitio/ſciētia/gratia/charitas poſſunt ſubiectiue informare lapidem: qđ non cōceditur maxime de potentia ordinata. Nec ſcđm: quia tunc nō poſſet eſſe in ſubiecto diuiſibili: niſi totum eſſet in toto: ⁊ totum in qualibet parte: qđ nō ꝯceditur niſi de ſola aīa intellectiua. Et ſi hoc ꝯcederetur: tunc accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum: q: cū partes ſacramēti nō ſunt ſimul: ſed ſibi ſuccedūt: ſic totū in qualibet ꝑte migraret de parte priore in partē poſteriorē ſuccedentē. Nec tertiū: q: tunc motus ⁊ tēpus dici deberent res ſeu forme ſpūales. Si quartū: tunc nō eſſet ens reale abſolutum: nec eſſet ſubiectiue in ſacr̄is: qđ ipſe negat. q̄ em̄ habent eſſe obiectū ſuo mō tm̄ ſunt in aīa: nō in re extra.

¶ Preterea/ꝙ virtus illa ſimpl̄r nō ſit ponenda: probatur: q: ſi virtus illa eſt res aliqua: aut ſubſtantia aut accidens. Hec em̄ diuiſio entis īmediata fundatur in cōtradictione. Patet ex q̇d noīs vtriuſq̃: ſed nō eſt ſubſtātia manifeſtū eſt: nec accidens: q: non pōt aſſignari ei ſubiectum: qđ ꝓbatur: cum em̄ illa virtus in vno ſacr̄o ſit vna vtputa aq̄: ſacramentū hꝫ vnitatē formalē ſm̄ illum: aut erit ſubiectiue in elemento: aut in verbis: aut in intentione. Ex his em̄ integrat̄ ſacr̄m: ⁊ in quocunq̃ horū ponit̄ cetera ſuperfluūt: ⁊ nō erunt de rōne ſacramēti. Nec pōt dici ꝙ ſit in oībus ſimul: q: idem accidens eſſet in diuerſis ſubiectis/genere/loco/⁊ ſitu diſtinctis. Sequeretur ſimiliter ꝙ accidens eſſet in accidente: q̄ ſunt abſurda et pħie Ariſtotelis extranea. ¶ Nec ſufficit dicere ꝙ q: hꝫ eſſe incompletū: ideo illata de eo concedi poſſunt: ſimul etiam ꝙ cum ſit ſpirituale: eſſe tamen nō poteſt in re corporali. Quia quero quid intelligatur per eſſe incompletum: aut eſſe ſucceſſiuum: aut eſſe tale cui aliquid deficit ad ſuū eſſe requiſitum. Si primū: ſic motus ⁊ tempꝰ habent eſſe incōpletum: ⁊ tamen vtrūq̃ eſt in vno ſubiecto adequato/ſcꝫ in mobili ſm̄ opinionem aliquorꝝ. Vtrūq̃ eſt per ſe in genere. Si ſecūdum: tunc ſimpl̄r non eſt. Nihil em̄ actualiter eſt/cui deficit aliquid ad ſui eſſe requiſitum: ſicut homo non eſt/ſi deficit materia aut forma.

¶ Preterea queritur: quādo illa virtus datur ſacramento: vel in p̄ncipio: vel in medio: vel in fine: ⁊ quodcunq̃ datur relique partes ſacr̄i ſuperfluūt: ita ꝙ ſine eis eſſet ſacr̄m: q: in quocunq̃ inſtanti eſt virtus ſacr̄i: in illo eſt plenum ⁊ verum ſacr̄m aliis oībus circūſcriptis: ſicut in quocūq̃ inſtanti forma humana eſt in materia: in illa eſt verus ⁊ ꝑfectus homo: ⁊ ita eſſet ſacramētum nondum exiſtente forma. Si em̄ in p̄ncipio prolationis forme eſt virtus: ⁊ ita ſacramētum: nondū eſt forma: ſed pars eiꝰ. Si in fine: tunc ſimil̄r nō eſt forma: q: pars eius tranſiit.

¶ Et ſi dicis (ſicut ipſe dicit) ꝙ virtus datur ſacramentis inchoatiue/dum inſtituūtur in ſpecie ſacramenti: ſed cōpletiue in vſu ſacr̄i. ¶ Contra primū. Illa inſtitutio facta eſt a xp̄o dum adhuc ageret vitam mortalē in terris ſaltem ante aſcenſionem: vt infra dicetur: tunc aūt ſacramenta: q̇bus nunc vtimur: nō fuerūt: qđ vero nō fuit: nihil recipere potuit/nec inchoatiue/nec completiue tūc quādo nō fuit. ¶ Contra ſcđm: ꝙ nō recipiūt hanc virtutem completiue dum ſunt in vſu: probatur: q: ex quo ſacramēta conſiſtūt in certa verborꝝ forma: q̄ ſunt de ſacramentorꝝ eſſentia. Quero: quādo ipſam virtutem recipiūt: an exiſtente p̄ma ſyllaba/media vel vltima: et non poteſt dici niſi exiſtente vltima: quia illa deficiente/cetere nō conſtituūt ſacr̄m: nec ſequit̄ effectus ſacramētalis deficiente aliquo ſubſtantiali in forma. Vltima aūt ſyllaba que eſt de neceſſitate ſacramēti: quādo eſt ꝑfecta deſinit: deſinit aūt per p̄mū inſtās nō eſſe: ⁊ ſic recipiet virtutem qn̄ nō eſt: qđ eſt impoſſibile. Et ſi dicis ꝙ recipit virtutem ꝑ partes: quelibet ſyllaba vnam partem virtutis. ¶ Cōtra. Virtus illa eſt indiuiſibilis: quia ſpūalis et ſupernaturalis: ⁊ ita tota ſimul ꝓducitur in inſtanti a virtute ſuꝑnaturali: que eſt infinita. Itē ſi haberet partes aut eiuſdem rōnis: aut diuerſarum. Non ſecūdum: quia eſt forma ſimplex: nec pōt aſſignari diuerſitas partiū ex q̇bus cōponeret̄. Si primū: tunc ꝓducto vno gradu ſeu parte ſufficeret ad eſſe ſacramēti: ſicut vnus gradus gr̄e vel charitatis ſufficeret ad hoīs ſanctificationē ⁊ peccatorꝝ remiſſionē. Item ſimilia illa q̄ adducit ad oſtendendum ꝙ res ſpūalis poſſit eſſe in ſubiecto corporali: non inducūt ꝓpoſitū. Primū nō: q: in inſtrumēto artis non eſt aliqua virtus impreſſa ab artifice p̄ter motū: ſi ponit̄ diſtinctus a mobili: ⁊ ideo ſupponit falſum. Simil̄r falſum eſt/ꝙ in ſermone diſcipline audibili cōtinetur intentio aīe. Intentio aīe eſt cognitio que inheret potentie cognitiue quā ꝑficit: nō alicui rei extra: ⁊ forte hoc etiā ipſe ſenſit: ideo addit quodāmodo. Et ſi ītelligitur ineſſe cauſaliter: nihil ad propoſitum: hic em̄ non queritur cauſa huius virtutis: ſed eius ſubiectum. Pariformiter in motu celi non eſt virtus aliqua que ſit principium effectiuū alicuius effectus in inferioribus: ſed per motum celi fit applicatio partium celi: que cauſant effectus in his inferioribus. ¶ De quarta v̇o ſimilitudine dicitur/ꝙ ſemen agit virtute caloris: q̇ eſt forma ſeu qualitas materialis ⁊ non ſpūalis: nihil em̄ ſpirituale eſt in ſemine: ſed quecunq̃ virtus eſt in eo: eſt materialis ⁊ extenſa ſicut ſuum ſubiectū: ⁊ ideo ſimilitudines ille deficiūt. ¶ Preterea ⁊ finaliter arguit̄ pro ꝯcluſione. Omnis opinio que ponit pluralitatē ſine neceſſitate/eſt penitꝰ irrationabilis ⁊ reprobanda: ſed talis eſt hec opinio ponens ornatum ⁊ virtutem in ſacr̄is modo dicto: ergo eſt irrationabilis. Conſequētia nota. Maior ꝓbatur ꝑ pħm. i. phyſi. q: ex hoc cōmendat opinionē Melliſſi/p̄ferens eam opinioni Anaxagore: qui nō ponit pluralitatē: quā ponit anaxagoras. Simil̄r. vii. phyſi. ⁊. iii. de anima. ꝙ natura nihil agit fruſtra: quare ſemꝑ paucitas ſi ſufficit ad ſaluandū apparentia: eſt ponenda. Sicut ergo ſequēdo rationem naturalē/nihil eſt ponendū niſi qđ ratio naturalis ꝯcludit: ita ⁊ in credibilibus nihil eſt ponendū niſi quod ſidei veritas aut ſcripture autoritas vel eccleſie determinatio aut certa ratio cōuincit: alioquin fides noſtra ſupponeretur humane voluntati: contra illud. ii. Pe. i. Hoc primū intelligentes/ꝙ omnis ꝓphetia ſcripture ꝓpria interp̄tatione nō fit. Non em̄ voluntate humana allata eſt aliquando ꝓphetia: ſed ſpirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoīes. ⁊ ideo vt dicit magr̄: quod de monte ſcripture nō deſcēdit: ea facilitate contēnitur qua approbatur. Minor ꝓbat̄: ad ponēdū hanc pluralitatē ornatus et virtutis in ſacramentis modo dicto: nulla eſt neceſſitas aut ratio naturalis conuincens: neq̃ ſcripture autoritas bene intellecta affirmans: nec determinatio eccleſie compellens: immo hoc ponere vix eſt intelli-

gibile: vt vult ſanctus Bona. Unde videtur pura fictio et
maxime in ſacramēto euchariſtie ponere in ſpeciebꝰ pa-
nis quēdā ornatū vel diſpoſitionē preuiā/ ⁊ in eis vtutē
ad tranſſubſtātiationē panis: q̄ ſit ſola vtute diuina inſti
tuta. Hāc rationē ponit Sco. ⁊ eam ponderat plus cete
ris dn̄s Pe. de aliaco: q̄ etiam in veritate eſt pōderanda
tanq̄ꝫ principiū naturalis phie ⁊ theologie. Et nō paruꝫ
miror quomodo doctor Sco. q̄ pro ingenij ſui acumine
ſubtilis noīatur: in tam ſalubri ſentētia cōſtituťꝰ: tot res
multiplicauit ſine aliqua rōne efficaci in p̄dicamētis ac-
cidentiū/ ⁊ maxime in relationibus: ponēs pene tot res
nouas: quot noīa ſignificatiua: immo infinities plures:
quaſi eiſdē rebus nō poſſent imponi plura noīa non ſy-
Cōcl'.5. nonyma. ¶ Quinta cōcluſio. Sacramenta noue legis
cauſe ſunt gr̄e non principales: ſed primo ⁊ q̄rto modis
inſtrumētales. Prima pars ꝓbatur: q: nō agūt indepen
denter: nec ſunt ſuppoſita: nec attingūt effectū principa
lē ſaltē ex ꝓpria natura: nec per formā ꝓpriā: hi aūt ſunt
modi cauſe p̄ncipalis. Scd̄a pars patet: q: ſunt cauſe de
pēdentes quoad primū: ⁊ nō agunt per ꝓpriam formā/
quoad ſcd̄m: ſed ſunt diſpoſitiōes imediate neceſſitātes
ad effectū ſacramētalē ſm ordinationē diuinā. ¶ Sexta
Cōcl.6. cōcluſio. Sacramēta noue legis nō ſunt cauſe ꝑ accidēs
effectꝰ ſacramētalis. Probať: quia cā per accidēs eſt qua
poſita nō neceſſario ſequiť effectus neceſſario ſtante le-
ge: ⁊ ea remota nō minus poniť effectus: ſicut muſicus
reſpectu edificatiōis. Nā non ſequiť edificatio/ q: muſi-
cus: nec (ſi non fuerit muſicus) remoueť edificatio. Sa
cramēta vo ſunt efficacia ⁊ certa ⁊ diſpoſitiōes neceſſitā
tes remoto impedimēto: quibꝰ poſitis certe ſequiť effe-
ctus ſacramētalis. ¶ Septima ꝯcluſio: ⁊ cū prima rn̄ſa
Cōcl.7. lis. Sacramēta euāgelice legis ſunt cauſe ſine qua non
effectꝰ ſacramētalis. Patet: q: ſunt cauſe effectꝰ ſacramē-
talis/ ex concluſione prima: ⁊ nō cauſe naturales ſiue ex
natura ꝓpria/ ex cōcluſione ſcd̄a: ergo ſunt cauſe ſine q̄
nō. Tenet ꝯn̄a ex ſufficiēti diuiſione. Itē ex volūtaria in-
ſtitutione diuina ſine eis nō cauſať effectꝰ ſacramētalis:
lutū: minima autē ſi conferreẗ in virtute huius obſequij
nūc ſoluti: cōferretur tamen vt ſufficiēter diſponēs: ſic ⁊
nos maius bonū cōferimus pꝛopter obſequiū exhibitū
ꝙ ſperatū. ¶ Sed contra illa quis replicaret. Sacramē
ta fluxerūt ex latere chꝛiſti doꝛmiētis in cruce ſm Augu.
vt. s̄. allegatū eſt. q. ij. diſt. j. Sed tūc chꝛiſtus nō fuit via-
toꝛ: ſiquidē deſijt in moꝛte eſſe viatoꝛ: ergo tūc nihil me-
ruit: et ita paſſio chꝛiſti nō eſt cauſa meritoꝛia. Reſpōdeẗ
ꝙ ſacramēta nō fluxerunt ab illo vulnere tanꝙ a cauſa
meritoꝛia: ſed neq; ab alio vulnere in vita inflicto: quo-
niā vulneribus non meruit chꝛiſtus foꝛmaliter: ſed actu
volūtatis qua ex maxima charitate voluit oīa illa vulne
ra ob honoꝛē dei ꝓpter iuſticiā pati: quem viuēs elicuit:
nō tunc qn̄ vulnus lateris moꝛtuo chꝛiſto inflictuȝ fuit.
Dicūtur autē illa ſacramēta manaſſe ex illo vulnere ſm
Aug. ſpecialiter ꝓpter quandā ſimilitudinē expꝛeſſioꝛeȝ
coꝝ / que ibi fluxerūt ad materias ſeu ſenſibilia que ſunt
in quibuſdā ſacramētis. Sanguis em̄ ſpecialius aſſimila
tur ſpeciei vini / ſub qua eſt ſanguis in euchariſtia: et aq̄
ſpecialius aſſimilaẗ materie baptiſmatis: q̄ duo ſunt p̄n-
cipalia ſacramēta. Et ita dꝛ ex̄ de celebꝛa. miſ. ca. In qua-
dam. In illis duobꝰ ſcȝ aqua ⁊ ſanguine duo maxima ſa
cramenta redēptionis ⁊ regenerationis relucēt. Paſſio
itaq; chꝛiſti nō exterioꝛ inflicta coꝛpoꝛi: ſed intus volita
ex affectu animi fuit cauſa meritoꝛia ſalutis ⁊ gr̄e et oīm
ad ſaluteȝ oꝛdinatoꝝ: que inſtituta ſunt ⁊ data humano
generi. ¶ Et ſi iterū replicares. ſi paſſio eſſet cauſa meri
toꝛia gratie: iā gratia eſſet ex meritis: ⁊ ita gratia nō eſſet
gratia: vt arguit apoſtolus Roma. xj. Reſpōdet Scotꝰ:
ꝙ gr̄a nō eſt ex meritis recipientis gratiā ſaltē gratia pꝛi
ma: poteſt tamen eſſe ex meritis alterius. Nam poteſt q̇s
mereri pꝛimā gratiā alteri: vt dictū eſt in. ij. diſt. xxvij. ar-
ti. iij. Etiam quis ſibijpſi poteſt mereri augmētū gratie.
Et hoc vult apoſtolus cum ait. Si autē gr̄a iā nō ex ope
ribus ſcȝ noſtris: alioquin gratia nō eſſet gratia. Unde
poteſt cōcedi / ꝙ in operibus dei ad noſtrā ſalutem oꝛdi
natis nullū fuit meritū gratie: ideſt ſine quibuſcūq; me-
ritis niſi ſola incarnatio filij dei: vt habitum eſt in tertio
Dub. 2. diſt. iij. q. vnica. ¶ Scd̄o dubitatur. Utrum ſacramētoꝝ
B gratia ſit eadem cum gratia virtutum et donoꝝ. Ad hoc
dubiū diuerſimode reſpōdetur ſm diuerſas opiniones.
Nam Tho. tenet ꝙ gratia diſtinguatur a charitate / re et
ſubiecto: nam gratia ſm eū inheret eſſentie anime ⁊ cha
ritas potētie affectiue que realiter diſtinguitur ab eſſen-
tia anime. Conſequenter dicit: ſicut potentie fluunt ab
eſſentia: ita a gratia que eſt in eſſentia anime fluūt virtu-
tes que ſunt in potentia: et diſtinguūtur ſm actus diuer
ſos perficiētes potētias. Conſequenter dicit ꝙ a gratia
illa que eſt in eſſentia anime fluunt alique ad temperan
dum defectus ex peccato accidētes: ⁊ hec dicūtur gratie
ſacramētales: quia ad has ſacramēta directe oꝛdinātur.
Et quoniā gratia que reſpicit eſſentiā anime / non poteſt
eſſe ſine virtutibus: poteſt autē eſſe ſine gratia ſacramē-
tali: ideo gratia quā ſacramentū continet differt a gratia
que eſt in virtutibus et donis. Hec Thom̄. diſt. j. quarti
ſcripti. q. iiij. arti. v. Sed quia illa opinio repꝛobata eſt di
ſtin. xxvj ij. libꝛi. Oſtenſumq; eſt potentias anime nō dif
ferre realiter ab eſſentia. Nec gratiā a charitate: gratiam
dico gratum facientē: de qua loquitur beatus Tho. ⁊ du
bium motuȝ eſt. Petrus de palude. q. iij. recitata opinio-
ne cōmuni: vt inquit: ꝙ ſunt idem ſacramentoꝝ gratia ⁊
virtutum: in fine queſtionis dicit ꝙ gratia ſacramētalis
nō eſt gratia gratum faciens: nec gratis data infoꝛmis:
ſed gratis data foꝛmata ſicut moꝛales infuſe. Et paulu-
lum ante hoc vult in effectu. Ex quo in omni ſacramēto
datur remediū contra diuerſum defectum: cui nō ſubue-
nitur per gratiam gratū facienteȝ; ſed cōpatiuntur ſe in

eodem concupiſcentia / timiditas / peccatum veniale / et
ſimilia. Nec aliquid coꝛrūpitur niſi a ſuo cōtrario: ergo
eſt alia gratia cōtraria iſtis / per quam tolluntur vel re-
mittūtur / verecundia ſcȝ cōcupiſcentia / peccatum venia
le ⁊ ſimilia: que ſtant cum gratia gratum faciente. Ideo
dicunt aliter Alexander. q. viij. parte. iiij. mēbꝛo. ij. quem
ſequitur Richardus. q. iiij. diſti. j. lib. iiij. arti. iiij. Qd̄ he
gratie diſtinguūtur tm̄ ratione: ⁊ non re nec eſſentia ꝓ-
pter cōparationem diuerſam ad diuerſos effectus: quia
gratia ſacramētalis dicitur inquantū oꝛdinatur ad ſanā
dum animā a moꝛbo peccati: vel ad ſanitatē conſeruan-
dam vel augendam: gratia virtutum dicitur inquantum
oꝛdinatur ad bene operādum. Eſt tamē in re idem habi
tus quo anima ſanaẗ per ſui iuſtificationē: ⁊ dirigitur ad
meritoꝛiā operationē. ¶ Sed vt clarioꝛ ſit reſpōſio. No
tandum cū queritur. Utrū gratia ſacramentoꝝ ſit eadeȝ
cū gratia virtutū: per gratiā ſacramentoꝝ intelligiẗ gra
tia gratū faciens: quā cōferunt ſacramēta ⁊ que eſt res
ſacramēti. Sed per gratiā virtutuȝ intelligiẗ gr̄a que eſt
virtus vel cauſa v̓tutis / aut foꝛma virtutis. ¶ Cōſequē-
ter ſupponitur ex dictis in ſcd̄o. diſt. xxvj. ⁊ in. j. diſt. xvij.
ꝙ gratia idētificatur charitati. ſicut ⁊ potētie anime ipſi
eius eſſentie. Unde patet ꝙ gratia eſt virtus non queli-
bet: ſed charitas. Eſt etiam donū / quia ſapiētia. Patet ſe
cundo ꝙ gratia realiter diſtinguitur a ceteris virtutibꝰ ⁊
donis: ſicut charitas realiter diſtinguiẗ a ceteris donis ⁊
virtutibus / fide ſcȝ ⁊ ſpe ac alijs virtutibus cardinalibꝰ
quia oēs cetere virtutes poſſunt eſſe infoꝛmes ⁊ eſſe ſi-
ne charitate: licȝ nō econuerſo. vnde dicitur gratia virtu
tum: quia eſt foꝛma vel cauſa earū. Patet tertio: ꝙ ſicut
charitas eſt ſpecies ſpecialiſſima: ita ⁊ gratia gratum fa-
ciens. Unde ſequitur ꝙ eſt vna et eadem gratia ſpecie in
omnibus habētibus gratiā ſiue illa ſit infuſa per ſacra-
mētoꝝ participationē: ſiue per merita acquiſita: ſiue etiā
ſine vtriſq; gratuite infuſa nulla ſuſcipiētis diſpoſitione
pꝛeuia: licȝ nō eadeȝ numero: neq; intēſione et gradu. Il
la itaq; gratia dicitur foꝛma virtutum: quia reddit earuȝ
opera deo grata. Eſt etiā quādoq; cauſa mediata virtu-
tuȝ: quia inclinat ad actus omniū virtutū quatenus ſiát
finaliter pꝛopter deū. ex quoꝝ actuū frequētatione gene
ratur virtus. Unde cū dicitur: gratia virtutū: nihil aliud
intelligitur niſi charitas que eſt virtus in ſe ſpecialis et
aliarū virtutum foꝛma: ⁊ quādoq; cauſa earum. Ad opi-
nionē Petri dici poteſt cū Richardo vbi. s̄. ꝙ gr̄a inquā
tum per ſacramentū confertur directe ⁊ immediate: oꝛdi
natur ad ſanādum animā a moꝛbo peccati vel ad ſanita-
tem augēdam. qua per gratiā ſanata iam diſponitur ad
operationē. Et per hoc patet reſpōſio ad dubiū. ¶ Ter- Dub. 3.
tio dubitaẗ de duratione ſacramentoꝝ noue legis. Utrū
ſint perpetua: an aliquando ceſſabunt. Ad illud reſpon
detur ſm Alexandrum. q. viij. mēbꝛo. vj. parte. iiij. ꝙ illa
perpetuitas poteſt intelligi per cōparationē ad ſtatum
vie: ita ꝙ intelligatur non deſitura in ſtatu vie. Uel ſim-
pliciter ideſt nunꝙ deſitura neq; in via neq; in patria.
Tunc reſpōdetur per tres ꝓpoſitiones. ¶ Pꝛima. Sa-
cramēta noue legis in via ſunt perpetua. Pꝛobaẗ: quia ꝓpō. 1.
lex noua eſt vltima poſt quā nō ſequiẗ alia: vt tāgit apu-
ſtolus. ij. Coꝝ. iij. dicens. Legem vetus euacuari: nouaȝ
v̓o manere: ergo et eius ſacramenta manent: nec ipſa ſe-
quuntur alia: ſacramēta enim pꝛopoꝛtionātur legi. Iteȝ
ſacramenta ſunt medicine cōtra moꝛbos vel vulnera: er
go manētibus moꝛbis / debet manere et medela: manēt
autem moꝛbi donec ſumus in via. ¶ Secūda ꝓpoſitio.
Sacramēta noue legis nō manebunt in b̄titudine. Pꝛo 2
batur: quia ceſſantibus vulneribus nō erunt neceſſaria
ſacramenta medicine vulnerum: ſed in reſurrectione li-
berabuntur homines a ſeruitute coꝛruptionis. Un̄ Au-
guſtinus ſuper illud. Qui alligat contritiones eoꝝ. Ps̄.
cxlvj. Alligamenta ſunt ſacramēta: que tunc detrahunẗ
cuȝ perfecta erit ſanitas: ſicut medicus perfecta ſanitate
detrahit

detrahit alligamenta. ¶ Tertia propoſitio. Licet ſacramē/
ta nō permaneāt in gloria: permanebit tm̄ ſacramētoꝝ gra/
tia. Primū patet ex ꝓpoſitione ſcd̓a. Sed ſcd̓m ꝓbatur: q:
ſacramentoꝝ gratia eſt charitas: que ſm̄ apl̄m non excidit:
ſed in patria perficit̄: ideo dicit̄ gratia conſummata: nec tm̄
ideo ſacramēta permanēt ſicut virtutes permanere dicun/
tur: licet nō quantū ad omnē actū: q: aliquis eoꝝ actus nō
includit imperfectionem ſicut actus obedientie iuſticie ⁊c̄.
quoꝝ aūt actus eſſentialiter includūt imperfectionē: ſicut
fidei et ſpei: hec non manent in patria: vt dictū eſt in. iij. diſ.
xxxj. Sacramenta aūt nō manēt: q: ſacramēta habēt imper
fectionē annexā. Inſtituta em̄ ſunt ad humiliationē ſuper/
boꝝ: ad eruditionē ignorantiū: ad exercitationem a bonis
vacantiū. In beatitudine aūt nullū vitiū: ignorātia nulla:
nulla deſidia aut ociū iners locū habet. Deniq; nō ibi ſunt
vulnera aut morbi: nec ſanitatis mutabilitas: ſed in oī bo/
no perfecta ſtabilitas: quare ſuperfluerent ibi ſacramenta.
Nec opus eſt ibi gratiā querere per opus externū et ſignū
ſenſibile: qm̄ per ſe infundit ⁊ confirmat trinitas immedia
te: nec opus eſt ibi cognoſcere per ſigna obſcure: vbi om̄ia
videri pn̄t in verbo clare ⁊ in ꝓprio genere. Qd̓ vero chri
ſti ſacerdotiū manet in eternū: nō arguit ſacramēta in eter/
nū manere. Manet enim ſacerdotiū chriſti: vt dicit Alexā.
quantum ad illa que ſtatus ille qui eſt perpetuus requirit:
vt ſaluare et beatificare electos ac ſeip̄m prebēdo eis cibū
qui eſt obiectū beatifice fruitionis: ſm̄ ꝙ dicit Luc. xij. Pre
cinget ſe et faciet illos diſcūbere: et trāſiēs miniſtrabit eis.
Nō aūt manet ſacerdotiū chriſti quātū ad oia que requirit
ſtatus qui tranſit/ viatoꝝ. Et tantum de illa queſtione.

Queſtio. ij.

SEcūdo queritur cir
ca eandem diſtin. Utrū baptiſmate iohānis
baptizati/ erant baptiſmo chriſti iterū bapti
zandi. ¶ Solito more tres erūt queſtionis
articuli: notabiliū primus: cōcluſionū ſecūdus: et dubioꝝ
Artic. 1. tertius. ¶ Quantū ad primū notandū/ ꝙ baptiſmus non
Nota. 1. dicebatur ideo preciſe iohānis baptiſmus: q: hūc iohānes
A miniſtrabat: q: tūc ſimiliter dicēdus erat baptiſmus petri
quo petrꝰ baptizabat: et pauli quo paulus baptizabat: qd̓
apl̄s reprobat. j. Coꝝ. j. ⁊. iij. reprobās iſtos qui dixerunt ſe
eſſe petri aut pauli ⁊c̄. qui a petro aut paulo fuerunt bapti
zati. Nec ideo dicit̄ baptiſmus iohānis: q: fuit a iohāne in/
ſtitutus. Nō enim fuit inſtitutus a iohāne: ſed a deo a quo
miſſus eſt baptizare. Unde et ipſe iohānes ait Joh. j. Qui
miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit ⁊c̄. Ille aūt inſti
tutor eſt rei cuius precepto ⁊ autoritate res fit. Hinc Augu
ſti. lib. iij. de baptiſmo cōtra donatiſtas. Baptiſmus iohan
nis eſt: ſed ſolū a chriſto cōceſſus: ſm̄ ꝙ iohānes dicit. Nō
poteſt homo quicq̄ accipere niſi datū fuerit ei deſup. Nec
ideo dicit̄ baptiſmus iohānis: q: primus baptizās tali ba/
ptiſmo: poterat em̄ aliquis apoſtoloꝝ baptizaſſe baptiſmo
chriſti: nec propter hoc dici debuiſſet baptiſmus apoſtoli.
¶ Sed dicit̄ baptiſmus iohānis quadruplici ratiōe. Pri/
mo: q: primus promulgator fuit baptiſmatis: nō enim chri
ſtus hoc ꝓmulgauit ſicut ſuū primus ꝓmulgauit ⁊ nullus
diſcipuloꝝ. Scd̓o: q: fuit ſolus miniſter huius baptiſmi.
Nō em̄ diſcipuli iohānis: ſed ſolus ipſe baptizauit. Un̄ Au
gu. vbi. s. cōtra donatiſtas. Nulli ꝓphetarū: nulli prorſus
hominū eſt cōceſſum baptizare in aqua penitētie in remiſ/
ſionē peccatoꝝ: qd̓ conceſſum eſt iohāni: q: mirabili gratia
ſuſpēdēs in ſe corda populoꝝ/ viā prepararet in eis illi quē
ſe tāto predicabat eſſe maiorē. Ex quo ſequit̄ ꝙ baptiſmus
iohānis nō durabat niſi tēpore iohānis: ipſo nāq; exiſtēte
in carcere/ ceſſabat cū illo: ſolus itaq; iohānes et non alius
baptizabat. Et ita cōgruit vt adueniente baptiſmo chriſti/
ceſſaret baptiſmus Johānis/ qui fuit preparatorius ad ip/
ſum ſicut ceſſat generaliter preparatio inducta forma. Ter
tio dicit̄ baptiſmus iohānis: q: iohānes fuit autor totiꝰ qd̓
agebatur per ſuū baptiſma. Nā totū qd̓ ibi fiebat/ iohānes
operabatur. Nā ibi tm̄ fuit exterior corporis lotio: quā to/
tam iohānes operabat̄: nō aūt lotio interior aīe/ quā deus
ſolus operat̄. Nā per baptiſmū iohānis nō conferebat̄ gra
tia ex opere operato: nec ex conſequēti pctōꝝ remiſſio. Un
de Mar. j. Ego baptizaui vos in aqua: ille baptizabit vos
ſpirituſancto. Simile habet̄ Luc. iij. ⁊ Joh. j. ⁊ Act. j. dicit
chriſtus. Johānes quidē baptizauit aqua: vos aūt baptiza
bimini ſpūſancto: non poſt multos hos dies. Et glo. Luce
iij. Probat ſe iohannes nō eſſe chriſtū: q: viſibili tm̄ officio
aqua nō ſpūſancto baptizauit. Ad idē ſunt autoritates Au/
gu. magiſtri Hugo. Damaſ. et alioꝝ. Qd̓ vero Mattheus
ait ex perſona Johā. Ego baptizo vos in aqua in peniten/
tiā. Et Mar. j. Fuit iohānes in deſerto baptizans et predi/
cans baptiſmū penitētie in remiſſionē peccatoꝝ. Nō eſt in/
telligēdum ꝙ iohānis baptiſmus penitentiā et remiſſionē
peccatoꝝ cōtulerit: ſed ꝙ baptiſmū in aqua tm̄ dedit: ⁊ ba/
ptiſmū penitētie in remiſſionē pctōꝝ predicabat: qd̓ etiā ſo
nāt verba Marci bene pūctuata. Quoꝝ ſenſus eſt. Johā/
nes erat baptizans et predicās baptiſmū chriſti qui fuit in
remiſſionē peccatoꝝ: ita ꝙ ly remiſſionē peccatoꝝ/ nō deter
minet participiū baptizans: ſed nomē baptiſmū. Dicit̄ ta/
mē baptiſmus iohānis baptiſmus penitētie: q: baptizādo
docuit penitentiam: vel q: baptizatis impoſuit dignos fru
ctus penitētie ſm̄ Tho. Sed nō pōt dici baptiſmus remiſ/
ſionis peccatoꝝ: q: hāc nō dabat nec docuit: cū nō ſit opus
hoīs ſed dei. Hinc glo. Mar. j. Penitētie baptiſmū dedit:
baptiſma in remiſſionē peccatoꝝ tm̄ predicauit: non dedit.
¶ Corollariū. ſequit̄ ex his/ ꝙ iohānis baptiſmus nō fuit Corol.
ſacramentū proprie dictū: non em̄ fuit ſignū efficax gratie.
Un̄ glo. de cōſe. diſt. iiij. Aliud eſt. Nō eſt ſacramentū redē/
ptionis noſtre: nec deꝰ per illū remiſſionē peccatoꝝ opera/
tus eſt. Unde quotiēs a ſanctis dicit̄ ſacramentū: ſacramē/
tū capit̄ large ꝓ ſigno ſacre rei. Hinc Hugo lib. ij. par. vj. c.
vj. Solū ſacramentū fuit ibi in baptiſmate iohānis: ſed nō
remiſſio peccatoꝝ. Quarto dicit̄ baptiſmus iohānis: quia
nō dabat̄ in forma quā inſtituit chriſtꝰ. ¶ Sed in qua for/ B
ma baptizabat. Tenet magiſter et poſt eū Alex. Pet. de pa
lu. et Tho. ꝙ iohannes baptizabat in forma futuri. Ad qd̓
adducit̄ illud Act. xix. Johānes baptizabat populū baptiſ
mo penitētie dicēs: in eū qui vēturus eſt poſt ip̄m vt crede
rēt. hoc eſt in ieſum. Uenturus/ nō quātū ad carnis preſen
tiā: q: ſm̄ hāc iam venit. Siquidē iohāne predicāte ⁊ bapti
zante chriſtus incarnatus et natus fuit. Sed venturus fuit
quantū ad effectū redēptionis ſiue paſſionis: vel etiā quā
tū ad actū baptizandi docēdi: q: ſicut iohānes ſua natiuita
te preceſſit chriſti natiuitatē: ita etiam ſua baptizatione pre
ceſſit chriſti baptiſmum: et ſua predicatione/ chriſti predica
tionē: et ſua morte/ chriſti mortem. Fuit ergo hec forma ba
ptiſmi iohānis. Ego baptizo te in nomine vēturi. Exponit
Alexā. id eſt in fide vēturi. Sed aliā opi. tangit Duran. que
tenet/ ꝙ iohānes nō baptizabat ſub aliqua forma verborū.
Cuius motiuū eſt: q: baptiſmus iohannis fuit medius in/
ter ſacramēta veteris legis ⁊ noue. Conueniebat em̄ cū ſacra
mētis noue legis: ⁊ maxime cū baptiſmo chriſti in materia:
quia in aqua: ⁊ in expreſſa ſignificatione interne mundatio
nis. Cū ſacramentis veteris legis in inſufficiētia: q: nō con
ferebat gratiā. Cū autē efficacia ſacramēti forme attribuat̄
(et ſicut in rebus naturalibus) actio eſt a forma: poteſt ꝓ/
babiliter dici: ꝙ iohannes in baptiſmo ſuo nō vtebatur ali
qua forma verboꝝ. Nam cū queſtio hec eſt de facto de quo
ſcriptura nihil expreſſe determinat: ꝓbabiliter dici pōt/ ꝙ
nō vtebat̄ aliqua forma verboꝝ. ¶ Ad rationē alteriꝰ opi/
nionis dicūt: ꝙ in verbis illis pauli nō fuit intētio eius/ ꝙ
illa eſſet forma iohānis: ſed fuerūt verba illa beati iohānis
docētis: qd̓ patet ex ipſo cōtextu verboꝝ. Dicit em̄ primo/
ꝙ baptizauit baptiſmo penitētie: deinde dicebat/ vt crede/
rēt in eū qui vēturus eſt. eū. i. ieſum. Cōſtat aūt/ ꝙ de forma
baptiſmi nō erat penitētia: ſed ſolū de doctrina: ergo eodē
modo nō fuit de forma baptiſmi vt crederēt in venturū: ſed
ſolū de doctrina. Utraq; opinio poteſt probabiliter teneri

vtrāq; etiā tangit Sco.q.ij.huius diſt. His ergo quattuoꝛ
de cauſis dicit̃ baptiſmꝰ iohānis. ¶ Verū (vt dicit Sco.)
ſi iohannes baptizaſſet in foꝛma baptiſmi chꝛiſti: quā pote
rat ſcire a diſcipulis chꝛiſti/ vel alijs audiētibus eos bapti/
zare: ille baptiſmus nō fuiſſet dicēdus baptiſmus iohānis
ſicut nec petri ⁊ pauli: ſed baptiſmus chꝛiſti. Verum de illo
nō querit queſtio: ſ; de baptiſmo iohānis quo pꝛeuenit ba
ptiſmum chꝛiſti: quo ſc; baptizabat in noīe vēturi: aut ſine
verboꝝ foꝛma ſm alterā pꝛedictarū opinionum. Et de hoc
baptiſmate intelligēde ſunt ꝯcluſiones et cetera que ſequū
Nota.2. ℭ tur. ¶ Scđo notandū ꝙ de materia queſiti due fuere opi/
niones. Una magiſtri: quā etiā ſaluare nititur Alex. hec te/
net ꝙ baptizati baptiſmo iohānis erāt duplices: quidā em̄
in illo ſpem ponebant non referentes baptiſmum iohānis
ad baptiſmum chꝛiſti: nec habebant fidem trinitatis: ſicut
hi qui dixerunt. Neq; ſi ſpiritusſanctus eſt/ audiuimus: vt
habetur Actuum.xix. Et illi erāt baptizandi baptiſmo chꝛi
ſti. Nā et tales iterū baptizati ſunt in nomine ieſu: vt ibi di/
citur. Qui vero ſpem in baptiſmo iohānis nō fixerunt: et ſi
dem trinitatis habuerunt: nō ſunt baptizati denuo baptiſ/
mo chꝛiſti: ſed per impoſitionē manuū ab apl̃is factā/ rece/
perūt ſpiritūſanctū in robur quē pꝛius receperunt in remiſ
ſionē peccatoꝝ. ¶ Pꝛo iſta opinione arguit̃. Nā Act. viij.
habet̃ ꝙ apoſtoli in ſamariā venientes eos q̄ baptizati fue
rūt a philippo nō rebaptizabāt: ſed tm̄ manus imponebāt
et accipiebāt ſpiritūſanctum: nō em̄ in quēq̄ illoꝝ venerat
ſpūſſanctus. Cū aūt baptiſmus in noīe ieſu chꝛiſti ſine col/
latione ſpūſſancti ſit baptiſmus iohānis: ſequitur ꝙ bapti/
zati baptiſmo iohānis nō fuerūt rebaptizandi. Itē Hiero.
ſuper illud Johel. ij. Effundam de ſpū meo. dicit: ꝙ hec eſt
cauſa quare quidā baptizati a iohāne baptiſmo chꝛiſti/ ite
rū baptizati ſunt a paulo: q: fidē trinitatis nō habebāt. Et
ergo a cōtrario ſenſu baptiſmate iohānis baptizati/ et fidē
trinitatis habentes/ nō erant baptiſmo chꝛiſti baptizandi.
¶ Itē apoſtoli ſunt baptizati baptiſmo iohannis ſaltē an
dreas et ceteri qui fuerunt diſcipuli iohānis: et tm̄ nō legun
tur iterū baptizati baptiſmo chꝛiſti: ſed dūtaxat baptiſmo
flaminis: ſicut dixerat eis chꝛiſtus Act. j. Johānes baptiza
bat aqua: vos aūt baptizabimini ſpūſancto: non poſt mul/
tos hos dies. qđ et impletū eſt in die pētecoſtes. ¶ Pꝛeter
ea baptizati baptiſmo iohānis habentes fidē ſancte trinita
tis/ habebāt quicquid requirit̃ ad ſalutē: ideo nō fuit opus
iterū baptizari. Añs ꝓbat̃: q: per baptiſmū iohānis habe/
bant ablutionē exterioꝛē: et per fidē trinitatis interius inſi/
gebatur character: habebāt et ſpiritūſanctū per impoſitio/
nē manuū apoſtoloꝝ: et illa ſufficiūt ad ſalutē: ſm illud Jo
hā. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto ⁊c. Per
iohānē aūt miniſtrabatur aqua: et per manus impoſitionē
ſpūſſanctus. ¶ Itē in receptione ſacramētoꝝ qđ datur/ nō
eſt iterandū: ſed ſi quid omittitur/ caute eſt implēdū: vt ha
betur de clerico per ſaltū pꝛomoto. c. vnico. Et de ſacramē/
tis nō iterādis. c. j. Sed in baptiſmo iohānis dabatur ablu
tio exterioꝛ: ergo ſi defuit interioꝛ: illa erat ſupplēda: ⁊ non
exterioꝛ iterāda: ſupplebatur aūt manuū impoſitione. Hac
em̄ dabat̃ ſpūſſanctus quo interius abluitur anima a ſoꝛdi
bus peccatoꝝ. ¶ Itē in baptiſmo iohānis fuit debita ma/
teria ⁊ foꝛma/ et ita verū baptiſma: et per ꝯñs nō iterandū.
Añs ꝓbat̃: de materia/ q: aqua: de foꝛma/ q: eadē qua apo/
ſtoli baptizabāt: baptizabāt em̄ in nomine chꝛiſti: iohānes
in nomine vēturi: hic aūt erat chꝛiſtus. dicit Paulus Act.
xix. vēturi. i. ieſu chꝛiſti. Et ergo ſicut baptiſmus diſcipulo/
rū chꝛiſti ſuffecit: ita et iohānis. ¶ Alia eſt opinio cōis ſan
cti Tho. et ſancti Bonauē. Sco. et Pet. de palu. ⁊ alioꝝ cō
muniter: ꝙ oēs baptizati iohānis baptiſmate iterū bapti
zādi erāt baptiſmo chꝛiſti. Nec ſuffecit baptiſmus iohānis
ad ſalutē: q: non contulit gratiā: ſed erat tm̄ pꝛeparatio ad
baptiſmū chꝛiſti: etiā quantācūq; baptizati haberēt fidē tri
nitatis: nec ſpem ponerent in eo: ſed ipſum referrent ad ba
Nota.3. ptiſmum chꝛiſti: ſm quam opinionē ponētur cōcluſiones.
ꝺ ¶ Tertio notādum/ ꝙ refert iterū baptizari: ⁊ iterato ba/
ptiſmo baptizari. Nā iterū baptizatur/ qui poſt pꝛimā ablu
tionē ſcđo abluitur: ſiue pꝛima ablutio fuerit verum baptiſ
ma ſiue nō: ſed tm̄ exterioꝛ ablutio. Sed iterato baptiſmo
baptizatur: qui poſt verū baptiſma receptū/ ſecūdo bapti/
zatur. Ex quo ſequit̃/ ꝙ lic; baptizati baptiſmo chꝛiſti poſt
baptiſmū iohānis iterū baptizabātur: nō tm̄ iterato baptiſ
mo: q: baptiſma non iterabat̃: q: pꝛimus baptiſmus/ ſc; io
hānis nō fuit verū baptiſma: ſed pꝛeparatio ad verū baptiſ
ma. Hāc differentiā tāgit magiſter in fine huius diſt. cū di/
cit: baptizati ſunt in noīe chꝛiſti: nec in his iteratum eſt ba/
ptiſma: ſed nouatū. loquit̃ de his qui poſt baptiſmū iohā/
nis receptū/ baptizati ſunt baptiſmo chꝛiſti. ¶ Quātū ad Artic. 2.
articulū ſcđm eſt hec concluſio vnica. Uniuerſaliter oēs io Conclu.
hānis baptiſmate baptizati/ poſt ſufficientem baptiſmatis vnica. ℭ
chꝛiſti pꝛomulgationē erāt iterū chꝛiſti baptiſmate baptizā
di. Quod dicitur (vniuerſaliter oēs) intelligēdū eſt pꝛeter
chꝛiſtū: nō em̄ chꝛiſtus vnus eſt ex oībus legi ſubiectis: ſed
vnus ſup oēs et ſuper legē: q: dñs eſt filius hoīs ⁊ ſabbati.
Huic cōcluſioni cōſonat Pet. de palu. pꝛeſenti diſt. q. ij. ar.
v. Et ponit rationē Richar. ar. ij. q. vlti. q: cū baptiſmus io
hannis eſſet quedā pꝛeparatio ad baptiſmū chꝛiſti ſicut ad
medicinā ſanatiuā: ideo ſicut infirmus accepta pꝛeparatio/
ne idiget medicina ſanatiua: ita et hic baptizatis baptiſmo
iohānis neceſſarius erat baptiſmus chꝛiſti. Dicit̃ etiā poſt
ſufficientē pꝛomulgationē ⁊c. q: circunciſi ante pꝛomulga/
tionē per circūciſionis ſacramētū ſine baptiſmate ſaluabā/
tur: vt. s. dictū eſt diſt. j. q. iiij. Nō aūt circūciſi baptizati io/
hānis baptiſmate fuere deterioꝛis cōditionis non baptiza/
tis: ergo ſaluari poterant ſine baptiſmo chꝛiſti ſicut ceteri.
Hac declaratione pꝛemiſſa/ ꝓbatur ꝯcluſio autoꝛitate bea/
ti Augu. ſuper Job. homel. v. de cōſe. diſt. iiij. Aliud eſt. Si
quos baptizauit iohānes iterū ſunt baptizati: plane iterū:
ſed nō iterato baptiſmo: quos enim Judas baptizauit: ba
ptizauit etiā chꝛiſtus: quos aūt baptizauit iohānes/ bapti/
zauit iohānes. quaſi diceret: nō chꝛiſtus. Idē de baptiſmo
cōtra donatiſtas. Tali baptiſmo chꝛiſtus mundat eccleſiā:
quo accepto nō erat alterū neceſſariū. Johānes aūt tali ba
ptiſmo pꝛecingebat: quo accepto eſſet etiā baptiſma domi
nicū neceſſarium. Itē idē: Baptizauit Judas ⁊ eſt baptiza
tum: baptizauit iohānes et nō eſt baptizatū. Et in enche. c.
xlviij. Nō renaſcebātur qui baptiſmate iohānis baptizabā
tur a quo et chꝛiſtus ipſe baptizatus eſt: ſed quoſdā pꝛecur
ſoꝛis illiꝰ miniſterio qui dicebat: parate viā dño. Huic vno
in quo ſolo renaſci poterāt: parabat̃. Huius em̄ baptiſma
eſt/ nō in aqua tm̄ ſicut fuit iohānis: ſed in ſpūſancto: vt de
illo ſpūſancto regeneretur q̄ſquis in chꝛiſtū credit: de quo
chꝛiſtus generatus regeneratione nō eguit. ¶ Pꝛobat̃ eti
am rōne. In nouo teſtamento baptiſmus eſt de neceſſitate
ſalutis: ille (inquam) qui fit in aqua et ſpūſancto: ſm illud
Job. iij. Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto: nō pōt
introire in regnū dei. ſed talis baptiſmus nō fuit iohannis
baptiſmus: ſed ſolus baptiſmus chꝛiſti: ergo de neceſſitate
ſalutis fuit baptizari baptiſmo chꝛiſti. Cōſequētia nota cū
maioꝛi. Minoꝛ patet ex allegationibus adductis. Itē ba/
ptiſmus iohannis nō fuit baptiſmus: q: defecit foꝛma que
eſt eſſentialis ſacramēto: et ideo nō pꝛeſtabat gratiā ex ope
re operato: ⁊ ꝑ ꝯñs nō ſuffecit vt ſacramentū ad ſalutē. Itē
baptizatus baptiſmate iohānis: et nō habēs fidē trinitatis
tenebat̃ baptizari baptiſmo chꝛiſti: ergo etiā hi qui habue/
rūt fidē trinitatis et ſpem. Tenet ꝯña: q: fides ⁊ ſpes ſuſci/
piētis ſacramentū nihil faciūt ad ſacramētum: licet poſſint
facere ad rem ſacramēti percipiēdam. Nā ſacramēta gratiā
cōferūt nō ex fide recipiētis: ſed vt dictū eſt: ex opere opera
to. Unde infidelitas ſuſcipiētis baptiſma/ nō eſt cauſa ſuſci
piēs ꝓpter quā opoꝛteat eū alias baptizari: dū tm̄ intendit
ſuſcipere qđ eccleſia intēdit cōferre: ideo ſi ſuſcipiēs baptiſ
mum iohānis/ ſine fide/ tenebatur iterū baptizari: hoc fuit
ex defectu baptiſmatis: q: nō erat ſacramentū ⁊ baptiſmus
ſacramentū neceſſarius eſt ad ſalutē. Nec fides addita fecit
de nō ſacramēto ſacramentū: ſicut ſi quis habens fidē trini

tatis modo baptizaret nõ in forma chriſti:nõ eſſet baptiza
tus. ¶ Preterea arguitur ad cõcluſionẽ ſm̃ Sco.et Ricb.
generale preceptum chriſti de baptizãdo obligabat oẽs ad
hoc vt eſſent mẽbra eccleſie ad ſuſcipiẽdum ſignũ cõmune
oĩbus ingrediẽtibus eccleſiã. Hoc aũt nõ preſtabat baptiſ
mus iohannis:vt dicetur infra de charactere. Deniqꝫ medici
na preparatiua ſuſcepta congruũ fuit recipere medicinam
curatiuã:ſicut inducta diſpoſitione ad formã principalem/
forma principalis inducẽda eſt:ſed baptiſmꝰ iohannis erat
medicina preparatiua ⁊ diſpoſitio preuia ad baptiſmũ chri
ſti:ſicut ipſe ait Joh.j. Ego vos baptizo in aqua ſcꝫ tm̃:me
dius veſtrũ ſtetit quẽ vos neſcitis. Et ſequitur. Hic eſt q̇ ba
ptizat in ſpũſancto:ergo baptiſmũ iohãnis ſequi debet ba
ptiſmus chriſti:ad quẽ diſponebat. Itẽ Act.xix.clare habe
tur:ꝙ baptizatos baptiſmate iohãnis/paulus fecit bapti
zari baptiſmo xp̃i: et dehinc impoſuit eis manꝰ ⁊c̃. ¶ Re
ſtat nunc ſoluere rõnes ꝓ opinione magiſtri adductas. Ad
primã dicitur: ꝙ baptizati a philippo/baptizati ſunt baptiſ
mo chriſti:et ideo nõ fuerũt rebaptizãdi: in quo baptiſma
te dabatur ſpũſſanctus ad peccatoꝝ remiſſionẽ: nõ aũt ad ro
bur qḋ eſt ſacramẽti confirmationis:qḋ dabatur tm̃ per apo
ſtolos q̇ fuerunt epĩ. Philippus aũt fuit vnus de ſeptẽ dia
conis:qui nõ habuit officium cõfirmãdi:qḋ tm̃ epiſcopoꝝ
eſt. Qḋ vero dicitur:ꝙ nõdũ in quẽꝙ̃ eoꝝ venerat ſpũſſan
ctus:intelligendũ eſt in ſigno viſibili ad robur:ꝙ̃uis vene
rat inuiſibiliter ſicut ⁊ nũc in baptiſmate:et ideo miſſi ſunt
petrus ⁊ iohãnes/vt manus imponẽdo cõfirmarẽt:⁊ ſic ac
ciperẽt ſpiritũſanctũ viſibiliter in dono linguarũ: ſic em̃ in
primitiua eccleſia quibus apoſtoli manus imponebãt in ſi
gnũ receptionis ſpũſſancti loquebantur linguis ſicut apo
ſtoli. ¶ Ad ſcḋm ḋr:quicquid ſit de originali vnde illa ver
ba ſumpta legũtur: ſaltẽ ex glo.ordi. illa mẽs ſumi nõ põt:
ſed tantũdem ꝙ baptizati in noĩe venturi/⁊ hoc baptiſmo
iohãnis:debebãt dehinc verũ baptiſma recipere:quia non
erãt baptizati in ſpũſancto ſeu myſterio trinitatis/⁊ hoc ve
rũ eſt. Et idẽ preciſe vult Augu.in ep̃la.xlviij. cõtra vincen
tiũ donatiſtã iuxta finẽ cũ docet baptizatũ ab heretico non
fore rebaptizãdum: ſed baptizatũ baptiſmo iohãnis fuiſſe
iterũ a paulo baptizãdum/rationẽ annectit: qꝛ baptizatus
baptiſmo chriſti: licet ab heretico baptizatus eſt baptiſmo
chriſti: ſed baptizatus baptiſmo iohãnis nõ eſt baptizatus
baptiſmo chriſti:ergo venit iterum ⁊ vere baptizãdus: ſed
nõ iterato. Attamẽ admiſſis verbis beati Hiero.ſuper Jo
hel.ij.cõcedit:ꝙ baptizati baptiſmo iohãnis nõ habẽtes ſi
dẽ trinitatis/baptizãdi erãt. Sed nõ ſequitur a contrario ſen
ſu/ꝙ habẽtes fidem et baptizati baptiſmo iohãnis nõ ſunt
iterũ baptizãdi: qm̃ cõſequẽtia a cõtrario ſenſu nõ tenet ni
ſi in cauſis preciſis:modo non ſola infidelitas fuit cauſa re
baptizãdi:ſed magis qꝛ baptiſmus iohannis nõ fuit verus
baptiſmus. Vel (vt dicit Tho.) btũs Hiero.in verbis ſuis
nõ intẽdit aſſignare cauſam iterũ baptizãdi: ſed inſufficien
tiã fidei requiſite ad ſalutẽ. Vñ ait: Qui dicit ſe credere in
chriſtũ/et non credit in ſpiritũſanctũ: nondũ habet claros
oculos:vt allegat magiſter in textu. ¶ Ad tertiũ dicitur/ꝙ
apoſtoli baptizati ſunt:licet nõ legatur qñ ⁊ vbi:vt dicit glo.
Joh.xiij.ſuꝑ illud: Qui lotus eſt/nõ indiget ⁊c̃. Nõ tñ dicit
glo.ꝙ ſint a chriſto baptizati:ſed qꝛ ipſi alios baptizabant
vt habetur Joh.iiij. Non eſt veriſimile/ꝙ ipſi nõ primũ fuiſ
ſent baptizati eo baptiſmo quo ipſi baptizauerũt.i. baptiſ
mo chriſti: prius em̃ exẽplo ſui magiſtri ceperũt facere ⁊ ſic
docere. Multa em̃ facta ſunt que ſcripta nõ ſunt. Joh.xx.
et vlti. Hinc ait glo.ſuꝑ illud Joh.iiij.cũ dicitur. Jeſus plu
res diſcipulos facit ⁊ baptizat ꝙ̃ iohãnes. Super verbo ba
ptizat/dicit glo.per ap̃los ſuo baptiſmo:nõ eo quo bapti
zatus eſt. Illud em̃ ſubijt vt eſſet via et preparatio ſuo ba
ptiſmo. Et ꝙ per apoſtolos tunc baptizauerit: licet prius
(cap.iij.) per ſe baptizauerit ſumi poteſt ex ca.iiij. cũ ſubiũ
gitur. ꝙ̃ꝙ̃ ieſus non baptizaret:ſed diſcipuli eius. Hoc em̃
verũ eſt ꝙ tũc nõ baptizauit per ſe:ſed per apoſtolos vt al
tioribus intẽdere poſſet: et ſic nulla eſt contradictio in ver
bis chriſti/cũ (Joh.iij.) dicitur baptizaſſe:et (Joh.iiij.) non
baptizaſſe. Facit ꝓ illo epiſtola.cviij.beati Augu.ad ſilen
tianũ:et habetur de cõſe.diſt.iiij.qñ ab hieroſolymis. vbi ha
betur diſcipulos tũc fuiſſe baptizatos qñ iuit in terram iu
deã ⁊ illic morabatur. Joh.iij.et qḋ magis credibile eſt:ba
ptiſmo chriſti. vide epiſtolã et ſimiliter Lyrã Joh.iiij. Itẽ
epiſtolã ad vincentiũ nõ longe a fine.eſt ep̃la.xlviij. ¶ Ad
quartũ dicitur:ꝙ baptizati baptiſmo iohãnis nõ habebãt
quicquid requiritur ad ſalutẽ:qꝛ nõ habebant regenerationẽ
ex aqua ⁊ ſpũ:baptiſmus em̃ iohãnis nõ regenerabat:non
em̃ fuit ſacramentũ:defecit em̃ forma:nec dabat ſpiritũſan
ctum:vt dictũ eſt:nec impreſſit characterẽ: nec apoſtoli ma
nus imponebãt baptizatis tm̃ baptiſmo iohannis:ſed ba
ptizatis baptiſmo chriſti. ¶ Ad quintũ dicitur:ꝙ verũ eſt
qñ aliquid ſacramẽti confertur. In baptiſmo aũt iohãnis ni
hil ſacramẽti cõferebatur. Ablutio enim exterior ſine deter
minata forma nihil eſt ſacramẽti: ſed qñ ablutio cum debi
ta forma ⁊ ablutione ſimul ⁊ intẽtione cõcurrũt: faciunt ſa
cramentũ:et tũc quodlibet hoꝝ eſt aliquid ſacramẽti: ⁊ nõ
qñ alterũ deficit. Illa aũt maxima.qḋ omiſſum eſt/eſt cau
te ſupplendũ. nõ habet veritatẽ in vno ſacramẽto:ſi omitti
tur aliquid ſubſtãtiale ſacramẽto:tũc em̃ nõ eſt ſacramẽtũ.
Sed veritatẽ habet de diuerſis ſacramẽtis ordinatis adin
uicẽ/ſicut in ordinibus ſacris:ſi quis ꝑ ſaltũ promouetur: pu
ta ad ſacerdotium omiſſo ordine diaconatus/ nõ eſt iteran
dus ordo ſacerdotalis:ſed accipiendus eſt ordo diaconatꝰ
etiã poſt ſacerdotiũ:et in illo caſu loquuntur canones alle
gati. Vel ſi in vno ſacramẽto vna pars poſſet eſſe ſacramẽ
tum ſine alia: vt in euchariſtia ſpecies panis pñt eſſe ſacra
mentũ ſine ſpeciebus vini/et ecõuerſo. Ibi ſi panis nõ con
ſecretur ſed vinũ:nõ eſſet iteranda vini cõſecratio:ſed ſup
plenda cõſecratio panis: nõ ſic in propoſito/ſi hodie fieret
ablutio in aqua:cras proferretur forma:nõ eſſet ſacramen
tũ. ¶ Ad ſextũ negatur:ꝙ in baptiſmo iohannis fuit debita
forma:nã neceſſe eſt in forma implicari trinitatẽ:quã nõ im
portabat nomẽ vẽturi (ſi ſaltẽ iohannes vſus eſt forma) iõ
nõ in forma chriſti: diſcipuli aũt baptizãtes in noĩe chriſti/
in hoc noĩe implicabãt trinitatẽ:qꝛ q̇ dicit chriſtus:dicit eũ
qui vnctus eſt.i.filiũ:⁊ eũ qui vnxit.i.patrẽ:et eum quo vn
ctus eſt.i.ſpiritũſanctũ:de quo magis infra. Unde licet idẽ
ſit chriſtus/et qui tũc vẽturus erat: nõ tñ eſt eadẽ forma ba
ptizare in noĩe vẽturi ⁊ in noĩe chriſti. ¶ Quãtũ ad articu Artic.3.
lũ tertiũ eſt dubiũ primũ. Cur vel ad quid fuit inſtitutꝰ ba Dub. 1.
ptiſmus iohãnis:cũ nõ cõtulit gratiã:nec fuit proprie ſacra F
mẽtũ:nec abſoluebat baptizatũ a precepto baptizãdi. Re
ſpõdetur/ꝙ nõ inutilis fuit baptiſmus iohãnis:licet predi
cta nõ cõtulerit. Ponũt aũt doctores plures rõnes: quarũ
tres ſunt principales. Prima eſt ad figurãdũ baptiſma chri
ſti: ꝓpter qḋ dici põt ſacramentũ large:qꝛ ſacre rei ſcilꝫ ba
ptiſmi chriſti ſignũ. Scḋa/ad preparandũ populũ ad chri
ſti baptiſmũ:nã ſuo baptiſmo aſſuefecit populũ vt nõ hor
reret chriſti baptiſmũ. Unde ſuꝑ illud Mat.iij. Ego bapti
zo vos aqua (ait glo.) qꝛ ſoluere pctã nequeo: vt ſicut chri
ſtũ naſcẽdo ⁊ predicãdo precurro: ſic baptizãdo ad baptiſ
mũ chriſti dirigo. Et ſic põt dici ſacramẽtale: qꝛ preparans
ad baptiſmũ chriſti qui eſt ſacramẽtum. Tertia ad manife
ſtandũ chriſtũ:et ſacramenti baptiſmi materiã cõſecrandã.
Unde Johã.j. Ut manifeſtetur in iſrael: ꝓpterea ego veni in
aqua baptizãs. Unde cũ baptizaret chriſtũ aperti ſunt celi
et viſus eſt ſpũſſanctus deſcẽdere in ſpecie colũbe: ⁊ vox te
ſtificãtis patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus. In
hoc etiã baptiſmo chriſtus cõtactu ſue mundiſſime carnis/
vim regeneratiuã cõtulerat aq̇s ſm̃ Beḋ.id eſt aquã ordi
nauit:vt eſſet materia ſacramenti regenerationis. Et ꝑ hoc
dicitur fuiſſe initiũ noue legis ⁊ finis veteris/et mediũ inter
vtrãqꝫ. Hec Bonauẽ. Addit Alex.quartã.vt reuocarentur
iudei a circũciſione. Et ſic dici poſſet baptiſmus iohãnis ſi
nis veteris teſtamẽti ſm̃ illud Mat.xj. Lex ⁊ ꝓphete vſqꝫ
ad iohannẽ. ¶ Scḋo dubitatur:quare baptiſmus chriſti ma Dub.2.
gis habuit antecedẽs preparatoriũ ꝙ̃ circũciſio:cũ vtrunqꝫ G

fuit inſtitutum contra eūdē morbū: ſcꝫ cōtra originale peccatū. Et quare magis baptiſmus ꝙ̄ aliud noue legis ſacramentū. Rn̄det Alex. par. iiij. q. ix. mēbro. j. Ad primū. Perfecte obedientib⁹ nō eſt neceſſariū preparatoriū: ſed minus perfectis et ad obedientiā duris. Circūciſio autem data eſt abrae qui fuit credulus verbis dei ⁊ obediētiſſimus: populus vero iſrael cui primo a chriſto dādus erat baptiſm⁹: fuerat dure ceruicis et ſemper rebellis deo: ideo indiguit p̄paratorio: nō aūt abraā. ¶ Ad ſcđm reſpōdet. Filioꝝ eſt acq̇eſcere preceptis ac doctrine patris. Anteꝙ̄ aūt ſint filij neceſſaria eſt quedam preparatio vt fiant filij: et acquieſcant doctrine et preceptis patris. Nūc aūt per baptiſma (qđ eſt ianua ſacramētorū) ex filijs ire efficiūtur filij dei. Ideo illud ſacramentū indiget precedēti preparatorio: ſed iam filij dei facti per baptiſmum nō indigēt preparatorio ad ceteroꝝ ſa-

Dub. 3. D cramētoꝝ participationē. ¶ Dubitaꝛ̄ tertio de ſubiecto huius baptiſmi quibus cōueniebat baptiſmus iohānis. Reſpōdetur: ꝙ chriſto cōueniebat ſic baptizari ⁊ viroꝝ multitudini: ſed diuerſa/nō vna rōne chriſto: vt humilitatem impleret: vt baptiſmū iohānis approbaret: vt aquā ſanctificaret: vt ipſe innoteſceret. ⁊ ꝓpter alias cauſas quas glo. Alexā. et Pet. de palu. et Tho. latius proſequūtur. Popul⁹ autē iudeoꝝ/vt ad penitentiā: quā iohānes predicabat: baptizādo inſtrueretur ⁊ incitareꝛ̄: ideo baptiſmus penitētie predicabaꝛ̄: vt ad baptiſmū chriſti prepararetꝛ̄: vt dictū eſt vt a circunciſione auocareꝛ̄: ꝓpter hoc nō cōueniebat pueris q̇ penitētie incapaces ſunt: nec ad chriſti baptiſmū preparari poterāt: cū rationis vſum nō haberēt. ¶ Sed q̇d de mulieribus/an baptizate ſint baptiſmo iohānis. Opinaꝛ̄ Alexā. ꝙ non. Tum ꝓpter honeſtatē: ne in concurſu tante multitudinis viroꝝ ad baptiſmū iohānis cōcurrētium nudarētur. Tū quia nō fuit opus eas reuocari a circūciſione quā nō acceperāt. Tū q: ſatis per baptiſma viroꝝ inclinari poterāt: et ſic preparari ad baptiſmū chriſti: quo vniuerſaliter omnes erant baptizandi. Et tantum de queſtione.

Diſtinctio. iij.

## Oſt hec videndum

eſt ⁊c̄. Poſtꝙ̄ magiſter egit de ſacramētis noui teſtamēti in genere: in hac diſtin. tertia incipit agere de eiſdē in ſpecie. Et diuiditur in ſeptē partes ſm̄ numerū ſeptē ſacramētorū. Primo agit de ſacramēto baptiſmi in quattuor ſequētib⁹ diſtinctionibus. Scđo/de ſacramēto cōfirmationis/diſt. vij. Tertio/de ſacramēto euchariſtie/diſt. viij. cū ſequētibus ſex diſt. Quarto/de ſacramēto penitētie/diſt. xiiij. et ſequētibus nouē diſtin. Quinto/de ſacramēto extreme vnctionis/diſtin. xxiij. Sexto/de ſacramēto ordinis/diſt. xxiiij. ⁊ ſequēti. xxv. Septimo/de ſacramēto matrimonij/diſt. xxvj. vſq̧ ad. xliij. ꝑ xvj. diſtinc. ¶ Circa primū tria facit. Primo determinat de ſacramēto baptiſmatis/ſm̄ ſe quoad eius diffinitionē/materiā/formā/et inſtitutionē/diſt. preſenti. Scđo/de eo quoad eius effectū/diſt. iiij. Tertio/quātū ad eius miniſtrū/diſtin. vj. Sentētia textus preſentis diſt. ſummaꝛ̄ in ſubiectis tribus cōcluſionibus. ¶ Prima. Baptiſm⁹ eſt ablutio corporis exterior in aqua facta ſub certa verboꝝ forma. ¶ Secūda. Forma baptiſmatis eſt/qua trinitas ſub noīe patris et filij et ſpūſſancti inuocaꝛ̄: aut in noīe chriſti vel vni⁹ perſone implicite deſignaꝛ̄. ¶ Tertia. Baptiſmus in aq̄ a chriſto ante paſſionē inſtitutus/immerſione trina vel vna perfectus/legalia in eius paſſione terminauit: ⁊ hominē depoſitione vitioꝝ ac virtutum collatione iuſtificando innouauit: nec tamē ipſe: ſed ſalutaris hoſtia aditū regni aperuit. Has latius magiſter in textu proſequitur.

Queſtio vnica.

A

## Jrca hāc diſtinctio

ne queritur. Utrū baptiſmi chriſti ſit vna eadēq̧ materia ⁊ forma ad eius effectus conſecutionē neceſſaria. ¶ Tribus articulis more ſolito terminabitur hec queſtio. ¶ Quātū ad primū notādum/ꝙ baptiſmus chriſti (de quo cōſequēter dicendū) varie a varijs deſcribiꝛ̄. Aliter em̄ deſcribit beatus Diony. aliter Augu. aliter Damaſce. aliter Hugo: aliter magr̄. Aliter dico quātū ad verba: nō quātū ad ſentētiam: quas colligit Alex. par. iiij. q. xj. et poſt eū ſanctus Tho. q. j. huius diſtin. ¶ Sed his dimiſſis/ponā vnā diffinitionē quid noīs/ſm̄ quā ceteras oportet modificari. Eſt ergo baptiſmus lotio hoīs/viatoris/nō diſſentiētis: facta in aqua elemētari/fluida/ab alio ſimul formā debitā cū intētione debita proferēte. Et pōt addi. ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificās ablutionē a peccatis. Hec diffinitio collecta ex diffinitionibus Scoti/Ockam: ac Petri de alia. qui inter ſe ſatis concordāt: deſcriptio cauſalis eſt/ſimul indicās quidditatē baptiſmi ſubiectū/materiā/formā ſuſcipientē conferentē et finē. ¶ Diciꝛ̄ primo ablutio: qđ poniꝛ̄ pro genere: ⁊ indicat quidditatē baptiſmi: eo modo quo habet quidditatē. Ubi nota: ꝙ de illo quid ſit baptiſmus ſm̄ rem/duplex pōt eſſe modus dicēdi (vt tāgit Sco. q. j. huius diſt) licet ſub alijs obſcuriorib⁹ verbis. Unus eſt/ꝙ baptiſmus ſit realiter ipſa lotio facta in aqua tm̄: nō tm̄ quecūq̧: ſed circunſtātionata debitis forma et intētione ⁊c̄. id eſt facta cum debita verboꝝ forma: a miniſtro habēte debitā intentionem ⁊c̄. qđ eſt dictu: ꝙ nomē baptiſmus ſupponit ſiue affirmatiue predicatur de lotione tm̄: ⁊ reliqua requiſita ad hoc ꝙ lotio dicatur baptiſmus cōnotat. Et ſic baptiſmus nō eſt lotio et verba et intentio ⁊c̄. ſed tm̄ lotio cui aſſunt verba. Sicut albū nō eſt ſubſtātia ⁊ accidēs: ſed ſola ſubſtātia: nō quelibet/ſed ea cui ineſt albedo que eſt accidens. Sic vt ait beat⁹ Augu. xix. de ciui. dei. c. iij. Eques nō homo ⁊ equus: ſed ſolus homo eſt: ideo tamē eques diciꝛ̄: q: aliquo modo ſe habet ad equū. Alius modus: ꝙ baptiſm⁹ realiter ſit oīa illa que ad eſſentiam ſiue neceſſitatē baptiſmi requirūtur: hoc eſt/ſine quib⁹ nō eſſet baptiſmus: puta aggregatū ex lotione/aqua verbis/et intētione baptizātis. et ſi qua alia requirūtur ad baptiſmū. Sic ſm̄ Augu. vbi. s̄. duos equos ſimul iūctos bigas vocamus. Unū vero quoquo modo ſe habeat ad alterum/bigas nō dicimus: ſed ambos ſimul. Quare aūt ſolus hō eques đ: ⁊ nō ſolus equ⁹/ſed biga: nulla rō alia eſt/niſi impoſitio vel terminoꝝ vſus: ſic de exercitu ⁊ ſignifero ſeu duce. Sic in ꝓpoſito vtroq̧ modo accipi pōt nomē baptiſmus: et ſm̄ primā acceptionē diffinitū eſt: ſi ſcđo modo accipiaꝛ̄/hec erit diffinitio. Baptiſmus eſt lotio hoīs viatoris/nō diſſentiētis: facta in aqua elemētari: fluida ab alio: et forma verboꝝ ſimul prolata: ac intētio debita abluentis ex inſtitutione diuina ſignificās ablutionē aīe a peccatis. ⁊ ſuo modo pōt fieri diſtinctio de alijs ſacramentis. ¶ Et diciꝛ̄ notāter ablutio in aqua/nō aqua: q: baptiſmus non eſt aqua/que eſt res ꝑmanēs: ſed lotio in aqua/que eſt operatio tranſiēs. Oia em̄ ſacramēta preter ſacramētum euchariſtie: cōſiſtūt in quadā operatione trāſeūte/qua ceſſante deſinit ſacramētū. Et per hoc patet q̇d baptiſmi. i. q̇d realiter eſt baptiſmus. ¶ Diciꝛ̄/hoīs viatoris: per qđ tangiꝛ̄ ſubiectū recipiēs baptiſmū. Nō em̄ niſi viatoribus inſtituta ſunt ſacramēta: vt. s̄. habitū eſt: nec alijs niſi viatorib⁹ miniſtrari pn̄t. Et nota ꝙ oīs homo q̇ lauari ſeu tangi pōt/ſm̄ ſe totū vel partē principalē vel minus principalē/eſt aptū ſubiectū baptiſmatis: verū de hoc diſt. ſequēti: in qua agiꝛ̄ de ſuſcipiētibus baptiſmū. ¶ Diciꝛ̄ nō diſſentiētis qđ ſimiliter diſt. ſequenti declarabiꝛ̄. ¶ Diciꝛ̄ facta in aqua elementari fluida: vbi notaꝛ̄ materia baptiſmi. Ubi nota: ꝙ capiendo materiā et formā ꝓprie ꝓ altera parte cōpoſiti ſubſtātialis in ſacramētis: nō eſt aſſignare neq̧ materiā neq̧ formā: cū ſacramētū nō ſit cōpoſitū ſubſtātiale ꝑ ſe vnū: ſed vel operatio quedā circūſtātionata verbis et intētione ⁊c̄. Aut aggregatū ex his/⁊ hoc quoad ſex ſacramenta: vel ſpecies accidētales permanētes/vt in ſacramēto euchariſtie. Sꝫ hic capiꝛ̄ materia metaphorice ſimiliter ⁊ forma. Et hoc dupliciter. Nā q: ſacramentū eſt ſignū ſenſibile: duo in eo cōſiderātur: ſcꝫ ſenſibile aliquid: qđ ſignificat effectū ſacramenta

Marginalia: Artic. I. Nota. I. — Diffinitio baptiſmi. B — C

lem:⁊ ipſa ſignificatio propter quā ſenſibile ſignum eſt im-
poſitū ad ſignificandū. Pro primo ſupponit nomen ſacra-
mentū:et ſcd̄m cōnotat. Et ſic primū.ſ.ſignū eſt materiale-
vel ſubſtractū:ſcd̄m formale ſeu cōnotatū. Et ſicut in ꝯpo-
ſito ſubſtātiali materia ſubſtat forme: et forma dat eſſe ſpe-
cificū cōpoſito: ſic in importatis ꝑ terminos cōnotatiuos
ſignificantes ſubſtantiam et accidens ſibi inherens ſigni-
ficatum ſubſtractiue eſt materia ſiue ſubiectum denomina
tionis forme accidentalis que cōnotatur. Et cōnotatū eſt
forma accidentalis inherēs ſubiecto: vt patet de calido/al
bo/iuſto/virtuoſo. Et hinc generaliter ſignificatū ſubſtra-
ctiue per quoſcūꝫ terminos cōnotatiuos dicit̄ materia:et
ſignificatū formale dicit̄ forma. Et ita loquēdo de ſacramē
tis oia ſenſibilia in ſacramētis res/operatio/et verba:puta
in baptiſmo:aqua/lotio/verba/dicūtur materia. Et ipſa ſi
gnificatio forma. Sic aūt nō communiter loquūtur docto
res de materia et forma ſacramētorū. ¶ Alio modo:qꝛ in ſa
cramētis noui teſtamēti eſt res aliqua ſenſibilis vel corpo-
rea: quā Augu. et Hugo nominat elementū:et verba/ſine
quibus elementū nō eſt ſacramentū/ſaltē in alijs ab eucha
riſtia ſcd̄m illud Augu. homel. viij. ſup Ioh. et habetur in de
creto.ſ.q.ſ.detrahe. Accedit verbū ad elementū ⁊ fit ſacra-
mentū: vt patet in tex.c.ſ. huius diſt. Elementū aūt (qꝛ ma
gis materiale ſiue corporale) dr̄ materia. Et verba (qꝛ ma-
gis ſpūalia) dicūtur forma: ſicut in cōpoſito ſubſtātiali for
ma eſt ſpiritualior materia:et principalior pars cōpoſiti: ſi-
cut verba in ſignificādo ſunt principaliora ꝙ̄ res ſenſibilior
ſcd̄m Augu. ij. de doctrina chriſtiana. Verba inter hoies ob-
tinuerūt principatū in ſignificando. Et ita cōmuniter acci
piūt doctores materiā et formā in ſacramentis. Verū qꝛ in
re ſenſibili etiā duo frequēter ſunt:operatio tranſiēs:⁊ res
(in qua ſit operatio) permanēs: vt aqua/oleū/chriſma ⁊c̄.
Operatio/vt lotio/vnctio/dicit̄ materia ꝓpinqua:aqua/
oleū/chriſma ⁊c̄.materia remota. Ratio patet:qꝛ in rebus
illis/vt permanētes ſunt/nō eſt ſacramentum:ſed in opera
tione accedēte: ideo baptiſmus nō dicit̄ aqua: ſed lotio in
aqua: vtrāꝫ ergo materiā tāgit diffinitio baptiſmi:propin
quā/cū dicitur: baptiſmus eſt lotio: remotā/cū additur:in
D aqua. Et de iſta materia remota eſt hic videndū. ¶ Dicitur
itaꝫ in diffinitione baptiſmi:aqua elemētaris. et ꝑ hoc ex-
cluditur ois humor ꝗ ſpecie differt ab aqua elemētari. Vn-
de in aquis artificialibus diſtillatis (qꝛ ſpecie differunt ab
aqua elemētari: vt ex eorū ꝓprietatibus arguit̄) nō pōt fie-
ri baptiſma. Nec ē in ꝗcunꝫ humore mixto: vt vino/ſangui
ne/phlegmate/ſputo vel ſaliua/vrina: que ſpecie differunt
ab aqua elemētari (De baptiſmo et eius effectu cap̄. vt nō
apponeres.) Si vero nō mutatur ſpecies:pōt in ea bapti-
zari. Vnde ſi dubiū foret de humore: vtrū ſit aqua elemēta
ris vel non: vt de ceruiſia/brodio carniū/medone/et aqua
formata ⁊ ſimilibus/non debet in eis aliquis baptizari: qꝛ
dubiū eſt an lotio in talibus ſit baptiſmus. Si em̄ differūt
ſpecie ab aqua elemētari/ nō eſt baptiſmus: ſi nō differunt
ſpecie/eſt baptiſmus. Vnde ſi quis in aliquo horū baptiza-
tur: cautius foret hūc iterum baptizari in aqua pura.i.non
mixta ſub cōditione. ¶ Dicit̄ fluida: qꝛ ſi nō fuerit fluida:
vt nix aut glacies niſi prius reſoluātur: nō poteſt in eis fie-
ri baptiſma:cuius ratio eſt: qꝛ in his nō pōt fieri lotio:licet
ab aqua nō differant ſpecie. Et ſimili ratione in luto ſpiſſo/
non pōt fieri baptiſmus:ſecus ſi fuerit fluidū ⁊ tenue. Cur
aūt in aqua tm̄:⁊ nō alio humore poſſit fieri baptiſmus:ra
tio eſt inſtitutio diuina. Licet plures aſſignētur ad hoc cō-
gruitates: qꝛ aqua pura.i.elemētaris/cōgruit ſignificatio-
ni effectus baptiſmi ⁊ vſui. Vnde cōgruitatem Sco. breui
ter tāgit.q.iij. huius diſt. dicēs. Aqua eſt frigida/fluida/lu-
cida/cōmunis/⁊ neceſſaria. Et he ꝓprietates oēs cōueniūt
illi humori in quo debet fieri baptiſmus: ꝗ eſt ad reprimen
dū eſtū cōcupiſcētie:ad flectendū rigorē inobediētie: ad il
luſtrandū claritatē fidei:ad introducendum in viā ſalutis:
vnde cōgruit ad ſignificandū repreſſionē cōcupiſcētie: ſua
uitatē rigoris obediētie:claritatē fidei:generalitatē obliga
tionis precepti obligātis ad neceſſitatē baptiſmi ad intro-
ducēdum in viā ſalutis. ¶ Dicitur cōſequēter in diffinitio
ne baptiſmi:facta ab alio: quia nemo baptizari pōt a ſeipſo
(de baptiſmo ⁊ eius effectu. debitū) Cuius ratio eſt diui-
na inſtitutio:.ſicut oim̄ que ſunt eſſentialia in quolibet ſa-
cramēto. Ait em̄ dn̄s Mat. vlti. Ite docete oēs gentes ba-
ptizātes eos ⁊c̄. eos dicit: nō voſipſos. Oportet igitur eſſe
diſtinctionē perſonalē inter baptizantē et baptizatū: qꝛ ba-
ptiſmus eſt regeneratio ſpūalis. Niſi quis renatꝰ fuerit ⁊c̄.
ait dn̄s Ioh. iij. Nemo aūt generat ſeipm̄. Augu. de trinita
te. ꝓpter qꝺ etiā in diuinis: vbi eſt ſumma vnitas:generās
et genitus perſonaliter diſtinguunt̄. Quis aūt eſſe debeat E
ille alius.i.cui liceat baptizare: dicet̄ infra diſt. v. ¶ Dicit̄
etiā ab alio ſingulariter/nō ab alijs pluraliter: quia duo ſi
mul nō poſſunt eūdē baptizare: vt infra dicet̄. ¶ Dicit̄ cō-
ſequēter: ſimul debitā formā proferētis: vbi duo tāgūtur:
ſcꝫ forma debita.i. verba ad hoc a deo inſtituta:tangit̄ etiā
ſimultas ꝓlationis forme cū lotione. De primo ſcꝫ forma:
cur verba dicātur forma iam.ſ̄. dictū eſt. ¶ Notandū igit̄
ꝙ formā eſſe de neceſſitate/dupliciter pōt accipi: vel de ne-
ceſſitate ſacramēti/qua nō exiſtente nō eſt ſacramentū:nec
ſequitur effectus ſacramētalis in ſuſcipiente. Aut de neceſ-
ſitate miniſtri: quoniā ad ipſam ſeruandā miniſter obliga
tur precepto: ita ꝙ ſi eā nō ſeruaret: peccaret. Vnde patet:
ꝙ quicquid eſt de neceſſitate ſacramēti eſt de neceſſitate mi
niſtri: vt ſunt ſubſtātialia ſacramētorū. Illis em̄ nō ſeruatis
a miniſtro peccaret:ſed nō econuerſo. Nā ea que conſtituta
ſunt ꝓ reuerētia ſacramētorū/vel alia rationabili cauſa:nō
tn̄ ſunt ſubſtantialia:ſunt de neceſſitate miniſtri: qꝛ ea omit
tendo peccaret: et tn̄ verū eſſet ſacramentū qꝺ miniſtraret.
¶ Et ſcd̄m hoc forma dupliciter dr̄ debita: vel ipſi ſacramen
to: vel ſacramēti miniſtro. Et licet queſtio querat principa-
liter de primo: tn̄ reſpōdendū erit de vtroꝫ. ¶ Deinde ad
uertendū: ꝙ forma baptiſmi exprimit̄ de baptiſmo et eius
effectu.c.ſ. vbi dr̄. Si quis puerū ter in aqua merſerit in no
mine patris et filij et ſpiritusſancti:et nō dixerit. Ego bapti
zo te in nomine patris et filij et ſpūſſancti:non eſt puer ba-
ptizatus. ¶ In hac forma quattuor notant̄: perſona bapti
zans/ego: actus baptizādi/baptizo: perſona baptizata/te:
inuocatio trinitatis/in noie patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Vbi
vnitas ſignificat̄ eſſentie/ in noie: et diſcretio hypoſtaſum
ſeu perſonarū/patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Amen nō ponit̄ in
hac cōſtitutione Alex. ſed nec in euāgelio Matth. vlti. vbi
forma traditur. Eūtes docete oēs gētes baptizātes eos in
noie patris et filij ⁊ ſpūſſancti: ideo amen nō eſt de comple
mēto forme: ſed de vſu quorūdā baptizantiū/ac ipſum ad-
dentiū: ideo nihil refert ſiue addat̄ ſiue omittat̄. ¶ Inſup F
notandū: ꝙ forma illa pōt multipliciter variari: et in gene-
re quadrupliciter. Primo modo mutando illas voces/po
nēdo loco earum alias. Et hoc tripliciter: vel ponēdo loco
earū alias illis tn̄ ſynonymas: vt ſi loco latinarum vocū po
nātur eis correſpōdētes: in vulgari teutonico/aut in greco
vel alia lingua. Aut ponēdo alias in ſignificatione differē-
tes: et hoc vel penitus diſparatas: vt ſi diceret̄: in noie pe-
tri et pauli et ſancte crucis: loco illorū verborū patris et filij
et ſpūſſancti. Aut idē nō eodē modo ſignificātes: vt ſi loco
nois patris/ponat̄ nomē genitoris: loco filij/nomen geni
ti: loco ſpūſſancti/procedētis. Licet em̄ pater ſit genitor: ſi
lius/genitus: ſpūſſanctus procedēs: tn̄ pater nomē eſt hy-
poſtaſis: nec aliquid pōt dici pater/niſi ꝑſona: ſic filius: ſic
ſpūſſanctus. Genitor aūt nomē verbale ⁊ genitus/po[...]
mū reſpiciūt notionales actus: et nō (ex vi ſignifica[...]
ſue) hypoſtaſes: vnde et impoſita ſunt ab actu generatio-
nis ſcd̄m Tho. de argen. Hinc eſt/ꝙ ſi actus cōueniret alicui
qꝺ nō foret hypoſtaſis: ſicut in creaturis aia generat cogni
tionē: et calor calorē: de illo dicerentur illa noia genitor/ge
nitus: que etiā ſignificāt perſonas ſub ratione proprietatū
et nō ſub rōne ſubſiſtentiū: vt Sco. loquit̄: et nō nomē/per
ſona vel hypoſtaſis. Itē ſicut conceditur/anima nutrit: ita
etiā illa cōcedēda eſt; aia generat; qꝛ generare ſicut nutrire

eſt actus potentie vegetatiue:et tamē anima nō eſt ſuppo/
ſitū. Itē pater eſt de ꝑdicamento relationis:genitor de pre
dicamēto actionis. Diuerſoꝝ aūt predicamentoꝝ genera ⁊
ſpecies nō ſunt ſynonyma ſm regulā ph̄i. Unde q: genitor
eſt de predicamēto actionis: non importat ſuppoſitū preci
ſe: q: nō tm̄ ſuppoſita agūt:ſed et partes ſuppoſitoꝝ:et for
me accidentales. Aut etiā ꝙ dictiones loco illarū poſite ſi/
gnificāt quidē perſonas:ſed nō diſtincte:ſed implicite ⁊ ve
lut collectiue quō trinitas ſignificat tres ꝑſonas. ¶ Cōtin
git etiā fieri mutationē per corruptionē terminorū: vt ſi in
eis mutetur littera vel ſyllaba:aut incōgrue proferātur: vt
ſi dicatur: Ego baptizo te in noīe patria et filia et ſpūſſan/
cta. ¶ Scd̄o principaliter pōt fieri mutatio per additionē
Et hoc etiā pōt fieri multipliciter. Uel ꝙ addaꝛ aliquid re
pugnās: vt in noīe patris maioris ⁊ filij minoris. Uel: Ba
ptizo te ſi ſum epiſcopus: poſito ꝙ nō ſum epiſcopus. Uel
ſic: Ego epiſcopus baptizo te. Uel aliquid nō repugnans
nec diſtrahēs: vt/ Baptizo te in noīe patris omnipotētis/
et filij vnigeniti/ ⁊ ſpūſſancti paracleti. Uel ſic: Baptizo te
in noīe patris et filij et ſpūſſancti ⁊ ſancte crucis. vel/ beate
marie virginis. Aut omnino impertinēs:et illud vel diſcō/
tinuat formā: vt ſi fieret interruptio forme: vt ſm cōſuetu/
dinē loquēdi interrupta nō acciperētur ꝓ vna oratione: vt
ſi q̄s diceret. Baptizo te in noīe patris: ⁊ interponeret lon
gū ſermonē/ poſt cuius finē diceret:et filij et ſpiritusſancti.
Aut nō eſt tāta diſcōtinuitas vt ſoluatur vnitas orationis:
vt ſi quis diceret. Ego te baptizo in noīe patria: tacete vel
recedite: et filij ⁊ ſpūſſancti. Qn̄ aūt vnitas interrūpiꝛ vel
nō/ conſiderari oportet ex alijs actibus humanis: qn̄ alias
actus aliquis interruptus vel ſermo dicereꝛ vel nō dicereꝛ
vnus: ſic et in ꝓpoſito. ¶ Tertio principaliter poteſt fieri
mutatio ſubtrahendo aliquid de predicta forma vel verbū
aliquod: ⁊ hoc vel de his que ſunt de ſubſtantia forme: vel
de nō eſſentialibus/ aut ſyllaba aliqua per ſincopā. ¶ Ubi
notandū/ ꝙ de ſubſtātia forme ſunt verba importātia actū
baptizādi/ perſonā baptizatam/ et tres trinitatis perſonas
explicite et diſtincte: et hoc copulatiue. Hoc enim expreſſit
chriſtus cū ait Mat. vlti. vnde forma accipitur: Baptizan
tes eos in noīe patris et filij et ſpūſſancti. ¶ Dictio autē ſi
gnificās perſonā baptizātem expreſſe nō eſt eſſentialis for/
me: quia nec illā chriſtus expreſſit. Itaq; pronomē ego/ nō
eſt de ſubſtātia forme: vt dicit glo. in. c. j. de baptiſmo. ſ. alle
gato: allegās. c. retulerūt. de cōſe. diſt. iiij. vbi d̄r: ꝙ is q̄ ba/
ptizādo dixit: baptizo te ⁊c̄. vere baptizauit: vbi non poni
tur pronomē ego. ¶ Quarto pōt fieri mutatio per trāſpo
ſitionē dictionū. Et hoc pōt dupliciter contingere. Uel ſic:
ꝙ per eā variaꝛ ſenſus orationis: vt ſi diceret. Ego pr̄is ba
ptizo te in noīe filij et ſpūſſancti. Uel ꝙ non: ſed manet idē
ſenſus: vt ſi diceret. Ego in noīe patris et filij et ſpūſſancti
te baptizo. Uel/ ego te baptizo in noīe filij et patris et ſpiri
tuſſancti. Nā et ſi cōgruum eſt proferre perſonas ſm ordi/
nem originis: non tamen tranſpoſitio ordinis inducit trāſ
mutationem: et quocunq; ordine perſone nominētur ſunt
tamen vnum efficiens principale in baptiſmo ⁊ vt ſic inuo
Artic̄. 2. cantur. Hec Sco. ¶ Quantum ad articulum ſecūdum/ eſt
Cōcl̄. 1. cōcluſio prima de materia. Ad baptiſmi veritatem/ et eius
B effectus conſecutionem/ neceſſario requiritur aqua elemē/
taris vt materia remota: et baptizandi lotio in aqua tanq̄
materia ꝓpinqua. Utriuſq; partis ꝓbatio eſt inſtitutio di
uina. ¶ De aqua habetur Iohā. iij. Niſi quis renatus fue/
rit ex aqua ⁊c̄. et de baptiſmo et eius effectu: non vt appo/
neres. Et de cōſecra. diſt. iiij. c. neceſſarium. ¶ Et ſi dicis: in
his autoritatibus non dicitur aqua elementaris. Reſpon/
deo: ſufficit ꝙ dicitur aqua abſolute/ id eſt ſine determina/
tione: quoniam aqua abſolute poſitum non importat niſi
aquam elementarem. Alios enim humores non ſignificat
niſi analogice: et ideo pro eis nunq̄ accipitur niſi ponatur
cum determinatione diſtrahēte: vt aqua artificialis: aqua
vitis: que tamen ſimpliciter non eſt aqua. De lotione dici/
tur Matthei vlti. Baptizantes eos. Baptizare autem eſt
lauare. Unde baptizare grece: eſt lauaꝛe latine. Sic enim
apud iudeos baptiſmata dicebantur lotiones corporum ⁊
vaſorum. Hinc Mar. vij. Iudei niſi baptizentur: nō come
dūt. et ſequitur. Baptiſmata calicum et vrceorum ⁊c̄. Ubi
per baptiſmata intelliguntur lotiones: vt ex precedētibus
in eodem textu patet. Nō tamen hic accipitur lotio ſtricte:
prout includit amotionem ſordium a corpore per contactū
aque. Sed capitur generaliter pro omni contactu corpo/
ris ab aqua fluida: ſiue ille contactus fiat per aſperſionem
ſiue per immerſionem: ſiue per ſuperfuſionem. de quo ma
gis infra. ¶ Secunda concluſio. Hec oratio: Ego bapti/ Cōcl̄. 2.
zo te in nomine patris et filij et ſpiritusſancti/ eſt forma ba/ D
ptiſmi neceſſaria quantum ad omnes ſuas partes/ neceſſi/
tate miniſtri eccleſie romane ſubiecti. Probatur: quia talis
miniſter non ſeruando hanc formam/ peccat: ergo ⁊c̄. An/
tecedens probatur: quia quilibet miniſter romane eccleſie
ſubiectus tenetur eius legibus obedire et preceptis. Hanc
autem formam ſeruari ſtatuit eccleſia romana: vt patet de
baptiſmo et eius effectu. Si quis. Nec poteſt miniſter ba/
ptiſmi: cui ex officio conuenit baptizare (de tali enim intel
ligi debet concluſio) excuſari per ignorantiam: quia quili/
bet tenetur ea ſcire que ſui ſunt officij. Secus de non habē
tibus officium huius miniſterij: vt ſimplices muliercule:
que forte poſſent per ignorātiam excuſari a peccato. ¶ Et
dicitur notanter: miniſtri romane eccleſie ſubiecti/ propter
eccleſiam grecoꝝ: apud quam forma quantum ad aliquos
terminos minus principales eſt mutata. Uerba principa/
lia ſunt quibꝰ inuocatur trinitas/ ſcilicet in nomine patris
et filij et ſpiritusſancti. Minus principalia ſunt/ quibus ſi
gnificatur ſuſcipiēs/ actus et miniſter/ ſcilicet ego te bapti
zo. Quantum ad illa/ greci mutauerunt formam: vnde in
hac forma baptizant. Baptizetur ſeruus chriſti/ in nomine
patris et filij et ſpiritusſancti. qua ideo vſi ſunt: ne gloriarē
tur de miniſtris baptizantibus: contra illud. j. Cor. j. Unuſ
quiſq; veſtrum dicit. Ego quidem ſum pauli. Alius autē:
ego vero cephe: ego autē chriſti: quos ibi reprehendit pau
lus ſubdens. Diuiſus eſt chriſtus ⁊c̄. propter hoc ordinatū
eſt inter eos/ ad tollendum illud ſciſma: ne ſcilicet nomē mi
niſtri exprimeretur: nec actus in indicatiuo modo/ ſed in
optatiuo: quia tūc miniſter non ſignatur eſſe autor baptiſ/
mi: ſed tm̄ miniſter: orans effectum baptiſmi cōferri a deo.
Suſcipiens etiam non exprimitur in ſecunda perſona: ſed
in tertia: quaſi nō preciſe reciperet quod recipit ab aliquo
ſibi ſermonem dirigente. Uerum dicit Sco. melius potuiſ
ſet ſuſcipiens fuiſſe expreſſus nomine ꝓprio/ q̄ hoc/ ſeruus
chriſti. Non enim ſeruus chriſti eſt cum iam baptizaꝛ: ſed
baptizatur vt ſit ſeruus chriſti/ ſcilicet ſpiritualis: quo chri
ſtiani ſunt ſerui chriſti. De hac forma dicit Scotus/ ꝙ q̄diu
tolerata fuit ab eccleſia romana: ⁊ pro tempore pro quo in
ſtituta/ fuit rationabilis. Si vero poſtea ab eccleſia roma/
na alia fuiſſet eis impoſita: et eorum prohibita: peccarent
vtendo ſua. ¶ Sed diceres verba importantia actum ba/
ptizandi et ſuſcipiendi baptiſmum ſunt ſubſtantialia: vt ſu
pra dictum eſt: ideo non poterunt illa per ſtatutum huma/
num mutari: quia ſicut eccleſia non poteſt inſtituere ſacra/
menta: ita nec ſubſtantialia ſacramētorum mutare. Ad hoc
dicitur ꝙ licet de ſubſtantia forme ſit expreſſio actus et ſu/
ſcipiens: ſed non eſt de ſubſtantia ꝙ determinate exprimaꝛ
per verbū indicatiuum vel per optatiuū. Itē per pronomē
ſecūde perſone vel per pronomē tertie perſone. Cuiꝰ rō eſt/
quia Mat. vlti. in verbis chriſti: vnde trahitur forma: licet
exprimat chriſtus actum et ſuſcipientē: tamē non exprimit
ſub verbis innuētibus preceptum. Unde dicit: Ite docete
⁊c̄. baptizantes eos. His verbis precepit baptizare et non
tradidit formā: nec illa verba: baptizantes eos. poſſunt po
ni in forma: ſed in eo quod ſequiꝛ: in nomine patris et filij
et ſpiritusſancti: recitat verba vt pertinentia ad formam: vt
ſatis patet ex contextu orationis: et ideo diſpoſitioni eccle
ſie relictum eſt: quibus verbis exprimatur actus et ſuſci/
piēs quos ipſe in precepto ſuo expreſſit. Et circa expreſſio/

nem act us et ſuſcipientis potuit eccleſia oꝛdinare quibus verbis hoc exprimať. An aũt greci nũc peccent vtẽtes alia foꝛma ab eccleſia romana: cum nũc ceſſauerit cauſa ꝓpter quã foꝛmã ſuã aſſumpſerũt: dubiũ eſt: quia dubium eſt an eccleſia romana eis aliã foꝛmã tradiderit cum expreſſa ꝓhibitione prioꝛis: qꝺ ſi factũ eſt: peccant vtendo ſua. Si autem eccleſia ſic permittit nõ peccãt: ſed ſiue ſic/ſiue ſic/ vere baptizant: vt dicit Durãdus diſt. iſta. q. j. quia in foꝛma ſua ſunt oĩa ſubſtantialia foꝛme: vt declaratũ eſt: et reuertẽtes ex eis ad obedientiã eccleſie romane nõ rebaptizantur Statutũ aũt eccleſie licet poteſt ligare miniſtrum: ſed nõ euacuare ſacramentũ. Optime et clare ad idẽ loquiť Pe-
Cõcl. 3. trus de palude. q. j. arti. ij. ¶ Tertia ꝯcluſio. Quelibet mu-
I. tatio circa foꝛmã eccleſie facta a miniſtro: vt preciſe neceſſaria ex parte ſacramenti: nedum inducit culpã miniſtro: ſed euacuat et tollit effectum ac veritatem ſacramento. De hoc Innocẽtius in ca. j. de baptiſmo et eius effectu. Probatur hec cõcluſio poſt Scotum ⁊ Durandũ: quia ibi deficit intentio debita in miniſtro: quia ſi miniſter varians intendit vti verbis quibus vtitur eccleſia tanꝗ̃ foꝛma ꝑciſa baptiſmi: deficit ſibi intentio vtendi illis verbis ſicut vtiť eccleſia tanꝗ̃ foꝛma: quia intendit verbis variatis vti vt foꝛma preciſa ⁊ neceſſaria baptiſmi: et ita nõ vt foꝛma eccleſie: et ꝑ hoc deficit intentio requiſita: que eſt intendere qꝺ eccleſia intẽdit/ et eo modo quo eccleſia: vt infra patebit. Preterea talis mutans foꝛmã que eſt de neceſſitate ſacramẽti/ baptizando intendit inducere erroꝛẽ: ergo ſacramentũ fruſtraretur effectu. Tenet cõſequẽtia: quia ſacramenta habent veritatem in fide eccleſie nõ perſone: vt dicit Durãdus. Intendens autem inducere erroꝛem illud quod facit/ nõ facit in fide eccleſie: ſed contra fidem eccleſie: ergo talis non confert verũ ſacramentũ. Antecedens ꝓbať: quia qui ſub hac intentione baptizat/ ꝙ foꝛma ſua mutata/ ſit foꝛma preciſa ſine qua nõ cõfertur ſacramẽtũ: aperte errat: ⁊ eccleſiã ſub alia foꝛma baptizantẽ errare indicat: et per hoc grauiſſimũ erroꝛem fouet ⁊ inducit. Iſta cõcluſio tertia intelligitur ꝙ intentio mutandi foꝛmã a chꝛiſto inſtitutã vt de eſſentia ſacramenti impedit ſacramentũ: eo ꝙ ſubſtantialia mutanť ⁊ que ſunt de neceſſitate ſacramenti. Non eñ cõpatiunť ſe intendere baptizare: et nõ velle vti foꝛma ſine qua nõ confertur baptiſmus ex chꝛiſti inſtitutione. Si vero intentio mutandi foꝛmã reſpicit ſolum ea que ſunt de neceſſitate ꝑcepti ſeu miniſtri: et intendit velle facere quod chꝛiſtus inſtituit: et nõ ſit mutatio circa ſubſtantialia: licet ſic faciens credat eccleſiã catholicam errare et ſe bene ſentire: verum ſacramentũ conferť: quicq̃d addatur vel ſubtrahať a baptizante: alias enim greci et heretici non poſſent baptizare. Eſt de mente petri. q. j. arť. iij. Item intẽtio dicit nedũ finis volitionẽ: ſed etiã medioꝝ rectã oꝛdinationẽ: igitur nõ in-
Cõcl. 4. tendit baptizare q̃ foꝛmã preciſam non acceptat. ¶ Quar-
L. ta cõcluſio. Mutatio verboꝛũ principaliũ foꝛme/ que ſunt in nomine patris ⁊ filij et ſpũſſancti/ per alia verba eis nõ ſynonyma loco eoꝝ poſita/ niſi ſacramenti autoꝛ deꝰ diſpẽſet: tollit ſacramenti veritatẽ: et priuat ſacramenti efficaciã Probať illa cõcluſio ꝑ verbũ chꝛiſti ſacramentoꝛũ inſtitutoꝛem frequenter allegatum Matth. vltimo. Baptizãtes eos in nomine patris et filij et ſpũſſancti. ¶ Item ratione ſm Durandũ et Petrũ de palude: quia cũ baptiſmꝰ ſit ſpecialiter ſacramentũ fidei (per baptiſmũ eñ primo aſcribiť baptizatus cetui fidelium) in ipſo debet eſſe fidei proteſtatio vel inſinuatio: ⁊ maioꝛ expꝛeſſio ꝙ̃ in alijs ſacramentis Maioꝛ autem fidei proteſtatio debet coꝛreſpondere actui interioꝛi: ſed nõ eſt ſatis ſufficiens fides qua crediť in vnã perſonam ſine alia: ergo non eſt ſufficiens proteſtatio qua expꝛimitur vna perſona ſine alia: et ꝑ cõſequens ad baptiſmum requiritur proteſtatio fidei: maxime expꝛeſſa articulo trinitatis qui primꝰ eſt. Unde patet ꝙ nõ ſufficit expꝛeſſio vnius perſone niſi omnes expꝛimantur. ¶ Patet etiã cõcluſio ex expꝛeſſa determinatione eccleſie/ de cõſe. diſt. iiij. in ſynodo, vbi dicit zacharias papa. In ſynodo angloꝛum decretũ et firmiſſime ꝑceptũ et diligẽter demõſtratũ eẽ dinoſciť/ ꝙ q̃cũqꝫ ſine inuocatiõe trinitatis merſus fuiſſet: ſacramentũ regenerationis nõ haberet: qꝺ oĩno verũ eſt: q: ſi merſus in fonte baptiſmatis q̃s fuerit ſine inuocatiõe trinitatis: ꝑfectꝰ chꝛiſtianꝰ non eſt: niſi in noĩe pr̃is ⁊ filij et ſpũſſancti fuerit baptizatꝰ. Hoc q̃qꝫ obſeruare in predicta ſynodo ſacerdotes voluerunt: vt qui vel vnã de trinitate perſonam in baptiſmo non nominauerit illud baptiſma verum eſſe non poſſet: quod pro certo verum eſt. ¶ Dicitur notãter in cõcluſione verboꝛum principalium: que ſunt in noĩe patris ⁊c. quia in alijs verbis minus principalibus: q̃ expꝛimunt actũ et ſuſcipientẽ/ quoꝛũ expꝛeſſio eſt neceſſaria: vt dictum eſt: admittiť aliqua variatio: per terminos etiam non ſynonymos: vt dictũ eſt de grecis. ¶ Dicitur nõ ſynonyma: quia licet loco illoꝛũ verboꝝ in noĩe patris ⁊c. ponere eoꝝ ſynonyma in alia lingua: nã in omni lingua/ latina/ hebꝛaica/ greca/ teutonica ⁊c. poteſt tradi baptiſmꝰ: dum tamẽ verba (cuiuſcunqꝫ lingue ſint) fuerint ſynonyma his latinis: In noĩe patris ⁊c. ꝙ̃uis latinꝰ ſacerdos ſub romana eccleſia cõſtitutus/ peccaret in alia lingua baptizando ex officio ſolẽniter: ſicut etiã ſi cõſecraret euchariſtiã in alia lingua: quia oꝛdinauit eccleſia romana/ ꝙ officia eccleſiaſtica dicantur ⁊ miniſtrenť in latina et greca. Et hoc rationabiliter: quia in hac poteſt diſtinctiꝰ ſcribi et ꝓferri vt dicit Sco. ¶ Et nota ꝙ per verba ſynonyma non intelligo verba eq̃pollẽtia: q̃ idem ſignificant vt vult glo. in. c. multi. de conſe. diſt. iiij. ¶ Sed per ſynonyma intelligo verba idem ⁊ eodẽ modo ſignificantia: ſiue ſic ſignificent ex natura: ſiue ex pꝛopꝛia inſtitutione: ſiue ex cõmuni vſu accõmodato: quo modo homo et animal rationale non ſunt ſynonyma: neqꝫ pater ⁊ genitoꝛ: nec generaliter termini diuerſoꝛum predicamentoꝝ: vel eiuſdem predicamẽti ſub diuerſis generibꝰ aut ſpeciebus nõ ſubalternatis cõtenti: quantũcũqꝫ idẽ ſignificẽt: differũt eñ oẽs tales in modo ſignificandi: vt. ſ. in littera. ff. latius patuit. Ex illo ſeq̃tur/ ꝙ licz ṽba illa in noĩe pr̃is ⁊c. ex impitia aut lingue lapſu aliquãtulũ coꝛrũperenť: dũ tamẽ circũſtãtes plenũ cape poſſent ſenſum: nihilominꝰ ſi aſſit debita intẽtio: veꝝ eſt baptiſma qm̃ verba hec coꝛrupta: licet nõ ex ꝓpꝛia impoſitiõe: tamẽ ex vſu ſunt ṽbis integris ſynonyma: idem cũ eis et eodem modo repꝛeſentantia. Unde papa (qui ex imperitia latine lingue baptizauerat: in noĩe patria ⁊ filia ⁊ ſpũſſancta) ſacerdotẽ verũ baptiſma contuliſſe diſcernit. in. c. retulerunt de cõſe. diſt. iiij. Secus ſi tanta eſſet coꝛruptio verboꝛũ/ ꝙ ſenſus eoꝝ nõ capereť ab audientibus/ ⁊ latinũ intelligẽtibus: qꝺ cõiter accidit quando in principio dictiõis littera vel ſyllaba coꝛrumpiť. ¶ Diciť etiam niſi deꝰ diſpẽſet. Sic eñ apoſtoli ex diuina diſpẽſatione et familiari. ſſ. ꝯſilio in principio baptizabãt naſcẽtis eccleſie: in noĩe chꝛiſti: vt habetur Acť. ij. ⁊ Iohan. iiij. Nõ eñ ꝓpꝛia autoꝛitate foꝛmã a chꝛiſto ꝓmulgatã aliquatenꝰ mutare tentaſſent: legẽ eñ ſuperioꝛũ nullus inferioꝛ poteſt reuocare: nec ſimpliciter nec ad tẽpus. Diſpẽſauit aũt chꝛiſtus ꝓ tẽpoꝛe ꝑmitiue eccleſie/ vt in noĩe chꝛiſti baptizarent: in quo implicite trinitas tota deſignatur ⁊ inuocať. Nam q̃ dicit chꝛiſtũ. i. vnctũ dicit etiã eũ q̃ vnxit. i. patrẽ: et eũ quo vnctꝰ eſt. i. ſpm̃ſctm̃: vt magiſter ex auto. beati Amb. exponit: vt nomẽ chꝛiſti ieſu: in quo eſt ſalus (vt in Acť. petrus dicit) diuulgareť/ et amabile reddereť: quod tũc plurimis odioſum erat incredulis: et erubeſcibile infirmis. Sic eñ dum videbãt ſuper baptizatos in noĩe chꝛiſti deſcẽdere ſpm̃ſctm̃ in ſigno viſibili: excitabantur ad amoꝛem et venerationẽ nominis chꝛiſti: vt dicit Alexan. Sed ratione illa ceſſante/ ⁊ noĩe chꝛiſti diuulgato/ eccleſia redijt ad prioꝛem foꝛmam a chꝛiſto pꝛomulgatam: quia ceſſante ratione diſpenſatiõis/ etiam ipſa diſpenſatio ceſſauit: vt dicit ſanctus Tho. et ceteri doctores. ¶ Ex illo ſequitur coꝛollarie ſm eũdem: ꝙ ſi quis nũc
baptizaretur in nomine chꝛiſti: nõ eſſet baptizatus: ſed ve- Coro. I.
niret iterũ baptizãdus: quia deficeret foꝛma: ⁊ diſpenſatio Z
nunc locũ nõ habet. Cõſonat beatꝰ Thomas: ſanctꝰ Bo-

nauen. ⁊ Duran. ⁊ Aliaco.q.xxiiij.ar.j. Sco. videtur dubi-
tare: dicit em̄. Non audeo dicere ꝙ baptizatus hodie in no
mine chriſti eſſet baptizatus: ſed nec audeo oino dicere cō-
trarium ꝙ non eſſet baptizatus. Nō lego vbi fuit illa diſpē
ſatio reuocata. In hoc ergo caſu reputo dubiū an talis ſit
baptizatꝰ: vnde circa ipſum agendum foret in dubijs: hoc
eſt rebaptizādus eſſet ſub ꝯditione: vt habeꝛ extra de bap.
⁊ eius effe.c. de quibus. Sed dicit Petrus de aliaco vbi.s.
ꝙ non venit dubitandum: quia licet nō legaꝛ quādo fuerit
illa diſpēſatio reuocata: tamē quia diſpenſatio facta eſt ex
cauſa: ſatis cenſeꝛ reuocata/quādo diſpenſatiōis cauſa ceſ-
ſauit: ſcilicet quādo nomē chriſti fuit ſufficiēter ꝓmulgatū
quia ceſſante cauſa/ceſſat effectus. vt dicit Tho. ⁊ ſanctus
Bonauē. Et ab illo tunc/nec illa forma baptizare licuit
nec valuit. Et licet dubiū ſit quādo illud p̄mo fuerit: tamē
nunc nō eſt dubiū q̄n ita ſit. ¶ Scd̄o ſequiꝛ ꝙ ſi q̄s bapti-
Corol.2 zatur in nomine trinitatis/aut in nomine genitoris ⁊ geni
ti et procedentis ab vtroqꝫ/nō eſt baptizatus: ſed venit re
baptizandus. Hoc cōcorditer ſentiunt ſanctꝰ Tho. Bona
uentu. Rich. Petrus de pal.q.j.ar.iij. Hollzot Tho. de ar-
gen. Sco. Duran. ⁊ Petrus de aliaco.q.xxiiij.ar.j. et ceteri
theologi cōiter. Et patet corollarium ex concluſione: quia
hic mutantur verba principalia et alia verba eis non ſyno
nyma: nō em̄ eſt ſynonymū hoc nomen trinitas huic copu
lato/pater filius et ſpūſſanctus: vt notū eſt. Nec illa noia
genitoris/geniti/ſpirati/ſeu procedentis/his noibus pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti: vt declaratum eſt in primo articulo
Nec ſufficit ꝙ dent eandem rem intelligere: vt videꝛ velle
Petrꝰ de pal. vbi.s. arguendo ꝯ ſeip̄m. Tū q̄a nō eodē mō
tū q̄a v̓ba ſacramētalia nō tā ex ſignificatiōe: q̄ ex iſtitutio-
ne ſunt efficacia. Chriſtꝰ vo tradendo formā ſacramēti fidei
talem dedit et obſeruari voluit: in qua expreſſa fidei trini-
tatis profeſſio ſub proprijs diuinarū pſonarum noibus ex
plicatur: qualis eſt hec forma. In noie patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ-
ſancti. ⁊ nō illa in noie trinitatis ſeu genitoris. Unde dicit
Sco. Sicut iudeis datum fuit aliqd̄ nomē ſignificās eſſen
tiā diuinā ſub ꝓpria ratiōe: qd̄ ipſi vocabāt nomē dei tetra
grāmaton. Ita chriſtus dedit eccleſie noia ſignificantia pſ-
ſonas ſub ꝓprijs rationibꝰ/q̄ ſunt pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſan-
ctus. Uerū tota ratio eſt inſtitutio diuina. Et per hoc ſcili-
cet inſtitutionē diuinam/ſub inuocatione explicita nomi-
num trinitatis/diſtincte pro pſonis ſupponentiū: et non ꝓ
aliquo niſi qd̄ eſt formaliter pſona/pn̄t tolli multe bruge
et inſtātie de idētitate eſſentiali actuū notionaliū cum pſo
nis diuinis: ratiōe cuius Petrus de pal. videꝛ velle/ꝙ in
noie genitoris ⁊ geniti poteſt fieri baptiſmus: ſicut in noie
patris ⁊ filij ⁊c. niſi diceretur ꝙ ex accommodatione vſus
pater importet hypoſtaſim: hoc eſt ſupponat ſolum pro
hypoſtaſi ꝯnotando actus notionales: genitor vero ꝓ om
ni gignente ſupponit: nō curādo an ſit ſuppoſitū vel non.
Sed tūc q̄s diceret: volo ꝙ oino ꝓ eodē ſupponāt etiam
ſtante noua impoſitione vocabuli. non ſufficit: q̄a chriſtus
inſtituit ſub illis vocabulis et nō alijs q̄ apud totā cōitatē
diſtincte ſupponunt ꝓ perſonis: nō curādo de q̄cūqꝫ idio-
mate. Et q̄d ſi fieret nouū idioma: nonne poſſet ſub eo ba
ptizari: vtiqꝫ videꝛ ꝙ ſic: igitur pariformiter hic in ꝓpoſi-
to: ſed tunc poſſet dici ꝙ adhuc nō eſſent vere ſynonyma/
eo ꝙ poſſunt cōpetere alicui qd̄ nō eſt pſona: forma aūt de
bet eſſe certa. ¶ Quinta cōcluſio. Uariatio forme in non
ōcl.5. ſubſtātialibus per pronominis ego ſubtractionem: ſiue ꝑ
aliarū dictionū additionē: ſeu partiū forme trāſpoſitionē/
dummodo nō tollit verū forme intellectū/ neqꝫ vnitatem
nec adeſt intentio inducendi errorem: nō impedit ſacramē
ti efficaciā/nec baptiſmatis veritatē. Cōcluſio hec declara
tur per ſingulas clauſulas. ¶ Diciꝛ primo in non ſubſtan
tialibus: quia de ſubſtantialibus forme habitū eſt conclu-
ſione.ij. ⁊.iij. ¶ Diciꝛ ſine ꝓnominis ego ſubtractione: q̄a
cum oia cetera in forma preter ꝓnomen ego/ ſint ſubſtan-
tialia in nō ſubſtantialibꝰ nō poteſt fieri alia ſubtractio niſi
pronominis ego: et huiuſmodi ſubtractio (q̄a nō tollit ſen
ſum) non impedit ſacramenti effectū: vt dictū eſt. ¶ Diciꝛ
ſine aliarū dictionū additiōe: illa poteſt multipliciter fieri
in p̄ncipio/in medio/vel in fine. Et vbicūqꝫ fiat: ſi ſenſum
verum forme non variat: verū eſt ſacramentū. Si vero qd̄
additur repugnat veritati forme: aut alium ſenſum indu-
cit: nihil ſit. Similiter ſi vnitatē forme per interruptionem
minimā tollit: non eſt ſacramentū. Exēpla patent in p̄mo
articulo. Eodē modo de trāſpoſitione verborū. ¶ Diciꝛ:
nec adeſt intentio inducēdi errorem: q̄a illa exiſtēte/q̄cūqꝫ
variatio ſiat quātūcūqꝫ modica/nō erit ſacramentū: vt di
ctū eſt in cōcluſione ſcd̄a. Qua declaratione p̄miſſa ꝓbaꝛ
cōcluſio: q̄a ſicut in materialibus manētibus ſubſtantiali-
bus rei/manet eius ſpecies et nature veritas: licet acciden
tia mutentur. Ita in ſacramētis manētibus ſubſtantialibꝰ
variatio nō ſubſtantialiū nō mutat veritatē ſacramentorū:
dūmodo ſenſus forme nō mutaꝛ. Nam et ſenſus verus for
me eſt de ſubſtantia ſacramēti: qm̄ ſacramenta ſigna ſunt
ſignificantia effectū gratuitū: q̄ ſignificatio ſi tolliꝛ: tolliꝛ
ratio ſacramēti. ¶ Quantū ad articulū tertiū dubitaꝛ pri- Artic.3.
mo cōtra dicta in quarta cōcluſione et eius corollaria. Ba Dub.1.
ptizatus hodie in nomine chriſti verū baptiſma recipit: ſi- M
militer ſi baptizatur in nomine trinitatis. Sic ſi baptizaꝛ
in noie genitoris et geniti: et ſancti flaminis: ſeu ab vtroqꝫ
ꝓcedentis: ḡ corollaria ibi poſita ſunt falſa: Cōſequētia no
ta. Antecedens probatur: quia verba hec equipollent his
verbis. In nomine patris ⁊ filij et ſpiritusſancti. Nam illa
includunt inuocationē ac fidē trinitatis ſicut iſta: patet de
ly chriſtus: qd̄ implicat vnguentē/vnctū/ et eū quo ſit vn-
ctio: q̄ ſunt pater et filius et ſpūſſanctus. ¶ Item trinitas
dicit trinitatē perſonarū/ſimiliter ⁊ genitor: cū important
diſtincte pſonas/ꝓpter diſtinctos actus notionales quos
cōnotant. De equipollentibus enim idem eſt iudiciū: ⁊ nō
refert vtrū ex eq̄pollentibus quis dixerit. glo.in.c. multi.
de conſe.diſt.iiij. Et ꝓbanꝛ auto. canonis. Nam prima duo
habentur in ca. a quodā. de ꝯſe.diſt.iiij. vbi nicolaus papa
in reſponſis ad conſulta bulgarorū dicit: ꝙ baptizati in no
mine trinitatis/aut in nomine chriſti non debent rebapti-
zari: ſed ſunt vere baptizati. De tertio eſt exp̄ſſa glo.c. mul
ti.de ꝯſe.diſt.iiij. Item vt tangit magiſter in textu ex auto.
beati Ambro. Etiam qui tantum pſonā noiat: dum tamen
fidem trinitatis mente teneat: vere baptizat. Ad illa beatꝰ
Bonauē.q.v. huius diſt. reſpondens dicit. Quidā dixe-
runt ꝙ cum ſacramentū baptiſmi virtutem habeat a fide q̄
in corde eſt: qualicūqꝫ ꝓfeſſione trinitatis ſiue tres perſo-
ne ſiue due exprimantur: plenū eſt ſacramentū. E cōuerſo
aūt ſi nō eſt fides in corde: etiā ſi exprimantur tres perſone
ore/non eſt ſacramentū. Hoc videꝛ ſentire Ambro. in li. de
tri. dicens. Si vnū in ſermone cōprehendens vel patrem
vel filiū vel ſpiritūſanctū: fide autē nec patrē/nec filiū/nec
ſpiritūſanctū abneget: plenū eſt ſacramentum fidei/id eſt
baptiſmus: hic em̄ ſpecialiter eſt ſacramentū fidei. Et hu-
ius opinionis videꝛ fuiſſe Hugo ⁊ Magiſter. ſubdit: ſed
q̄a vt dicit Augu. in epiſtola ad bonifaciū. Baptiſmꝰ eſt ſa
cramentū fidei non ſingularis perſone/ſed eccleſie: ideo ſi
des pſone nihil obeſt vel prodeſt. ¶ Et ideo dicit illa opi-
nio q̄cquid ſit de fide cordis: iudicandū eſt in baptiſmate
de ꝓfeſſione oris ſiue expreſſione ſermonis. ⁊ ideo quali-
tercūqꝫ credebat baptizās: ſi totā exprimat trinitatē bapti
zatum eſt: ſi non totā/baptizatū nō eſt ⁊ rebaptizādus eſt
Et hoc certitudinaliter dicunt magiſtri. hec Bona. ¶ Et
ꝑ hoc d̄r ad rōnes dubij. Primo de baptiſmate in nomine
chriſti: ꝙ licet olim tempore apoſtolorꝫ ſic baptizatꝰ verū
baptiſma receperit: ſed nō modo: q̄uis certi canoniſte op
poſitū teneāt: vt glo. in.c. a quodā. allegato: ⁊ in.c. ſi q̄s. de
baptiſmo ⁊ eiꝰ effe. quā pauci ſequūꝛ. Unde Petrꝰ de pal.
q.j.ar.ij. ⁊ durādus ſatis groſſe rep̄hendit gloſatorē dicēs
ꝙ iohānes errauit i apparatu illiꝰ capl'i. a q̄dā. de cōſe.diſt.
iiij. ⁊ Ber. in.c. Si q̄s. Poſſet honeſtiꝰ dici ꝙ locuti ſūt opi
natiue. Sed ad textum ca. a quodā. qui eſt Nicolai pape et
deciſiuꝰ: q̄a eſt reſpōſio ad ꝯſultationē. Reſpōdet Aſtenſ.

ꝙ non intelligendus eſt omnino ſm ꝙ verba ſonāt. Unde
quoad hoc ꝙ dicit: in nomine trinitatis/intelligendum eſt
explicite: hoc eſt explicādo diſtincte perſonas. Unde qui in
nomine patris et filij ⁊ ſpiritusſancti baptizant: baptizant
in nomine trinitatis: ſicut habet glo. eodē capitulo et glo.
in. c. ſi quis. Itē Pelagiꝰ papa in ca. multi. de conſe. diſt. iiij.
exponit nomen trinitatis. i. nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus/
ſancti. vnde ait. Euāgelicū preceptū ipſo domino ſaluatore
noſtro ieſu chriſto dicēte vel tradente: nos admonet in no/
mine trinitatis ſanctum baptiſma vnicuiq; tribuere: dicēte
dño nřo ieſu chriſto diſcipulis ſuis. Ite baptizate oēs gen/
tes in nomine patris et filij et ſpiritusſancti. Ecce dicendo
baptizate in nomine patris et filij et ſpiritusſancti: monet
baptizare in nomine trinitatis. Hinc glo. ibidē ſuꝑ verbo
trinitatis dicit explicite. Simile ait Zach. papa. in ſynodo
angloꝝ ibidē dicens. Si merſus quis fuerit in fonte baptiſ
matis ſine inuocatione trinitatis/nō eſt perfectꝰ chriſtianꝰ:
niſi in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti fuerit baptizatꝰ
⁊c. Sic etiā exponēdum eſt quod beatꝰ Bern. in quadam
epiſtola dicit: reſpōdendo cuidā querenti de quodā bapti/
zato in nomine domini ⁊ ſancte crucis. Ego hūc puto bap
tizatū. Qđ nomē domini intelligit diſtinctā expreſſionem
trinitatis. Adiectio aūt facta (⁊ ſancte crucis) ex deuotio/
ne nō tollit baptiſmatis effectū. ❡ Sed de nomine chriſti
dicit/ꝙ papa illud refert ad tempora apoſtoloꝝ quantum
ad cauſam/volens dicere ꝙ vnū quippe idēq; eſt. i. eiuſdē
virtutis et efficacie in caſu quo eſſet eadē cauſa baptizādi.
vnde et eadem diſpenſatio eſt: et hoc videt innuere aduer
biū ſicut. Unde dicit ꝙ hi profecto ſi in nomine ſancte tri/
nitatis vel tantū in nomine chriſti: ſicut in actibus apoſto
loꝝ legitur (ſemꝑ factū) baptizati ſunt vnū q̇ppe idēq;
eſt: ſeq̇tur. rebaptizari nō debent vel rebaptizari nō debet
ſimpliciter et abſq; cōditione ꝑpter dubiū aliquoꝝ: ſed cū
conditione. ❡ Ad illud qđ arguit de baptiſmo in noie ge/
nitoris: dicitur breuiter ſm oēs theologos/ꝙ ſic baptizās
nihil facit. Quibus concordant potiores canoniſte. Ho/
ſtien. Panor. et pene omnes ſummiſte. Sed de glo. dicitur
vt dictū eſt: ꝙ in hac parte non tenetur ſicut nec Hugo. nec
magiſter in priori caſu: licet hanc cauſam non ponant: et cū
argutū eſt ꝙ de eq̇pollētibꝰ idē eſt iudiciū: et nō refert vtrū
ex eq̇pollētibus quis dixerit: verū eſt nō refert: et eſt idem
iudiciū quātū ad veritatē locutionis: nō autē quātū ad ve/
ritatē ſacramēti. Cuius ratio ſupra tacta eſt. Qđ ſi aliud in
tendit glo. nō tenet et cōtraria eſt ſentētie doctoꝝ. Ita etiā
ſentit Petrus de palude vbi ſupra. Thomas de argētina.
Robertus holkot. Ad verba Ambroſij reſpōdet Alexan.
et poſt eum ceteri tripliciter. Uno modo ꝙ loquit in caſu
quo puer ante cōpletionē forme: poſt nominationē vnius
perſone: aut ſacerdos deficeret tūc preſumeret ꝙ ex ſua mi
ſericordia deus ſummus ſacerdos ſuppleret qđ deficeret:
non tamen certum eſt an baptizatus eſt: ſepeliēdus tamē
eſſet in cimiterio: vt dicit Rich. Si tamen ſuꝑuiueret/eſſet
ſub cōditione rebaptizandus ꝑpter dubiū. Alexā. dicit/ꝙ
intelligendū eſt ſi fides trinitatis fuerit in corde: licet ſolū
vna ꝑſona exprimatur: plenū eſt fidei ſacramentū quantū
ad fidem. i. req̇ſita ad fidē. i. fides requiſita ad ſacramentū:
ſed nō plenū ſacramentū: q̇a illud req̇rit expreſſam ꝯfeſſio/
nem fidei trinitatis: et ſic ſacramentū eſt plenū quantū ad
fidem cordis: ſed nō plenū quantū ad rationē ſacramenti:
et ideo addit/fidei. Tertio dicit ꝙ ibi ponit ſignū ꝓ ſigna
to. Unde cū dicit plenū fidei ſacramētū: hoc eſt/plena eſt
fides que deſignat per ſacramentū. ❡ Cōſequēter mouen
tur aliqua dubia breuia. Primū/ſi quis baptizādo puerū
diceret. Baptizo te in nomine patris et filij et ſpūſſancti ⁊
beate marie/an puer eſſet baptizatus. Reſpondetur ſub
diſtinctione ſm Durandū: quia ſi intelligit baptizans in
nomine patris et filij et ſpūſſancti ⁊ beate marie/eo modo
quo patris et filij: ita ꝙ baptiſmus ſortiret effectum ex no/
mine beate marie ſicut ex nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti
ille contrarius eſt veritati fidei; et ita non eſt baptizatꝰ. Et
hic ſenſus clarus deprehēderet/ſi additio illa interſereret
dicēdo. Baptizo te in nomine patris ⁊ filij et beate marie
matris eiꝰ/et ſpūſſancti. Si vero intelligit et ſancte marie
id eſt ad honorem ſancte marie: vel in noie ſancte marie vt
intercedentis/adiuuātis/aut gratie ſtabilitatē impetrātis/
vel huiuſmodi: verū eſt baptiſma dum addat nō vt partē
forme neceſſariā: ſed ex deuotiōe: licet addēs grauiter pec
cet: immo dicit Angelꝰ in ſumma: ſi q̇s ex malicia dicat. In
noie diaboli: Ego te baptizo in noie patris ⁊c. nō vt aliq̇d
forme/vere baptizat. ❡ Itē q̇d ſi dicat. In nominibꝰ pŕis
et filij et ſpūſſancti. Et videt ꝙ melius dicat in noibus ꝙ̄ **Dub. 2.**
in noie: q̇a verius dicit pater et filius et ſpūſſanctus ſunt
tria noia et nō vnū nomē. Reſpōdet ꝙ in caſu nō eſt bapti
zatus: q̇a nō ſunt ſynonyma noie et nominibꝰ. Et cōſequē/
ter dicit licet nomen patris ⁊ nomē filij et nomē ſpūſſancti
ſint tria noia perſonalia: vnū tamen eſt nomen eſſentiale:
virtus aūt diuina que operat in baptiſmo ſicut oīs oꝑatio
ad extra ad eſſentiā ꝑtinet: vt ſupra dictū eſt. Unde pater ⁊
filius ⁊ ſpūſſanctus nō tres baptizatores ſunt: ſed vnꝰ ba/
ptizator ſicut vnus creator: vnus ſanctificator. Uel dicitur
ſm Alexan. q. xiij. par. iiij. ꝙ nomen ibi nō accipit pro voce
ad ſignificandū ſeu nominandū aliq̇d impoſita: ſed ꝓ no/
ticia prout dicit a notamine. Eſt aūt noticia trinitatis ꝑ fi/
dem q̄ eſt vna ſm illud apoſtoli ad Ephe. Una fides: vnū
baptiſma. ❡ Item q̇d ſi ꝑpoſitio (in) ſcienter omitteretur.
Dicit ꝙ non eſt baptiſmus: q̇a nihil eſt dicere noie patris **Dub. 3.**
vel oratio reddit ambigua: que prepoſitio ſubintelligit in
ex vel de: et non manet eadē ſignificatio ac ſignificationis
certitudo. Si tamen ex defectu lingue inaduertenter aut
idiomatis proprietate in qua idem ſignificaretur per ly in
nomine: et ꝑ ly noie ſicut idē valet: ego baptizo ⁊ baptizo
pie credi poteſt ꝙ eſſet baptizatus. Hec Aſten. ❡ Quid
ſi dimitteretur (et) dicendo In nomine patris/filij/ſpi/
ritusſancti. Dicit ꝙ nihil fit: quia ad denotandū ꝑſonalem
diſcretionē inter patrē et filiū/requiritur cōiunctio copu/
latiua. Et licet poſſet ſubintelligi: tamen forma ſacramēta/
lis debet eſſe expreſſa et ſenſibilis. Si aūt loco (et) ponere
tur coniunctio q; cū et/que ſunt ſynonyma eſt baptiſmus.
❡ Quid ſi diceret. Ego linio ſiue lauo vel abluo te in no
mine patris ⁊ filij ⁊c. Dicit ꝙ nō eſt baptiſmus: q̇a nō ſunt
illa ſynonyma cum ly baptizo: quoniam baptizo non quā/
libet lotionem ſeu ablutionem ſignificat: ſed illam que fit
cum certa intentione verbis/et in certa materia ſcilicet in
aqua: vt dicit glo. in. c. multi. de conſe. diſt. iiij. ❡ Quid ſi
loco te/ponatur nomen proprium/dicendo: baptizo iohā
nem in nomine patris ⁊c. Dicitur ꝙ eſt baptizatus: quia
idem valent demonſtratiuum et demonſtrabile: nec refert
variatio perſone: quia etiam greci exprimunt baptizatum
in tertia perſona: vt dictum eſt. ❡ Plura concernentia ſu
ſcipientem et miniſtrantē tangentur in ſequentibus diſtin
ctionibus. ❡ Dubitatur vltimo de inſtitutione baptiſmi:
de hac dictum eſt ſupra diſt. j. q. iiij. et diſt. ij. q. ij. ꝙ a chri/
ſto inſtitutus eſt. Quando vero inſtitutus ſit/ſunt opinio **Dubiuȝ vltimū.**
nes docto. vt tāgit magiſter in textu. Et breuiter poſt Sco **D**
tum dicendum/ꝙ dubium eſt quando primo fuit inſtitutꝰ
non enim quādo chriſtus baptizatus eſt a iohanne/vt qui
dam dixerunt: quia ille non fuit baptiſmus in forma chri/
ſti: ſed in forma iohannis: tamen chriſtus dedicauit aquā
tanq̄ materiam idoneam ſuo baptiſmo ex cōtactu ſue mū/
diſſime carnis. Et hoc intendit Beda. cum dicit ꝙ chriſtꝰ
contactu ſue mundiſſime carnis contulit vim regenerati/
uam aquis. Uis illa non fuit aliqua realis entitas aque in
herens: ſed fuit ordinatio aque vt eſſet materia baptiſma/
tis: quam per hoc deſignauit ꝙ ipſe in aqua baptizari vo/
luit. Et ſic dicit Alexan. ꝙ chriſtus tunc inſtituit baptiſmū
potentialiter ſeu materialiter: quia materiā dedicauit. Nec
inſtitutus in illo verbo ad nicodemum. Niſi quis renatus
fuerit ⁊c. Iohā. iij. vt dictū eſt ſupra diſ. j. q. iiij. Dicit tamē
Alexan. ꝙ ibi inſtitutus eſt quoad finē: q̇a ibi oſtēdit finis
baptiſmi; q̄ eſt ingreſſus paradiſi. Nec Mattheivlti. dū ꝑ/

cepit dn̄s diſcipulis. Docete omnes gētes baptizātes eos in nomine patris ⁊c̄. cuius ratio vbi ſupra poſita eſt: licet ſm Alexan. ibi inſtitutus ſit formaliter: quia ibi formā expreſſit quātū ad principalem eius partē. Nec cum Marci vlti. apoſtolis inquit. Qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit. eadem ratione: quia ante paſſionē inſtitut⁹ eſt. Hec autē locutus eſt dominus poſt reſurrectionē: poteſt tamen dici ꝙ ibi inſtitutus eſt quātū ad effectū: qui eſt ſaluare a culpa et pena. ¶ Nec in cruce dum de eius benedicto latere exiuit ſanguis et aqua: q̄a vt dictū eſt: ante paſſionē eius inſtitutus eſt: licet tunc dici poſſet ſm Alexan. inſtitutus quātū ad ſignificationē: q̄a ſanguis ille et aqua ſignificabant ſacramentū euchariſtie et baptiſmi. Nec dum diſcipulos ſuos miſit binos et binos ad predicandū ⁊ baptizādum: q̄a miſſio ad baptizādū preſupponit ei⁹ inſtitutionē tunc ſm Alexan. inſtitutus eſt officialiter: quia tunc officium baptizādi eis cōmiſit ſicut officiū predicādi. Inſtitut⁹ eſt ergo baptiſm⁹ prius ꝙ baptizandi officiū diſcipulis cōmiſſum fuerat: licet quādo et vbi determinate ex ſcriptura nō ſit certū. Et hec ſentētia eſt magiſtri. Licet aūt Alexan. partiat̄ inſtitutionē baptiſmi: nō eſt accipiendū q̄ſi baptiſmus diuerſis tēporibus partialiter ſit inſtitutus. Cum em̄ baptiſmus ſit vnū ſacramentū: vnica eſt inſtitutione inſtitutū: et quantū ad materiā et formā finē et effectū: licet potuit poſt inſtitutionē ſignificari et officiū ꝯmitti. Ideo Richar. dic̄ diſt. iij. q. v. ar. j. ꝙ chriſtus baptiſmi ſacramētū prius inſinuauit inſtituendū facto dum a iohāne baptizatus eſt. Et v̄bo Johan. iij. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ⁊c̄. Scd̄o inſtituit facto dū ꝑ diſcipulos baptizauit. Johā. iij. ⁊ iiij. Verbo/ quādo miſit diſcipulos binos et binos predicare ⁊ baptizare vt dicit marcus. Tertio cōfirmauit in ſigno: cū de latere aquā emanare fecit. Et precepto cū poſt reſurrectionem diſcipulis p̄cepit. Ite docete oēs gentes baptizantes eos ⁊c̄. ¶ Rationabilitatē vero inſtitutionis tangit Sco. quia ſacramentū principale legis euangelice/ ꝑ qd̄ ſcilicet intratur in eius obſeruantiā: debuit eſſe nouū et proprium ipſi legi. Debuit etiā illud ſacramentū eē euidēs in ſignifitione: q̄a iſta eſt lex veritatis euacuās vmbrā: et debuit eē copioſum in gratie collatione: quia hec lex gratie. Johā. j. Gratia et veritas ꝑ ieſum chriſtum facta eſt. Debuit etiam eſſe facile: q̄a iugum chriſti ſuaue et onus leue. Matth. xj. Debuit eſſe cōmune: q̄a lex noua ꝯmunis erat omni populo et toti mundo: omni ſexui et etati. Omniū horū vna eſt ratio: quia ſacramenta legis debēt cōgruere legi: maxime illud per qd̄ q̄s coadunat̄ populo legis. Hec autē q̄nq; inueniunt̄ in hoc vnico baptiſmatis ſacramēto. ſ. ablutionis in aqua cū verbis. Hoc em̄ euidēter ſignificat mundationē anime q̄ eſt effectus eius principalis. Dat gratiā copioſe. Et facile: quia ſine periculo: et cōmune omni ſexui et etati. Et ideo rationabiliter de nouo inſtituta. Qd̄ autē baptiſmus obligabat et circūciſionē euacuabat dictum eſt. q. iiij. diſt. j. De immerſione et numero ei⁹ tangit magiſter in hac diſt. ſatis clare. Dicetur tamen aliquid infra diſt. vj.

Diſtinctio. iiij.

## b Jc dicendum eſt aliquos ⁊c̄.

Superiori diſtinctione egit magiſter de baptiſmo ſm ſe: hic de eius effectu. Et circa hoc duo facit. Primo agit de effectu baptiſmatis quantū ad ſuſcipientē. Secūdo de effectu eius in ordine ad cōferētem diſt. v. Sententiā autē textus ſubiecte cōcluſiones cōtinent. ¶ Prima. Oēs paruuli rite baptizati rem et ſacramentū ſuſcipiūt: ſed ſacramentū tantū q̄ ficte et ſine fide et cōtritione accedunt. Baptiſmum vero habere nō potētes qui ꝓ chriſto ſanguinē fundunt: aut fidei contritionē iungunt: rem ſine ſacramento percipiunt. ¶ Scd̄a. Juſtificatis baptiſmum ſuſcipientibus gratia augetur: et oīs penitentia relaxatur: et hoc in eis per ſacramentū ſignificatur. ¶ Tertia ꝯcluſio: Paruulis dat̄ gr̄a operās et cooperās ꝑ baptiſmū ſicut adultis: ſed paruulis in munere non vſu operis. Has concluſiones magiſter in textu latius ꝓſequitur.

Queſtio. j.

## Circa hāc diſtinctionem queritur. a

Utrum effectus baptiſmi in non indigne ſuſcipiente ſit infuſio virtutum et gratie ac remiſſio culpe et pene. ¶ Trib⁹ articulis more ſolito ſoluetur preſens queſtio. ¶ Quātū ad primū articulū notandū/ ꝙ hic nō tractabit̄ de effectu q̄ Arti. I.
eſt res et ſacramentū puta de charactere de quo. j. diſt. vj. Nota. I.
ſpecialiter tractabitur: ſed de ceteris q̄ ſunt res tantū: ⁊ de B
iſta diſtinctiōe vide infra. q. ꝓxima. Huiuſmodi autē effect⁹ quidā reſpiciunt remotionē mali: quidā collationem boni. Reſpicientes remotionē mali multiplicant̄ ſm diuiſionē mali. Eſt autē duplex malū/ ſcz culpe: et hoc triplex/ ſcz culpe originalis/ mortalis et venialis. Et malum pene qd̄ eſt duplex/ ſcz pene eterne et tēporalis. Et qd̄libet horꝝ poteſt multipliciter ſubdiuidi: he tamē ſubdiuiſiones nō ſeruiūt propoſito noſtro. Tamen de pena tēporali aduertendum/ ꝙ duplex eſt pena tēporalis ſm Alex. parte. iiij. q. ij. §. vlti. quedam contracta que reſpondet peccato originali: vt fames/ ſitis/ infirmitas ⁊ cetere penalitates ⁊ miſerie hui⁹ vite: etiam mors ipſa tēporalis: que naturales dicūtur: quia conſequunt̄ naturā in primo homine corruptā. Et omnes hoc tempore cū morte finem accipiunt. Alie ſunt pene temporales aſſumpte in ſatiſfactionē peccati actualis: vt ieiunia/ vigilie ⁊ orationes/ et varie corꝑis caſtigationes. Effectus vero reſpiciētes collationem boni poſſunt diſtingui: quia aliqui ſunt quaſi radices: vt gratia ⁊ v̄tutes. Alij ſunt q̄ hos cōcomitātur quaſi annexi: vt fomitis remiſſio/ mentis illuminatio/ affectus fecundatio/ corporis chriſti incorporatio/ et celeſtis regni apertio. Siquidem gratiā ſeq̄tur fomitis debilitatio: fidem intellectus illuminatio: charitatem voluntatis fecundatio: vtrūq; (fidem et charitatem) eccleſie incorporatio. Et oīa ſimul (ſcilicet remotionē mali et collationem boni) celeſtis regni apertio. ¶ Secūdo Nota. 2.
notandum ꝙ de hoc an in ſuſceptione baptiſmatis infun- E
dantur virtutes theologice et morales: Alexan. et poſt eū Opi. I.
Tho. recitat tres opiniones. Prima ꝙ in baptiſmo virtutes non infunduntur preſertim pueris nondū rationevtētibus: ſed dum ad perfectam etatem perueniunt: tunc conferentur ſi manſerint in innocentia: vel ſi moriuntur tunc in ſeparatione anime a corpore virtutes illis conferuntur. Motiuum: quia fruſtra tunc ineſſent: cum per eas nō poſſent exire in actum. Secunda opinio ꝙ virtutes non infun- 2
duntur ſm habitum: ſed in radice que eſt gratia: ſed cum tollitur impedimentum antecedente vſu rationis: gratia ramificatur in habitibus virtutum. Tertia opinio ꝙ virtu- 3
tes infunduntur ſm habitum: ſed non actum durante impedimento vſus rationis. Et hanc opinionem amplectuntur vtriq;. ¶ Tertio notandum ꝙ gratia et peccatum ab- Nota. 3.
ſolute et ex natura rei non contrariantur: et per conſequēs D
ſeſe non expellunt ex natura rei. Hoc probatur de peccato originali: quia gratia per potentiam diuinam poſſet infundi anime quantū ad illud abſolutum quod eſt gratia abſq; hoc ꝙ deobligaret animā a debito habendi iuſticiam originalem: cum illud nullam implicet contradictionem: nec apparet aliqua repugnātia carētie iuſticie originalis cū debito habēdi ad illud accidēs abſolutū: qd̄ eſt gratia. Carētia non repugnat: quia iuſticia originalis nō req̄rit̄ ꝙ inſit gr̄a: ergo ei⁹ carētia nō obeſt. ¶ Preterea in baptizato eſt gr̄a et non iuſticia originalis. Nec debitū habēdi repugnat gr̄e: q̄a aut eſt reſpect⁹ rōnis: ⁊ null⁹ talis ꝯriat̄ rei abſolute aut ipe debēs hr̄e: ⁊ hic etiā nō repugnat gr̄e: q: debēs ⁊ nō debēs ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: ⁊ nō repugnat non debēti: ergo nec debēti: q̄a q̄cq̄d repugnat alicui ex ꝓpria natura: repugnat cuilibet eiuſdē ſpeciei et gradus cū illo cui repugnat. ¶ Probat̄ idē de pctō actuali: q: pctm̄ actuale dicit actū p̄teritū ꝓpter quē aliq̄s obligatur ad penā: qd̄ aūt p̄teritu eſt; nō ꝯriat̄ ei qd̄ eſt. ¶ Et ſi opponis: de actu

peccati iā exiſtēte: vt ſi quis iam occidat: etiā ille actus nō
repugnat gratie: q̇a ille actꝰ idē ſpē et numero poſſet iuſte
fieri vtputa: ſi deꝰ eū p̄ciperet: et tūc ſtaret cū gratia. Nec
iſta obligatio ad penā ei quod eſt gr̄a repugnat: q̇a ſicut
deus poſſet quēcunq̄ etiā habentē gratiā punire pena eter
na ſicut ⁊ tēporali ſ̄m potentiā ſuā abſolutā: ita poſſet quē
cūq̄ ad penā eternā obligare. Sicut ex aduerſo: poſſet pec
catorem manentē in peccato a debito pene eterne abſolue
re: et qualitatē illā q̄ dicit᷑ gr̄a ei infundere. Poſſet em̄ deꝰ
de potētia abſoluta pctōrē nō punire eternaliter: ſicut eum
nō punit ꝑ certo tp̄e. Itē poſſet aliquē ſine omni ſuo deme
rito punire eternaliter abſq̄ hoc ꝙ ſit iniuſtꝰ: licet illa puni
tio nō diceret᷑ p̄prie pena: ſed magis dolor. Et ſic poſſet
brutū ꝑpetuo punire: ſic ⁊ hominē. Patet ergo ꝙ nō eſt re
pugnātia gr̄e et culpe ex natura rerū: qua ex ꝓpria natura
culpa expelleret gratiā: et gr̄a culpā. Sed repugnātia earū
q̄ non ſtant ſimul in eadē aīa: eſt ex ſola ordinatiōe diuina:
Replica ¶ Sed di. inter culpam ⁊ gratiā eſt formalis repugnātia: qđ ꝓbat᷑. Implicat cōtradi
ctionē in eadē aīa eſſe ſimul culpā ⁊ gratiā. Probat᷑: q̇a ſeq̇
tur bene: in a eſt culpa: ġ a eſt inimicū deo: ſiue non eſt ac
ceptū deo ad vitā eternā. Et ſeq̄tur: in a eſt gr̄a: ġ a eſt acce
ptū deo ad vitā eternā: q̄ ſunt manifeſte ꝯdictoria. Vtraq̄
ꝯſequētiaꝝ ꝓbat᷑ ꝑ locū a diffinito ad ſuā diffinitionē. Nā
culpa eſt illud q̊ homo reddit᷑ inimicꝰ deo. i. ingratꝰ ad vitā
eternā. Et gr̄a eſt q̄ homo reddit᷑ gratꝰ ſeu acceptꝰ deo ad
vitā eternā. Ad hoc reſpondet᷑ ꝙ gratia poteſt dupliciter
accipi. Uno mō abſolute vt ſignificat q̄litatē illā q̄ eſt gr̄a
nihil cōnotando. Similiter culpa ꝓ actu illo quo offendit᷑
deꝰ nō cogitādo offenſam. Et intelligēdū eſt qđ dictū eſt:
ꝙ res ille ſignificate obſolute ꝑ hos terminos gr̄a/culpa/
ex natura rei nō repugnāt: nec termini ſic accepti opponun
tur. Alio modo accipiunt᷑ cōnotatiue vt ſupponunt ꝓ rebꝰ
poſitiuis: et cōnotāt gr̄a acceptionē habētis eā ad vitā eter
nā. Et culpa repulſionē a vita eterna: et ordinationem ad
penā eternā. Et licet res ſubſtracte ꝓ q̇bus hi termini gr̄a
et culpa ſupponūt: non repugnēt ex natura rei: termini ta
mē ſic accepti opponunt᷑: et ꝓ eodē ſupponere nō poſſunt
in cōcreto ꝓpter ſua ꝯnotata. Et ꝑ hoc ad rōnē neget᷑ ꝙ im
plicat in eodē eſſe culpā et gratiā/ ſi accipiunt᷑ abſolute: q̇a
valet tantū: implicat ſimul eſſe rem illā q̄ eſt gr̄a: ⁊ illā que
eſt culpa: q̄ eſt falſa. Et cū ꝓbat᷑. Seq̄tur: in a eſt gr̄a: ergo
⁊c̄. negent᷑ ambe ꝯſequētie: q̇a oppoſitū cōſequētis poteſt
ſtare cū antecedēte: nec arguit᷑ ꝑ locū a diffinitiōe: q: ille nō
ſunt diffinitiōes gr̄e ⁊ culpe capiendo abſolute: ſed capiē
do cōnotatiue. Si aūt accipiūtur ꝯnotatiue: ꝯcedit᷑ ꝙ gr̄a
⁊ culpa repugnāt: ad hūc ſenſum: q: res ille ſub his ratiōi
bus. i. ſic ſe habētes vt ſignificant᷑ per hos terminos repu
gnāt: q̇a ſic ſua ꝯcreta de eodē v̄ificari nō poſſunt: ⁊ hoc ꝓ
Coroll. bat replica. ¶ Ex his corollarie ſequit᷑: ꝙ deꝰ de potētia ab
ſoluta poteſt remittere culpā et penā ſine infuſiōe gr̄e. Po
teſt etiā acceptare ad vitā eternā: ⁊ illā cōferre ſine gr̄a. Il
lud late ꝓbatū eſt in p̄mo diſ. xvij. de charitate infuſa. Illa
aūt idētificat᷑ gr̄e: vt ꝓbatū eſt in ſcđo di. xxvj. Verū de fa
cto ſ̄m potentiā ordinatā neutrū poteſt. Siq̇dē ordinauit
nulli dare vitā eternā in futuro: cui nō dedit gratiā i p̄ſenti
ſclo: qđ nobis manifeſtū eſt ex ſcriptura ⁊ ſctōꝝ ſcriptis: vt
Nota. 4 patet i locis allegatis. ¶ Quarto notādū ſ̄m Ockā. q. iiij
E arti. iij. ꝙ de potētia abſoluta deus poteſt infundere quāli
bet virtutē theologicā ſine alia. Patet/ q̇a virtutes theolo
gice ſunt habitꝰ realiter diſtincti quoꝝ neuter dependet ab
alio: q̇a q̇libet immediate infundit᷑ a deo: ⁊ ſi vnꝰ depēde
ret ab alio: tamē nō niſi in genere cauſe efficiētis. Sed hāc
cauſam deꝰ poteſt ſupplere: q̄re ꝓpoſitū. Et hoc dico de in
fuſis. ¶ De acq̇ſitis dico ſimiliter idem. Nam ſi non: maxi
me q̇a charitas acq̇ſita nō poſſet eē ſine fide: q̇a de alijs nō
eſt dubiū. Poteſt em̄ fides ⁊ ſpes eſſe informis: ⁊ ita eſſe ſi
ne charitate. Sed ꝙ charitas habitꝰ acq̇ſitꝰ poſſit eē ſine fi
de: probat᷑: q̇a charitas acq̇ſita generat᷑ ex actibꝰ volūtatis
Ad ꝓductionē aūt actꝰ volūtatis/ nō requirit᷑ habitꝰ intel
lectꝰ: ſed ſufficit actus eius per quē oſtendit᷑ obiectū diligi
bile volūtati: quo oſtenſo ſtatim volūtas elicere poteſt di
lectionē obiecti: ex quarū frequētatione generat᷑ habitꝰ di
ligendi q̄ eſt charitas acq̇ſita. ¶ Si dicis nō poteſt volun Replica
tas frequentare actus diligendi: niſi intellectus frequētet
actus cognoſcēdi ⁊ oſtendendi obiectū. Sicut ergo ex fre
quentatione actuū volūtatis generatur habitꝰ charitatis:
Ita ex frequētatiōe actꝰ intellectꝰ generat᷑ habitꝰ cognitio
nis ſeu fidei. Reſpondet᷑ ꝙ deꝰ pōt ſuſpēdere actus intelle
ctionem ⁊ intellectꝰ reſpectu habitꝰ intellectꝰ: ⁊ non reſpe
ctu actuū volūtatis: neq̄ actꝰ voluntatis reſpectu habitus
voluntatis: tunc ꝓcedit ꝓbatio. Etiā habitꝰ intellectꝰ nō
eſt cauſa habitꝰ voluntatis: nec poteſt concurrere ad gene
rationē habitꝰ volūtatis: niſi mediāte actu ſuo: ⁊ actꝰ ſuꝰ. i.
intellectio nō cōcurrit niſi mediāte actu volūtatis: et ita tā
habitꝰ intellectus q̄ actꝰ eiꝰ ſunt cauſa cauſe habitꝰ volūta
tis/ ⁊ nō cauſe īmediate habitꝰ: tm̄ ītellectꝰ eſt cauſa remoti
or q̄ actꝰ intellectꝰ: q: inter habitū intellectꝰ/ ⁊ habitū volū
tatis mediant due cauſe. ſ. actꝰ intellectꝰ ⁊ actus volūtatis
ſed īter actū ītellectꝰ ⁊ habitū volūtatis tm̄ vna cauſa. ſ. actꝰ
volūtatis. ¶ Preterea in patria charitas eē pōt ſine fide ⁊
ſpe: ġ et in via. Tenet ꝯn̄a: q̇a ſi eſſet eſſentialis depēdentia
charitatis ad fidē aut ſpem/ ſine eis nō poſſet eē nec i p̄ria:
nec extra patriā. Verū actus volūtatis nō pōt eē ſine actu
intellectus: q̇a incognitū nō amat᷑. x. de trini. Unde nō eſt
talis habitudo habituū voluntatis ⁊ intellectus adinuicē Corol. 1
ſicut actuū. ¶ Ex illo ſequit᷑ corollarie: ꝙ poſſibile eſt vir
tutē moralem in volūtate generari ſine prudentia habitua
li in intellectu: non tamē ſine recta rōne in actu: hoc eſt ſine
prudētia actuali. Probat᷑ vt ſupra: q̇a deꝰ poteſt ſuſpēdere
actiuitatē actus prudentie reſpectu generatiōis habitꝰ pru
dentie: ⁊ pōt ꝯcurrere cū actu intellectꝰ et volūtatis ad ge
nerationē habitꝰ in volūtate. Verū ſine actu ratiōis recte
nō poteſt generari virtꝰ moralis: q̇a recta ratio eſt obiectū
partiale oīs actus virtuoſi: ex quo generat᷑ virtꝰ que eſt p̄
cipua circūſtantiarū. Sunt aūt circūſtantie obiecta partia Corol. 2
lia: vt habitū eſt in tertio diſt. xxiij. ¶ Ex illis ſequit᷑ ſcđo/
ꝙ virtutes theologice poſſunt infundi ſine moralibꝰ: ſicut
et morales ſine theologicis. Hoc nūc ſupponatur ex tertio
vbi etiā oſtenſum eſt ꝙ rōne naturali nō poteſt probari ne
ceſſitas quarūcūq̄ v̄tutū infuſarū neq̄ theologicaliū neq̄
moraliū. Sed eaꝝ neceſſitas eſt credita: et ꝑ ſcripturā cano
nicā ac ſanctorū patrū ſententias reuelata. Unde quecūq̄
rationes naturales inducunt᷑ ad ꝓbandū earū neceſſitatē
deficiūt: licet multe cōgruitates adduci poſſent. Et tantū Artic. 2.
de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum ſecundum: Cōcl. 1.
eſt hec prima concluſio. Effectus baptiſmi in ſuſcipiēte eū F
non indigne/ eſt vniuerſalis remiſſio culpe. Hec concluſio
probari nō poteſt ratiōe naturali ⁊ efficaci: ſed eſt fide cre
dita et autoritate ſcripture probata. Nam Iohan. iij. dicit᷑.
Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpūſctō ⁊c̄. ergo a cōtra
rio ſenſu: ſi quis renatus fuerit ⁊c̄. intrabit in regnum celo
rum ⁊c̄: ſed nullus peccato maculatus ſiue originali ſiue
actuali mortali/ ſeu veniali intrare poteſt in regnum celo
rum: vt dicitur Apocalipſis. xxj. Non intrabit in eam ali
quid coinquinatum: ergo regeneratio in aqua et ſpiritu ſ
que ſit per baptiſmum: tollit omne peccati inquinamentū
Huic conſonat illud Marci vltimo. Qui crediderit ⁊ ba
ptizatus fuerit: ſaluus erit. Solus aūt credēs actu vel habi
tu/ fide ꝓpria aut aliena/ digne baptiſmū ſuſcipit: ergo oīs
digne ſuſcipiens ſaluus erit: vtiq̄ ꝑ baptiſmū ergo a pec
cato ſoluit᷑. Ad idem eſt autoritas beati Auguſti. in encħ.
c. lj. tractātis illud apoſtoli ad Roma. vj. Quicunq̄ bapti
zati ſumus in chriſto ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus
vbi late probat concluſionē quoad paruulos et adultos.
Et ad idem eſt illud ad Ephe. v. Mundans eccleſiam la
uacro aque et verbo vite: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam
eccleſiam non habentem maculā: aut rugā: aut aliquid hu
iuſmodi. Ex quo patet ꝙ baptiſmꝰ tollit mundanā omnē
maculam originalem; rugā mortalem; et q̄cq̇d huiuſmodi

id eſt culpam venialem. Item Aug. in enchi. c. xlij. Sicut a paruulo recēter nato vſqꝫ ad decrepitum ſenem: nullus ꝓhibēdus eſt a baptiſmo: ita nullus eſt qui nō peccato moriatur in baptiſmo. Sed paruuli tantū originali: maiores autem etiā his omnibꝰ moriunt̃ peccatis quecūqꝫ maleviuendo addiderūt: ad id qđ naſcendo contraxerūt. Et hoc eſt qđ dicit̃ in cōcluſione: vniuerſalis remiſſio: que nullam culpam excludit: nec originalem: ad cuius remiſſionē principaliter ordinatus eſt baptiſmꝰ: nec actualem mortalem. qđ patet: qꝛ culpa nō remittit̃ niſi ꝑ gratiā: vt infra dicet̃ de penitētia. Sed oīs culpa mortalis: ſiue actualis ſiue originalis/ſm inſtitutū dei ordinem repugnat gratie: ergo vna nō poteſt remitti manente alia. Probat̃ idem extra de baptiſmo. c. maiores. quia chriſtus totū hominē ſaluū fecit in ſabbato: q̄ opus imꝑfectiōis nō nouit. Itē ſi originale ſine actuali dimitteret̃: ſimul eſſet q̄s beatꝰ ⁊ miſer: qđ eſt impoſſibile. ¶ Sed de veniali poſſet eſſe dubiū: cū venialis culpa ſtet cū gratia: neqꝫ eam expellit nec minuit. Sed illo nō obſtāte: baptiſmus nō tantū tollit mortalia: ſed etiā venialia cōmiſſa: vt patet ex autoritatibus adductis. Nā baptiſmus in ſpiritusancto ſufficit ad ſalutē. Unde moriēs in innocētia baptiſmali euolat: et ꝑ cōſequēs impedimēta adipiſcēde ſalutis tollit. Impedit aūt peccatū veniale ingreſſum regni: quare tollit̃ per baptiſmū nō tanq̄ repugnans gratie: ſed tanq̄ repugnās glorie. Ratio aūt huius fundamentalis nō eſt: niſi diuina liberalitas: que tātū huic ſacramento voluit ꝯferre efficaciā. Ponit tamē Alexan. ꝑ. iiij. q. xx. ar. ij. huius plures cōgruentias. et poſt eū ſanctꝰ Bonauen. diſt. iiij. q. j. quas placuit hic inſerere. ¶ Prima ex ꝑte eius cōtra qđ baptiſmus eſt inſtitutꝰ/ſcilicet culpa originalis peccati. Nam ſicut corruptio originalis peccati eſt vniuerſalis et peſſimas reliquit ſequelas: ita congruū fuit vt deus vniuerſale ⁊ magne efficacie remediū inſtitueret: vt ſicut in corruptiōe iſtius morbi manifeſtat̃ magnus rigor diuine iuſticie: ſic in remedio liberalitas magna ⁊ dulcedo diuine miſericordie oſtenderet̃: vt non ſolū morbū: ſed oīa que cōſequunt̃ peccata: huiuſmodi remedij virtute deleantur. Hinc Rom. v. Non ſicut delictū: ita et donū: ſed multo excellētius donū. vt ibi ꝓbat apoſtolꝰ. ¶ Secūda congruitas ex parte eius ad qđ eſt. Eſt em̄ baptiſmus ad regenerandū. Unde in hoc ſacramento transfert̃ homo de poteſtate tenebrarū in adoptionē filiorꝫ dei. Et maxime aperit̃ largitas diuine manus in primo reditu hoīs ad deum. Et hoc innuit̃ ad Titū. iij. Per lauacrū regeneratiōis ⁊ renouationis. ſſ. quem effudit in nos abunde. ¶ Tertia cōgruitas eſt ratiōe ordinis: q̄a baptiſmꝰ eſt primū inter oīa ſacramenta ⁊ fundamentū aliorꝫ. Ideo vt ꝑfectū ſtatuat̃ fundamentū: placuit diuine miſericordie huic ſacramēto ꝑfectā dare efficaciā ad delendū omnē culpā: vt poſteriorꝫ oblitꝰ: is qui baptizatus eſt quaſi nouus effectus: omnino ad anteriora ſe extendat: potiſſima tamen cauſa eſt ſuꝑerogatio chriſti in humana redēptione. Chriſtus em̄ ſatiſfaciendo ꝓ homine dānato/multū ſuꝑerogauit in ſatiſfaciēdo: q̄a incompabiliter maius fuit preciū redēptiōis q̄ꝫ delictū. Unde Aug. in quodā ſermone. Si equalitate librent̃ culpa hominis peccātis/et p̄ciū redēptiōis: non tantū diſtat infima pars inferni a ſummo cardine celi. Et qm̄ ſm apl̄m Rom. vj. per baptiſmū cōmorimur chriſto peccato et conreſurgimus ad vite nouitatē: operatur in baptiſmo ꝑfectā ſanationē ſuꝑerogatio mortis chriſti. et hoc eſt qđ dicit glo. Exo. xiiij. ſuꝑ illud. Nec vnus ſuꝑfuit ex eis: puta in mari rubro quia oīa peccata in baptiſmo ſunt remiſſa: et potentia diaboli eſt ſubmerſa. ¶ Sic ergo quia baptiſmus eſt ſacramentū perfectū: et ꝑfectū remediū ⁊ fundamentū legis ꝑfecte: ideo cū originale peccatū priuet hominē innocentia: nō deleret ꝑfecte originale: niſi reſtitueret innocentiā. Non aūt eſt innocēs ſimpliciter qui nō caret omni peccato. Baptiſmus aūt hūc effectū habet: nō preciſe ex eo quia cōfert gratiam ſimpliciter: ſed quia cōfigurat baptizatum morte chriſti: ⁊ ſm ſuꝑerogationē meriti mortis chriſti oꝑatur in baptizato per gratiā baptiſmalē. Et licet gratia baptiſmalis ſit incipientiū: et ita imꝑfecta: quātū ad habilitādū ad bonū: tamen quātum ad liberādum a malo habet vim gratie perfectiſſime: ⁊ hoc ex diuina ordinatiōe: q̄ per illud ſacramentū tanq̄ per remediū perfectū vult oīa peccata delere: et perfectā innocentiā reſtituere. ¶ Dicit̃ notanter in cōcluſione ſuſcipienti nō indigne: quoniā in ficte accedētibus baptiſmus nō habet neqꝫ hunc neqꝫ ſequentes effectꝰ vt dicetur. q. ſequenti. Accedit autē non indigne: qui nō accedit ficte: neqꝫ actu peccat peccato actuali. Non em̄ capit mens humana (vt dixit Alex.) q̄ꝫ deus remittat aliqđ peccatū ei q̄ eſt in actuali voluntate peccandi. In talibꝰ enim baptiſmus nō habet effectū: vt in ſequēti. q. dicet̃. ¶ Uex de peccato veniali/hoc eſt ſingulare/q̄ꝫ ſi quis baptizatus eſt in actu vel in ꝓpoſito peccati venialis: licet illud veniale nō dimittat̃: quia nō dimittit̃ peccatū actuale cōtra voluntatem peccantis. Sed peccans actu venialiter: vult peccare. Siquidē omne peccatū actuale eſt voluntariū. Non autem dimittit̃ peccatū volēti cōtinuare peccatū: tamē nō impedit remiſſionē quātū ad alia peccata mortalia ⁊ venialia. Cuius ratio eſt quia veniale non opponitur gratie baptiſmali: ideo gr̄a alia remittit reſpectu q̄rꝫ non īpedit̃. Secus de mortali: qm̄ ſi vnū mortale placet: nullū peccatū dimittitur: quia gratia penitꝰ excludit̃. Hec eſt ſententia ſancti Tho. q. v. huius diſt. arti. j. in ſolutione tertie rationis. ¶ Secūda cōcluſio. Baptiſmus rite ſuſceptꝰ remittit omnem penā eternā originali et actuali debitā. Et temporalē *Cōcl. 2. B* pro actuali peccato vt tali ſatiſfactoriā. Ratio cōcluſionis eſt diuina voluntas ⁊ ordinatio qua voluit hec per baptiſmum tolli. Et probatur quoad primā partē: quia baptiſmꝰ tollit debitū originalis ⁊ actualis peccati: ex cōcluſiōe prima: quia dimittit debitū culpe vniuerſaliter: ſed debitum culpe eſt debitū pene eterne: ergo. Ad hoc facit verbū apoſtoli ad Roma. vj. Si cōplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul et reſurrectionis erimꝰ. Ergo ſicut ipſe ſurrexit liber ab omni pena: ita et nos liberamur ꝑ baptiſmum a pena. ¶ Preterea vt arguit Tho. Chriſtꝰ ꝑ mortē ſuā ſufficienter ſatiſfecit ꝓ peccatis totiꝰ humani generis: etiam ſi eſſent multo plura: ⁊ q̄a per baptiſmū chriſto commorimur et cōſepelimur: vt dicit apoſtolꝰ: ideo baptiſmꝰ quantū in ſe eſt: totā efficaciā paſſionis in baptizatū influit. et ꝓpter hoc abſoluit: nō tantū a culpa: ſed etiā a pena ſatiſfactoria: ⁊ per hoc peccatū nō dimittit̃ īpunitū: ſed penā pro nobis ſoluit chriſtus: cui ꝑ baptiſmum incorporamur. ¶ Dicit̃ notanter eternā: propter penā temporalem inflictam originali: que facta eſt velut naturalis homini: miſeria ſcꝫ et mortalitas preſentis vite: que manet: ⁊ per baptiſmū nō auferturꝫ: nec in exteriori homine nec interiori. Un̄ Aug. in de baptiſmo paruulorū libro. j. Nō hoc p̄ſtat̃ adulto in baptiſmo niſi forte miraculo dei: vt lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur: vt manifeſtū eſt: quod ita voluit dn̄s. Cuius ſanctꝰ Bonauentura octo ponit cōgruitates. Ualent enim pene ille ad humilitatis profectū: ad timoris diuinorꝫ iudiciorꝫ incuſſionē: ad ſuiꝑſius cognitionē: ad peccati fugā: ad boni ſtimulationē: ad virtutum exercitationem: in ſignū adoptionis: et vt nemo accipiat baptiſmū in premiū retributionis. Si em̄ in baptiſmo daretur immortalitas: nō ꝓpter eternā ſalutē: ſed temporale premiū ſuſciperetur: et fidei premiū euacuaret̃. Adducit cōcordantias ad ſingula: de hoc magiſter diſt. preſenti. ca. viij. Si a pena homines per baptiſmum liberarent̃: ipſam putarent baptiſmi eſſe preciū: non eternū regnū. Ideo ſoluto reatu peccati temporalis: pena tantū manet: vt illa vita ſtudioſius querat̃: que erit a penis omnibꝰ aliena. Ideo etiam manet vt ſit fideli et certādi materia: et vincēdi occaſio: qui nō vinceret ſi non pugnaret: nec pugnaret: ſi in baptiſmo fieret immortalis. Et Aug. xiiij. de trinitate ca. xvj. Proſunt iſta mala que fideles pie perferunt: vel ad emendanda peccata: vel ad excercendam probādamqꝫ iuſticiā: vel ad demōſtrandam huius vite miſeriam; vt illa vbi erit

beatitudo

beatitudo vera atqꝫ perpetua ⁊ deſidereť ardentius: et
inſtantius inquiratur. ¶ Dicitur ⁊ tēporalem pro actua
li ⁊c. q꞉ licet baptiſmꝰ nō tollat tēporalem penaꝫ pro ori
ginali oībus inflictam: remittit tñ omnē penā ſatiſfacto
riam pro pctīs actualibus cōmiſſis. Unde adultus nō te
netur ad aliquā exteriorē ſatiſfactionē. vñ Augu. in libro
de baptiſmo paruuloꝝ. ⁊ ꝯcor. in Encħ. xliij. c. ⁊ habeť
de ꝯſe. diſt. iiij. per baptiſmū. Quicq̄d ab hoīe dictum: fa
ctum: cogitatū eſt: totum aboletur: ⁊ quaſi factū non ſit
habetur. Sed ſi punireť nō haberetur vt nō factū. Pec
catum aūt factū ⁊ cogitatū ad actuale pctm̄ ſpectat. Itē
Amb. ſup illđ Ro. xj. Sine pnīa ſunt dona ⁊ vocatio dei
Et hr̄ in lr̄a. Gr̄a dei ī baptiſmo nō requirit gemitū ⁊ plā
ctuꝫ vel aliq̄đ opꝰ: ⁊ oīa grat̄ cōdonat. Qđ exponit mgr̄
de exteriori gemitu ⁊ plāctu. Nā ſine iteriori nemo adul
tus renouatur: ſed exteriores ſatiſfactiones ⁊ afflictiōes
ſcꝫ/ ⁊ ſordes penitentium/ ibi dimittūtur. Hec magiſter.
Sed di. Judeis ad baptiſmū venientibus indicebať pe
nitentia quattuor dierū: vt dicit Grego. Fauſtino defen
ſori. Et habetur de ꝯſe. diſt. iiij. Ne qđ abſit. Ergo videť
ꝙ baptiſmus nō tollat penitentiā exteriorē. Reſpondeť
ꝙ illa penitentia nō indicebatur ꝑpter ſacramēti ineffi/
caciam: ſed ꝑpter eius reuerentiā: ⁊ ꝓbationē iudeoruꝫ
baptiſma recipientiū. Ideo nō indicebať poſt ſuſceptio
Cōcl. 3. nē baptiſmi: ſed ante. ¶ Tertia ꝯcluſio. Quāuis baptiſ/
H mus fomitem pctī in rite baptizato nō penitꝰ extinguat:
ipſum tñ minuit ⁊ remittit. Prima pars patet ꝑ experien
tiam. Nam rebellio carnis aduerſus ſpiritū manet: vt di
cit apl's Rom̄. vij. Video aliam legē in membris meis re
pugnātem ⁊c. Secūda pars patet ꝑ magiſtrum in textu.
Et per beatū Auguſ. in de baptiſmo paruuloꝝ. ⁊ habeť
de ꝯſe. diſtin iiij. Non ex quo. In baptiſmo q̄uis fiat ple
na remiſſio peccatoꝝ: nondū tamē plena eſt nouitas: ⁊
mutatio ꝑfecta: quia adhuc remanet corruptio: nō ſoluꝫ
in corpore: ſed etiam in animo: qui eſt homo interior: in
quo ſi ꝑfecta nō eſſet nouitas: non diceret: apoſtolus de
die in diem renouatur. Hoc quoad p̄mā partē. Et quoad
ſecūdam ſequitur. Hec aūt lex pctī nō ſic ꝑmanet in mē/
bris eoꝝ: qui renati ſunt tāq̄ nō ſit eis facta plena remiſ/
ſio: vbi plena fit omniū peccatoꝝ noſtroꝝ remiſſio: om/
nibus inimicis interfectis: q̇bus ſeparabať a deo: ſꝫ ma/
net in vetuſtate carnis tanq̄ ſeparatum ⁊ peremptum: ſi
nō illicito ꝯſenſu reuiuiſcat: ⁊ in regnū ꝓprium reuoce/
tur ⁊c. bene ad ꝓpoſitum. ¶ Sed ꝯtra ꝯcluſionē repli/
catur. Fomes nō remittitur in baptiſmo. Qđ probať q꞉
ſi ſic/ maxime per gratiā infuſam: ſed hoc nō: ergo. Con/
ſequentia nota cum maiore: q꞉ nulla alia cauſa aſſignari
poteſt. Minor probatur: quia cū fomes ſit in carne vel
in aliqua virtute corporali: per gratiā que eſt in anima:
nō poteſt formaliter remitti ſeu diminui: quia nō eſt īter
ipſum ⁊ gratiā formalis repugnātia: cum nō ſint nati fie
ri circa idem. Ad hoc reſpondeť ſm̄ Sco. ꝙ fomes quā/
tum hic ſufficit: dicitur diminui: nō quātum ad eius eſſen
tiam: ſed quātum ad effectū/ quē cōſueuit cauſare in aīa
ſcꝫ peccatū: ⁊ quātum ad illum minuitur ꝑ gratiā: q꞉ cuꝫ
gratia augetur: ⁊ fomes minorē habet efficaciam incli/
nandi ad peccatū: vtputa victus a fortiore inclinatione
gratie ad meritū. Utrū aūt fomes quoad eſſentiaꝫ ſit in
tenſibilis ⁊ remiſſibilis: dictum eſt in ſecūdo diſt. xxx. q.
ij. ꝑpe finem. Et ponitur exemplū cōueniens de lapillo
alligato ale aquile: q꞉ ſi creſceret virtus motiua aquile:
licet nō diminueretur grauitas lapilli: q꞉ nō ſunt oppoſi
ta: nec in eodem virtus motiua aquile ⁊ grauitas lapilli
diminuitur tamen grauitas lapilli quātum ad effectum.
Quāto em̄ maior eſt virtus in ala: tanto minus impedit
lapillus volatum. ¶ Et per hoc patet reſponſio ad for/
mā replice: concedendo ꝙ fomes minuitur quoad effe/
ctum ſue inclinationis per gratiā. Et conſequēter conce
ditur ꝙ gratia nō formaliter opponitur fomiti: et per ħ
ꝙ nō remittit eſſentiā fomitis. Sed nihilominꝰ pōt impe
dire eius effectum: q꞉ etiam mutuo ſe impediūt que non
formaliter ꝯtrariantur. ¶ Concluſio quarta. Omnibꝰ Cōcl. 4.
rite baptiſmū ſuſcipientibus gratia gratū faciens: ſi nō I
ineſt: de nouo infunditur: ſi prefuit: augmentatur. ¶ Di
citur rite: ad excludendum indigne ⁊ ficte accedentem.
Hoc em̄ intelligo per rite ſuſcipientē: qđ per nō indigne
accedentem. Probatur p̄ma pars cōcluſionis: q꞉ rite ſu
ſcipiens regeneratur in adoptionē filioꝝ dei: ⁊ redditur
dignus vita eterna. Remittitur etiam omnis culpa ⁊ pe
na vt dictū eſt: ſed nihil hoꝝ fieri poteſt ſine gratia ſm̄ le
gem dei ordinatam: ergo illa pars concluſionis vera.
¶ Secūda pars huius ꝓbatur per magiſtrū in textu diſ.
p̄ſenti ca. vij. ⁊. viij. colligentem quid efficiat baptiſmus
in iam iuſtificatis per contritionē: anteq̄ baptiſmū per/
cipiūt. Primo dicit ꝙ tales abſoluūtur per baptiſmū ab
omni pena ſatiſfactoria pro peccatis actualibus: nec per
contritionē quoad culpam dimiſſis. Secūdo mūdantur
a pctīs: ſi que poſt cōuerſionem cōmiſerunt: ⁊ ab eoꝝ ex
teriori ſatiſfactione abſoluuntur. Tertio adiutrix gratia
⁊ oīs virtus in eis augetur: vt quilibet talis tūc vere no
uus homo dici poſſit. Et ad hoc allegatur btūs Hiero.
dicens. Non habenti ibi datur: ⁊ iam habenti: vt plenius
habeat datur. Qui ergo mūdus accedit: ibi fit mundior.
Et omni habenti ibi amplius datur. Quarto fomes pec
cati in tali amplius debilitatur. Quīto: q꞉ eccleſie incor/
poratur: q꞉ quaſi ramus a colūba in arcam portatur. An
te intus erat iudicio dei: ſed nūc etiam iudicio eccleſie in
tus eſt. Hec magr̄. Et debet illa pars ꝯcluſionis intelli/
gi de cōmuni lege/ ꝑpter virginem glorioſam: que ſi in
conceptione filij ſui/ totam gratiā ad quā p̄uiſa erat rece
pit: ⁊ fomes penitus extinctus fuit in baptiſmate: q̄ poſt
baptizata creditur: neqꝫ gratie augmentū: neqꝫ remiſſio
nem culpe quā nullam vnq̄ fecit: ⁊ per ꝯſequens nec pe
ne: quia nullius debitrix fuerat: neqꝫ fomitis debilitatio
nē (qui totus extinctus erat) recepit. Eccleſie incorpora
tionē eius iudicio: characterem ⁊ meriti augmentuꝫ' eſt
ꝯſecuta. ¶ Quinta ꝯcluſio. Oībus rite baptiſmū ſuſci/ Cōcl. 5.
pientibus infunditur charitatis virtus. Probatur: quia
oībus talibus infundiť gratia ex ꝯcluſione quarta: ergo
⁊ charitas. Tenet ꝯſequētia: q꞉ idem ſunt: vt oſtenſum
eſt in ſecūdo: vel ſm̄ alioꝝ opinionem: ſi ſint realiter di/
ſtincte: ſunt tñ inſeparabiles: vt ibi ꝓbatum eſt. ¶ Pre/
terea: per baptiſmū baptizatus ꝯſtituitur in ſorte filiorū
regni: ſed ſola charitas diuidit inter filios regni ⁊ carce
ris: vt vult Aug. ſuꝑ cano. Johan. ¶ Preterea: baptiza/
tus ſi moritur in eo ſtatu/ ſaluatur: ſed ſine charitate nul
lus ſaluatur. j. Coꝝ. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊ ange
lorū: charitatē aūt nō habeā: factus ſum velut es ſonās:
aut cymbalum tinniēs ⁊c. Ergo in baptiſmate charitas
infunditur. ¶ Sexta ꝯcluſio. Licet fidē ⁊ ſpem in habi/ Cōcl. 6.
tu infundi baptizatis nō poſſit ꝓbari euidenter: eſt tamē L
tanq̄ magis conſonū ſcripture ⁊ dictis ſanctoꝝ tenen/
dum ꝓbabiliter. Probať p̄ma ꝑs: q꞉ neqꝫ id pōt ꝓbari
ꝑ rōnem: neqꝫ ꝑ ſcripturā: neqꝫ ꝑ eccl'ie determinationē.
Qđ nō ꝑ rōnem: ꝓbatur. Quia cū charitas q̄ eſt gratia:
pōt ſeparari ab habitu fidei ⁊ ſpei: vt dictū eſt in p̄mo ar
ticulo: ⁊ in Oclram q. iij. ar. iij. ideo pōt ſine eis infundi.
Quia que ſunt diſtincta: ⁊ vnū nō dependet ab alio: poſ
ſunt diſtincte ꝓduci: ideſt vnū ſine alio: ⁊ ſic ꝓducta cō/
ſeruari. Qđ nō ꝑ autoritatē ſcripture: patet: q꞉ maxime ꝑ
illas. (Qui nō crediderit ꝯdēnabitur.) Mar. vlti. Item
Heb. xj. Sine fide impoſſibile eſt placere deo: ⁊ per con/
ſimiles q̄ poſſunt adduci ex canone biblie: ſed oēs ille in
telligende ſunt de adultis: q̇bus nō ſufficit fides eccle/
ſie: ſed requiriť fides ꝓpria: vt exponiť ex̄ de baptiſmo
⁊ eius effe. Maiores. Qđ etiam nō ꝑ determinationem
eccleſie: q꞉ eccleſia hoc nō determinat. Sed vtrum vir/
tutes in baptiſmate infundātur vel nō: diſputationi do/
ctoꝝ relinquiť: vt habeť ex̄ de baptiſmo. Maiores. Se/
cunda ꝑs ꝓbatur: q꞉ eccleſia illam doctorū ſententiam:

licet nō ſimpliciter determinet: eam tñ eligit: qua aſſerūt
gratiam ⁊ virtutes in baptiſmate infundi tanꝙ probabi
liorē: vt habet̃ de ſum. tri. ⁊ fi. catho. c. vnico in clementi-
nis. Preterea per hāc ſententiā paruulus ſaluātur ſcriptu
re ſupra allegate. Qui nō crediderit ⁊c. q̄ vere ſunt ſicut
ſonant: cum nec paruuli baptizati ſine fide ſaluātur: ha-
bent em̄ fidem habitualem: lʒ nō fidei actum. Item par
tes beatitudinis ſcʒ viſio: tentio: fruitio: correſpondent
fidei ⁊ ſpei ⁊ charitati vie. Cū ergo pueri poſt baptiſmū
defuncti conſequūtur verā beatitudinē quātum ad oēs
partes ex virtute baptiſmatis: ꝓbabile eſt ꝙ etiaʒ in via
conferat quibus illa correſpondēt in patria. Item dicit
Aug. vt allegat Alexan. Fides datur ⁊ nutritur in baptiſ
mo. Datur quātum ad paruulos: ⁊ nutritur quātum ad
adultos. Item ꝑ baptiſmū paruulus renaſcitur ſpūali-
ter: ergo ad vitaʒ ſpūalem: ſed ſpiritualis eſt ꝑ fidē ſicut
ſcriptum eſt. Iuſtus ex fide viuit. Nec virtutes theologi
ce fruſtra ſunt in paruulis: q: eo ꝙ inſunt aīam ornant ⁊
ꝑficiunt: ipſamq; diſponūt ⁊ habilem reddunt aduenie
te vſu rōnis ad actus virtutū tunc eliciendos cōcurren-
tibus doctrina ⁊ virtutibus acquiſitis. ¶ Septima con
Cōcl. 7. cluſio. Nulle virtutes eiuſdē rōnis cū acquiſitis infundū
L tur vi ſacramenti rite baptizatis. Probatur ꝯcluſio du-
plici experientia. Prima: q: virtute eiuſdem rōnis cū ac-
quiſitis: preſente obiecto ex ſe ſufficiūt ad eliciendū act⁹
ſuos. Nam habens habitū ſcientie: formata ꝓpoſitione
in intellectu ſtatim aſſentit. Et habens habitū temperā-
tie preſentato obiecto voluntati ſtatim elicit actum tem
perantie: ſaltem ſufficit elicere ſine alio. Sed paruulus
baptizatus veniens ad annos diſcretionis: ſi ꝓponitur
obiectum fidei: circūſcripto habitu ⁊ doctrina acquiſit̃:
nō magis credit ꝙ nō baptizatus: vt docet experientia:
ergo nō habet in ſe habitū eiuſdem rōnis cum habitu fi
dei acquiſito. Suo modo arguit̃ de obiectis voluntatis
odij vel dilectionis: ⁊ ſic de alijs. ¶ Item vt arguit Oc
kam. q. iij. quarti. Illud qđ facit obiectū reſpectu noticie
intuitiue: hoc facit habitus reſpectu noticie abſtractiue:
ergo ſicut obiectum pōt eſſe cā reſpectu noticie intuitiue
ita habitus (ſi ponatur) pōt eſſe cauſa noticie abſtracti-
ue: ⁊ per ꝯſequens ſi ponitur habitus eiuſdē rōnis cum
acquiſito in baptizato: pōt per ipſam habere noticiā ab
ſtractiuā alicui⁹ credibilis cuius nunꝙ habuit noticiam
intuitiuā: vel preuiā actualem: qđ eſt ꝯtra experientiam.
¶ Secūda experientia. Habitus virtutis acquiſitus cō
trariatur habitui vitioſo oppoſito acquiſito: ⁊ per cōſe-
quens expellit eum: ſed pono ꝙ baptizatus adultus ha
beat habitū intēſum ante baptiſmū (gratia exempli odiē
di ꝓximū) poſt baptiſmū adhuc ſentit ſe inclinatum ad
odium ꝓximi. Ergo adhuc manet in eo habitus odiēdi:
⁊ per ꝯſequēs nō habet habitū infuſum eiuſdē rōnis cū
habitu diligendi ꝓximū: q: ſi fuerit eiuſdē rōnis: contra
riatur habitui odiendi proximū: ⁊ ꝑ ꝯſequens eū expel-
lit: qđ eſt cōtra experientiā. ¶ Octaua ꝯcluſio. De lege
Cōcl. 8. cōi in baptiſmate non donātur virtutes morales infuſe.
M Illa cōcluſio ꝓbatur. Quia vel virtutes ille infuſe eēnt
eiuſdē rōnis cū acquiſitis vel alteri⁹. Nō primū vt ptʒ ex
ꝯcluſione precedenti. Nec ſcđm: quia hmōi virtutes mo
rales nō ſunt ponende: ergo. Probat̃ antecedens: quia
nō eſt ponenda neceſſitas ſine rōne: ſed nulla ratio nec
autoritas ſcripture cogit ad ponenduʒ. Qđ oſtenditur.
ꝙ nulla ratio ꝓbatur: q: maxime illa quā ponentes op-
poſitum ponūt: ⁊ recitat Ockam. q. iij. ſcʒ deus non mi-
nus ꝑfecte agit in operibus gratie ꝙ nature: ſed nō in-
uenitur in ſcriptura ꝙ ipſe det aliqđ pncipium operatio
nū: niſi det oīa neceſſaria ad illas operationes: ſicut nō
dat virtutē ꝓgreſſiuā niſi det organa: ⁊ oīa requiſita ad
ꝓgreſſionē: ⁊ ſic de alijs operibus nature: g̊ eodem mō
in operibus grē. Nunc aūt habens charitatē: habet pnci
pium oīm operationū meritoriarū: ⁊ nō poſſunt opera
tiones ille exerceri ſine virtutibus moralibus. puta act⁹
prudentie ſine prudentia: act⁹ iuſticie ſine iuſticia: actus
temperantie ſine tēperantia: actus fortitudinis ſine for-
titudine: ⁊ ſic de ſimilibus. g̊ deus dando charitateʒ: dat
oēs virtutes morales. ¶ Sed illa ratio nō probat: qm̄
multipliciter deficit: vt idem vult vbi ſupra. Nam falſuʒ
aſſumit: ꝙ deus in natura nō dat pncipiū operationum:
niſi det oīa neceſſaria ad illas operationes ⁊c. q: oppoſi
tum frequēter eſt veruʒ. Nam deus creando hoīem dat
ſibi principiū ſciendi ⁊ virtuoſe volendi: ſcʒ intellectum
⁊ voluntatem: ⁊ tñ non dat ſibi habitus de cōmuni lege
per quos pōt faciliter in talia opera: ſed dat ſibi faculta-
tem acquirendi tales habitus. Et ſic in ꝓpoſito: quādo
dat charitatem dat pncipium merendi ſufficiēs: quo pōt
in oīa opera meritoria ⁊ virtuoſa. Ideo nō opʒ ꝙ det ſi-
bi oīa per que pōt in illa prōpte ⁊ expedite: ſed ſufficit ꝙ
dat facultatē acquirendi talia. ¶ Preterea nō imprimū
tur talia nature neceſſaria ad operationē: niſi quādo pn
cipium ex ſe nō eſt ſufficiens ad hmōi operatiōes exercē
das: ſicut exemplo poſito: q: virtus progreſſiua ſine or-
ganis nō ſufficit ad motum progreſſiuū: ideo natura de
dit organa: ſic nō eſt in ꝓpoſito: q: per charitatem quis
pōt in oīa opera meritoria mediantibus habitibus acq̄
ſitis vt dictū eſt in tertio. Ideo pter virtutes morales ac
quiſitas nō eſt neceſſariū infundere alias. Et ꝑ hoc ptʒ:
ꝙ nec hoc eſt verum qđ in rōne aſſumit̃: ſcʒ ꝙ opera me
ritoria nō poſſint exerceri ſine virtutibus moralib⁹ ſaltē
infuſis de q̄bus arguتuʒ eſt. Quoniā ſi intelligit de acq̄
ſitis nihil ad ꝓpoſitum: q: illas homo habere pōt ex ſe:
⁊ ꝑ hoc ꝙ ille requirūtur: nō ꝓbatur ꝙ infuſe ſint neceſ
ſarie. Quāuis etiā virtutes acquiſite non ſint ſimplr̃ ne
ceſſarie ad opus virtuoſum aut meritorium: qđ ptʒ: quia
opus virtuoſum aut meritoriū precedit habitum acquiſi
tum: cū habitus virtuoſus acquirat̃ ex operib⁹ virtuoſis
frequētatis. Nec experientia cogit: q: nihil experit̃ bapti
zatus qđ poſſit: qđ non poſſit nō baptizatus: ſimilr̃ ſicut
ipſe nutritus ⁊ formatus. Nec autoritas aliqua: cui non
liceat ꝯtradicere: hoc aſſerit: qm̄ ⁊ cap̄. in Clementinis
(qđ opinionem iſtam reputat ꝓbabiliorem que dicit: ꝙ
virtutes infundūtur) nō dicit̃ ꝙ virtutes morales infun
dātur. Sed dicit gratia ⁊ virtutes. qđ ſane de theologi-
cis virtutibus intelligit̃: q̄ ſunt neceſſarie ad ſalutē: non
de moralib⁹: ſaltem nō opʒ. ¶ Similr̃ ſi allegatur ꝙ ipē
domin⁹ docuit oēm viam prudentie. Baruch. iij. dicens.
Audi iſrael mādata vite: auribus ꝑcipe vt ſcias pruden-
tiam ⁊c. Et illud Iohan. j. Oīa ꝑ ipm̄ facta ſunt ⁊c. Et il
lud Eſa. xlv. Ego dn̄s faciens oīa hec. Et. j. Cor. xij. Diui
ſiones operationū ſunt: idem vero de⁹ qui operatur oīa
in oībus. Intelligende ſunt ſm̄ Ockam ꝙ deus eſt cau
ſa partialis ⁊ immediata reſpectu cuiuſcūq; effectus. Et
ita videt̃ ꝙ ſuperfluū eſt ponere virtutes morales infu-
ſas. ¶ Concluſio nona. Gratiā cū virtutib⁹ theologicis Cōcl. 9.
infuſam in baptiſmate concomitat̃ intellectus illumina N
tio: affectus fecūdatio: ⁊ incorporatio baptizati chriſto
⁊ eccl̃ie. Probatur ꝯcluſio: q: grā vnit eū cui ineſt capiti
xp̄o ⁊ corpori eccl̃ie: ⁊ mēbrū eius cōſtituit: nō mortuuʒ
(qđ fides informis pōt) ſed viuū. Unde Aug. ad Boni-
faciū dicit: vnūquēq; mēbrū xp̄i ꝑ baptiſmū fieri. ¶ Itē
ꝑ baptiſmū aſcribit̃ familie xp̄i: q̄ aſcriptio eſt incorpora
tio ad min⁹ numero: etſi nō merito ſi īpediret fictio. Si-
militer charitas fecūdat: q: dat aīe potentiam ad merito
rie operandū: operari ṽo meritorie eſt parere fructū vi-
te. Hinc glo. Ps. xxvij. Per baptiſmū aīa ariditate pctōꝝ
ſterilis fecundatur. Sic fides in baptiſmo infuſa lumen
eſt quo aptat̃ ad videndum credenda. ꝗuis nondum in
actu: ſed in habitu manifeſtent̃ credenda. que (concurrē
te fide actuali) vidētur. i. cognoſcūtur. Et hoc mō Diony
ſius ⁊ Damaſcenus illuminationē attribuūt baptiſmo.
Unde ⁊ baptiſm⁹ ſacr̄m fidei đr. ¶ Concluſio decima ⁊
vltima. Baptiſmus oībus rite baptizatis aperit ianuam Cō. 10.
regni celeſtis. Probatur ꝯcluſio. Illud aperit ianuaʒ re

gni celeſtis: qđ remouet omne illud quo aīa ſeparata a corpore impedit̃ ab ingreſſu regni. Sunt aūt duo impedientia aīam ſeparatā: ſcꝫ pctm̄/⁊ pene debitū. Illa em̄ ſuperna hierl̄m libera eſt: vt ait apl̄s ad Gal.iiij. Libera ab oī ſeruitute pene ⁊ culpe. Pene quidem: q: pene ſolutionē ſequit̃ triſticia ⁊ dolor. Hec aūt in celeſti beatitudine minime reperiūtur: ꝓpter qđ Johan. in Apoc. de electis loquēs ait. c.xxi. Abſterget deus oēm lachrymam ab oculis eoꝝ: ⁊ mors vltra non erit: neqꝫ luctus: neqꝫ clamor: neqꝫ dolor. Culpe vero ſicut ibidem teſtat̃ Johan. ca.xxij. cū dicit. Non intrabit in eā aliq̄d coinq̄natum aut abominationē faciens ⁊ mendaciū. Sed baptiſm⁹ omnē culpā tollit/⁊ omne debitū pene ſatiſfactorie: baptizatū expedit ab om̄i retardatiuo regni: ita ꝙ baptizatus niſi poſt baptiſmū in pctm̄ relabatur: moriens euolat ex gr̄a baptiſmi: vt ex ſuperioribꝰ ꝑtꝫ: ꝗ regnū celeſte aperit. Et licet hec porta aperiat̃ ꝑ̄ncipalr̄ a deo: meritorie a paſſione xp̄i: tm̄ fit inſtrumētaliter ⁊ diſpoſitiue a gr̄a baptiſmali. ¶ Ex hoc ꝑtꝫ differētia: quā īter alias Beda aſſignat baptiſmi a circūciſione: q: baptiſmus aperit ianuā regni celeſtis: nō aūt circūciſio. Non tm̄ in hac fundat̃ ꝙ circūciſio ꝑ̄ceſſit paſſionē: per quā regnū apertum eſt oībus: quātum ad ſufficientiā: ⁊ baptiſmus ſequit̃. Quin etiam circūciſio facta poſt xp̄i paſſionē/ante ſufficientē euāgelij ꝓmulgationē: licet originale pctm̄ abſtulerit: nō tm̄ regnū circūciſio (ſaltē adulto) aperuit: q: penā actualium pctōꝝ ſatiſfactoriā nō penitus abſtulit: ⁊ ita nō oīa īpedimēta introitus regni remouit. Baptiſm⁹ vero vt dictū

Arti.3. Dub.1. eſt: oīa tollit: q: penā ⁊ culpā remittit. ¶ Quātū ad tertiū articulū dubitatur ꝑ̄mo. Nā videt̃ ꝙ ſeptima ꝯcluſio ꝯtradicat ſexte. Nā ſexta ꝯcluſio ꝯcedit tanꝗ̄ magis ꝯſonū ſcripture/fidē ⁊ ſpem infundi in baptiſmo: ⁊ ſeptima gn̄aliter negat virtutes eiuſdē rōnis cū acq̇ſitis infundi in baptiſmo. Fides aūt ⁊ ſpes q̄ infundunt̃: ſunt eiuſdē rōnis cū fide ⁊ ſpe acq̇ſitis: q: ſunt eorūdē actuū ⁊ obiectoꝝ. Ad hoc dubiū rn̄det̃ breuiter: ꝙ ꝯcluſiones ille nō ꝯ̄dicūt ſibi: q: ꝯcluſio ſeptima notāter loquit̃ de virtutibus eiuſdē rōnis cū acquiſitis: nūc aūt fides ⁊ cetere virtutes theologice infuſe de q̇bus ſexta ꝯcluſio loquitur: nō ſunt eiuſdē rōnis cū acq̇ſitis: vt ꝓbatuꝫ eſt in tertio. Et ꝙ hic arguit̃: ꝙ ſint eorūdē actuū ⁊ obiectoꝝ: ꝑtꝫ ibi ꝙ nō: q: virtutes infuſe nō pn̄t in illos actꝰ ſine acq̇ſitis in quos acq̇ſite ſine infuſis: vt ibi declaratū eſt. Non em̄ pōt habitus infuſus īmediate mouere ad actū ſine acq̇ſito: vt experiētia docet: ſaltē loquēdo de infuſis: q̄ de lege cōi cū gr̄a infundunt̃. Pōt tm̄ deus ꝑ miraculū infundere virtutes eiuſdē rōnis cū acq̇ſitis: q̄ īmediate mouēt ſine acq̇ſitis: ſicut apl̄is infudit ſpūſſctūs fidē: q̇s docuit (iuxta ꝓmiſſum xp̄i) oēm veritatē: ꝑ quā ſtatim crediderūt oē credibile obiectū. Hoc aūt nō operat̃ fides de cōi

Dub.2. lege ī baptiſmo īfuſa. ¶ Dubitat̃ ſcđo ꝯ̄ ꝯcluſionē octauā: q̄ negat infuſionē virtutū moraliū. Nā videt̃ ꝙ virtutes morales infundant̃ eadē rōne qua ħ ꝯcedit̃ de theologicalibus. ¶ Preterea deus quos ſanat: ꝑfecte ſanat. Dei em̄ ꝑfecta ſunt opa. Deut.xxxij. ergo cū iuſtificat impiū ipm ſanādo: ita partē ſenſitiuā ſanat ſicut rōnalē: ꝗ ſicut in rōnali ponūtur v̇tutes theologice infuſe: ita ponende ſunt in ſenſitiua morales infuſe. ¶ Preterea virtutes morales acq̇ſite nō ſufficiūt ad ſalutē: ꝗ neceſſe eſt ponere infuſas morales. Cōſequētia tenet: q: deus non deficit in neceſſarijs ad ſalutem. Anͣs ꝓbatur: q: v̇tutes morales acq̇ſite nō ſunt nate dirigere actiones in deum tanꝗ̄ in finē: qđ tm̄ neceſſariū eſt ad ſalutē. Nā pħi ⁊ alij infideles: habuerūt virtutes fortitudinis tꝑantie etiam eiuſdē rōnis cū virtutibus noſtris: ⁊ tm̄ virtutes eoꝝ nō dirigebāt ad deū tanꝗ̄ in finē vltimū ſuas actiones: ergo nec noſtre: cū ſint eiuſdeꝫ rōnis in illis ⁊ nobis. Et ꝑ ꝯn̄s neceſſarium eſt ponere alias in nobis: q̇bus noſtra opera in deū dirigant̃. ¶ Preterea cū v̇tutes ille ſint ꝑfectiones aīe: nullā includētes imꝑfectionē: etiā ponende ſunt in btı̄tudine: vbi eſt oīs ꝑfectio cōueniēs beato. Sed ſi paruulus moreret̃ priuſꝗ̄ adoleret: ſemꝑ illis virtutibus in btı̄tudine careret: ſicut ſemꝑ caruiſſet in via. ¶ Itē in tertio diſt.xxxiij. arti.iij. in ſolutione ſecūdi dubij đ: ꝙ ponende ſunt virtutes morales infuſe: ⁊ allegatur ad hoc autoritas Aug. Et ita pſalteriū nō ꝯcordat cū cithara. ¶ Ad illa rn̄det̃: ꝙ vt dicit Ockam. Virtutes morales infuſas eſſe ponēdas: nō pōt euidenter ꝓbari: nec etiā iprobari. Et ita vr̄ eſſe ꝓbleuma neutrū ex vtraqꝫ parte ꝓbabile: tm̄ q: nō apparet rō neceſſitatis: nec autoritas cogens: eligit dictus doctor (quē imitor) partem illā q̄ vitat pluralitatē. Et ꝑ ħ ad ꝑ̄mā rōnē đ/ꝙ alia rō eſt de theologicis vt ꝑtꝫ in ꝓbatione ſexte ꝯcluſionis: q̄ licet ſint rōnes nō cogentes: hn̄t tm̄ locū in theologicis: ⁊ nō in moralibus: vt ꝑtꝫ eas aduertēti. ¶ Ad ſcđam đ: ꝙ deus quē ſanat ꝑfecte ſanat: q: oīa pctā dimittit. His em̄ dimiſſis eſt ꝑfecte ſanus: q: diſpoſitꝰ ad regnū. Non tm̄ ideo habitꝰ vitioꝝ a iuſtificato expellit: ideo nec opꝫ ꝙ habitꝰ virtutū infundat. Vn̄ ꝑfecta ſunt opa in gn̄e: q̇bus nihil deficit de neceſſarijs: vel ad integritatē rei ꝑtinentibus: ſed nō ſunt ꝑfecta ſm̄ oēm ꝑfectionē rei quam operatur poſſibilē. ¶ Ad tertiā đ: ꝙ verum eſt ꝙ virtutes morales nō ſufficiūt ad ſalutē ſine theologicis. Sed acq̇ſite morales ſufficiūt cū charitate ad ſalutē/⁊ ad oēꝫ actū meritoriū eliciēduꝫ: q: charitas inclinat īmediate ad actū cuiuſlibet virtutis. Jō dicit btūs Grego. q: om̄ia precepta ſunt vnū in radice charitatis: eo ꝙ charitas ad obſeruantiā oīm ꝑ̄ceptoꝝ inclinat. De oībus aūt actibꝰ virtutū quatenꝰ ſunt neceſſarij ad ſalutē dant̃ ꝑ̄cepta. Et iō nullus actꝰ eſt ꝑfecte virtuoſus vel meritoriꝰ ſine actu charitatis. Verū facilius inclinat̃ hō ad virtuoſa ⁊ meritoria: ꝯcurrente cū charitate virtute morali acq̇ſita/ꝗ̄ a ſola charitate. ¶ Et qđ in rōne tertia aſſumitur: ꝙ virtutes noſtre ſunt eiuſdē rōnis cū virtutibꝰ pħoꝝ infideliū verū eſt ꝙ fidelis pōt acq̇rere virtutē moralē eiuſdeꝫ rationis cū nr̄is/quādo ſcꝫ opat̃ fortiter ⁊ tꝑanter: ꝓpter finē honeſtū citra deū nō vltra ordinādo in deū: ſed habitus ſic acquiſiti nō ſunt virtutes ꝑfecte: ſicut nec actꝰ eoꝝ meritorij. Sed virtutes morales fidelis ex actibꝰ meritorijs cauſate nō ſunt eiuſdē rōnis cū virtutibꝰ pħorū: q: virtutes morales diſtinguūtur ſm̄ diſtinctionē obiectoꝝ partialiū: finis aūt eſt obiectū partiale: vt dictuꝫ eſt in tertio: cū ergo hic ⁊ ibi ſint diuerſi fines: q: in iſtis deꝰ eſt finis: qui nō eſt finis in illis. Nam pħs (exēplicā) abſtinet ꝑ tēperantiā ꝓpter ſalutē corporis/⁊ eiꝰ bonā diſpoſitionē ad opationes rōnis: fortiter egit ꝓpter bonū reipublice/aut alios ſimiles honeſtos fines: ⁊ ita habitus acquiſiti inclinabāt ad opera ſimilia ꝓpter eoſdē fines. Sed xp̄ianus vt talis operat̃ fortiter: abſtinet tēperanter: corpus caſtigat ⁊ in ſeruitutē redigit ꝓpter deū: q: ſic deus ꝑ̄cepit: vel q: deo placent hmōi opera. Ideo virtutes ex illis operationibꝰ genite hn̄t aliū finē: ⁊ per hoc aliud obiectū partiale: ⁊ ꝑ ꝯſequēs ſunt alterius rationis a virtutibꝰ philoſophoꝝ. Et hoc etiā verū eſt circūſcripta charitate infuſa: puta ſi eſſet charitas acq̇ſita ſiue infuſa. ¶ Ad quartā đ: ꝯceſſo ꝙ ſunt ꝑfectiones aīe: nō tm̄ opꝫ eas eſſe in beatitudine: q: nō ſunt debite alicui niſi ex merito ꝓprio aut ſingulari dei benignitate homini ꝯferātur. Nec oīs ꝑfectio ineſt beatis: ſed illa q̄ ineſſe debet eiſdem. ¶ Ad vltimā đ: ꝙ in opinabilibus que vt opinabilia dicūtur: nō eſt incōueniens aliqua nunc ſm̄ vnā opinionē aſſerere: ⁊ nūc eius contrariū ſm̄ aliā opinionē. Hoc etiā frequēter philoſophos ⁊ ſanctos feciſſe inuenit̃. Secus ſi ꝯtraria dicerent̃ determinatiue. Sic in tertio dictū eſt ſm̄ opinionē alioꝝ: non eā approbando: ſed dictū eius recitando. Unde ibi ſic đ: ꝙ cōiter dicitur de virtutibus moralibus infuſis ſicut de theologicis: et ita nihil determinādo aſſeritur. Sed dictū cōiter opinātiū recitatur. Hic autē oppoſitum tanꝗ̄ magis rōnabile opinando aſſeritur. Et ad autori. Aug. que ibi allegatur

reſpondetur ꝙ Auguſtin⁹ non diffinit virtutem in gene
re:ſed virtutem gratuitá: que ſemꝑ includit charitatē in
fuſam:qua ſola recte viuitur: ⁊ qua nullus male vtitur.
Alijs em̄ virtutibus oībus pōt quis male vti obiectiue:
licet nō formaliter:charitate autē habita nemo pōt male
vti:neqꝫ formaliter:neqꝫ obiectiue: qꝛ nō ſtat cum malo
vſu. Et ita iſta autoritas Auguſti.nō eſt ad oppoſitū con
Dub.3. Q clufionis. ¶ Dubitaꝛ tertio. Utrū baptiſm⁹ habeat ple-
nū effectum in ficte accedentib⁹ cedente fictione. Dubiū
illud nō querit de ficto:qui nec ſacramentū ſuſcipit: nec
rem ſacramēti:qꝛ cū ille in fictione nō recipit ſacramen-
tū:nullum eius effectū recipit recedēte fictione: qꝛ eius
qđ nō fuit:nullus eſt effectus:ſed de eo q̇ ſacramentū ve
re ſuſcipit: ſꝫ ꝑpter ſuā indiſpoſitionē nō participat gra
tiam que eſt res ſacramenti:nec remiſſionē peccatorum.
Quis ſit hic vel ille fictus:ſequenti queſtione dicetur.
¶ Cōſequēter notandū ꝙ de hoc vtrū recedēte fictione
pctā dimittanꝛ ei qui deponit fictionē ꝑ verā ꝯtritionez.
Concors eſt oīm ſententia ꝙ ſic: alioq̄n ficto accipienti
baptiſmū preclufa eſſet via ſalutis:cū baptiſmus non ſit
iterabilis. Inſtituit em̄ dn̄s baptiſmū initerabilem:ne ꝑ
pter plenā remiſſionē q̄ fit ī baptiſmate tā culpe ꝙ̄ pene
daretur occaſio ſepius delinquēdi: ſi baptiſmus ſepius
poſſet reiterari. Nulli aūt quotienſcūqꝫ labenti preclufit
deus viam ſalutis:ꝙ̄diu fuerit in hac vita. Non enim ad
maiorem miſerationē voluit quēcunqꝫ noſtrū ad proxi-
mū obligare:ꝙ̄ ipſe voluit hr̄e ad ſubditū. Petro autez
querenti quotiēs deberet dimittere fratri peccāti in ipm
reſpondit. Septuagies ſepties. Matth.xviij. immo ſm
Aug. Millesies:in homelia dicētē. Et vniuerſaliter quo
tienſcūqꝫ peccauerit ⁊ recognouerit:totiens parcenduz
eſt ei. Ideoqꝫ inſtituit dn̄s aliud remediū a baptiſmate:
ꝑ qđ quotienſcūqꝫ pctm̄ cōmiſerit in via: ſcꝫ ſacramentū
penitentie pōt deo recōciliari: ⁊ ita patet ficto via ſalutꝭ
volenti recedere de illa fictione. Sed vtrū cedente fictio
ne:alia pctā puta ante baptiſmū cōmiſſa dimittanꝛ vi ba
ptiſmatis in fictione ſuſcepti:an vigore penitentie ⁊ con
tritiōis. De hoc recitat Durādus duas opiniones. Una
ꝙ cedente fictione pctā dimittūtur:que ꝑpter fictionez
in baptiſmo remiſſa nō ſunt:ſed nō virtute baptiſmi p̄ce
dentis:ſed ꝑpter cordis contritionē ꝑ charitatē ⁊ mētis
humiliationē. Et hec eſt Iohā in apparatu decreti in ca
pitulo.tūc valere.de ꝯſe.diſt.iiij.exponētis illud Augu-
ſtini in de baptiſmo paruuloꝝ. Tūc valere incipit ad ſa-
lutem baptiſmus:cum illa fictio veraci ꝯfeſſione receſſe
rit:q̄ corde in malicia vel ſacrilegio perſeuerāte/pctōꝝ
ablutionē nō ſinebat fieri. Et poſſet addi ratio. Nā opus
mortuū nunꝙ̄ viuificaꝛ:ſed baptiſmus in fictione ſuſce-
ptus eſt opus mortuū:qꝛ in mortali pctō factum: ideo ꝑ
ceſſionem fictionis aut cōtritionem viuificari nō poteſt.
¶ Sed ꝯtra iſtam opinionē ⁊ gloſaꝫ arguit Durandus
ꝙ gloſa iſta corrumpit textum:q̇ dicit ꝙ baptiſm⁹ incipit
valere cū fictio receſſerit.glo.dicit ꝙ remiſſio pctōꝝ non
ſit virtute baptiſmi p̄cedentis:ſed ꝑpter ꝯtritionem cor
dis. Ex quo ſequitur ꝙ recedente fictione/nullus eſt ibi
valor baptiſmatis ſed ꝯtritionis:nō ergo tūc incipit va-
Alia opinio. R lere baptiſm⁹. ¶ Ideo eſt alia opinio doctoꝝ cōiter Ale
xan. Tho. Bonauē. Richardi: quā ipſe approbat: et di-
cit eccleſiam tenere:de remiſſione peccatoꝝ per baptiſ-
mū:ꝙ per baptiſmū recedente fictione tollitur oīs cul-
pa ⁊ pena peccatoꝝ ante baptiſma cōmiſſoꝝ: nō tn̄ ipſi⁹
fictionis:nec eoꝝ p̄cedentiū q̄ erant cā fictiōis in baptiſ
mo:vt addit Sco. ⁊ declarat.q.v.huius diſtin.verbi gr̄a.
Aliquis ante baptiſmū cōmiſit ſeptem pctā mortalia: et
veniēs ad baptiſmū de ſex atteritur:ſeptimū actu placet
vel de eo nullo modo atteritur. Illud ſeptimū eſt ſolum
cauſa fictionis eius in baptiſmo. Opꝫ ergo ꝙ vere peni
teat de illo ſeptimo ⁊ in ſe: ⁊ inquantum fuit cā fictionis
eius in baptiſmo:qđ pro tāto dico:qꝛ forte peccauit vno
alio pctō mortali:faciens irreuerentiā ſacramento: ſuſci
piendo baptiſmū in tali fictione. Sed recedēte illa fictio
ne que fuit impedimentū effectus baptiſmi per verā pe-
nitentiā ⁊ contritionē (qꝛ aliter fictio illa: ⁊ pctm̄ hoc ſe-
ptimū nō dimittitur) deus confert gratiā baptiſmalē in
remediū contra alia ſex pctā:q̄ fuiſſent deleta in baptiſ-
mo:niſi fictio concurriſſet: ⁊ ideo talem de illis ſex non
opꝫ habere veram pniam:nec forte nouā attritionē: pre
ter illam q̄ habita eſt ante baptiſmū:ſed ſolo impedimē-
to amoto:ſicut deus ſuo ſigno aſtitiſſet ad cauſandum ⁊
dandū effectū eius ſuſcipienti:ſi nō fuiſſet impedimētuꝫ
in ſuſcipiente. Ita paratus eſt ſemꝑ poſt ſuſceptionem ſi
gni/aſſiſtere ei q̇ ſuſcipit:ad cauſandū in eo effectū quā-
do ceſſat hmōi impedimentū. Et nō opꝫ vt vult Scotus
ibidem/id attribuere characteri impreſſo ipſi ficto:quaſi
ipſe ſit cauſa: aut aliq̇d opereꝛ ad effectum baptiſmalē:
vt dicunt cōiter alij. Sed ſolū ꝙ deus ex eadem pactiōe
aſſiſtit etiam poſtea ei qui ſuſcipit: ꝙ̄cito fictionis obex
tollitur:qua aſtitiſſet in ſigni ſuſceptione ſi fictio nō fuiſ
ſet. ¶ Sed ꝯtra hunc modū replicat Sco. ibidem. Si ꝑ
penitentiam deletur fictio: ⁊ illud ſeptimū pctm̄ qđ erat
cauſa fictionis:nō aūt pōt delere vnū mortale q̄n deleā-
tur oīa:qꝛ ſm Aug. Impiū eſt dimidiā veniā a deo ſpera
re:g̊ per illam pniam delentur oīa alia ſex pctā: nō ergo
gr̄a baptiſmalis delet illa ſex alia. Itez pctm̄ mortale qđ
manet poſt baptiſmū:non pōt deleri niſi pnia:qꝛ illa eſt
ſecūda tabula poſt naufragiū.ſm Hierony. Illa aūt ſex
peccata q̄ non ſunt cauſa fictionis/manent poſt baptiſ-
mū:ergo nō delentur niſi ꝑ pniam. Uel ſi fingas alia de
leri ꝑ baptiſmū q̄n tollitur impedimentū: quare non ita
pōt illud ſeptimū/⁊ fictio tolli q̄n ceſſat impedimentū ꝑ
illud baptiſma. ¶ Nec valet ſolutio: ſi diceretur ꝙ pe-
nitentia quātum eſt de ſe deleret oīa pctā: ſi nō preueni-
retur ab alia cā potentiore:ſed qꝛ p̄uenitꝛ ꝑ baptiſma:qđ
tunc habet effectū ſuū:pnīa nō delet illa: qꝛ prius natu-
raliter tollitur fictio ꝙ̄ per baptiſmū aliquid cauſetur: ⁊
in illo priore opꝫ habere veram pniam: qꝛ fictio nō tolli
tur niſi per veram pniam ſm Auguſt. Uera aūt peniten
tia plene recōciliat deo quātum ad oīa: ergo baptiſmus
nō poteſt p̄uenire effectum penitentie quātum ad illoꝝ
ſex deletionē:imo p̄uenit penitentia delendo oīa. ¶ Ad
hanc replicam ponit duplicē ſolutionē Sco. ibidem. Pri
ma ꝙ penitentia ꝑfecte reconciliat deo:delendo oīa pec
cata:q̄ ſunt obiecta penitentie per ſe ideſt de q̇bus peni
tet. Non aūt opꝫ omne pctm̄:qđ in caſu deletur: eſſe ob-
iectū penitentie:qꝛ non illa ſex:que ante baptiſma cōmiſ
ſa ſunt: de quibus aliqualis attritio p̄ceſſit baptiſmum.
de q̇bus etiā nō requirebaꝛ vera ⁊ ſufficiens cōtritio an
te baptiſmū:vt delerentur in baptiſmo nō ergo per vir-
tutem pnīe dimittūtur hec oīa pctā. Dimittūtur quidem
oīa:ſed aliqua ex virtute pnīe:vt illud ſeptimū:et fictio.
Alia virtute baptiſmi: ⁊ ita nō habeꝛ dimidia venia: ſed
tota: ꝑ diuerſas tn̄ cauſas ſimul concurrentes. Et ſm S
cōſequēter dicendum eſt: ꝙ illa ſex delentur quātum ad
penam ⁊ culpā: nec opꝫ de eis habere pniam ſiue contri
tionem:nec ꝯfeſſionem:nec ſatiſfactionem. Sed ſolū de
illo ſeptimo/quod fuit cauſa fictionis: ⁊ de ipſa fictione
¶ Et ꝑ hoc ad ſcđm quare per baptiſmū illa fictio non
deletur: dꝛ ꝙ illa fictio ⁊ ſeptimū pctm̄ cauſa ſunt quare
in baptiſmo nec ipſa/nec alia ſunt deleta. Et ideo poſſi-
bile eſt ꝙ reſpectu eius baptiſmus nō habeat efficaciam
ſed reſpectu alioꝝ:qꝛ ipſum eſt formaliter impedimentū
effectus baptiſmi:alia nō. Illud em̄ operatur nūc baptiſ
mus reſpectu cuiuſlibet peccati: qđ tūc fuiſſet operatus
ſi illud ſolū inueniſſet ſine alio. Si ergo illa ſex/⁊ quod
libet eoꝝ fuiſſet ſolū tp̄e baptiſmi:fuiſſent remiſſa: illud
aūt ſeptimū ſi ſolū fuiſſet:non fuiſſet remiſſum in baptiſ
mo:ergo nec iam remittitur per baptiſmū:ſed ꝑ pniam.
¶ Ad aliud ꝙ pnīa eſt ſecūda tabula ⁊c. Dicēdum ꝙ eſt
ſecūda tabula quātum ad pctā poſt baptiſmum cōmiſſa
nō quātum ad ea que ante baptiſmū cōmiſſa ſunt: ⁊ non

fuerunt cauſa quare in baptiſmo nō ſunt remiſſa. Aliter
pōt dici vt idem doctoꝛ recitat. Quādo vere penitet fict⁹
de fictione: et de pctō ſeptimo infundiť ei gratia ꝑfectioꝛ
(ꝓpter p̄cedens baptiſma) ꝙ̄ eſſet illa gr̄a q̄ pꝛeciſe in⸗
funderetur rōne pn̄ie ſi baptiſmus nō pꝛeceſſiſſet: ita ꝙ
illa gr̄a nunc poſt fictionē cedentē infuſa: includat in ſe
ꝑfectionē gr̄e penitentialis ⁊ baptiſmalis. Et hoc modo
baptiſmus habet effectū: qꝛ gratia equalens gr̄e baptiſ⸗
mali datur penitenti de fictiōe ſimul cū illa que daretur
rōne pn̄ie. ¶ Nec cū ſit fictus: ⁊ poſtea penitens recipit
cōmodum de fictione ſua: pꝛo eo ꝙ penitens de fictione
recipit duplicē gratiā: quā nō reciperet ſi nō fictus ſuſce
piſſet baptiſmū: ⁊ poſt lapſus fuiſſet in ſimile pctm̄ pctō
fictionis: qꝛ tunc penitēs de fictione nō haberet niſi ſim
plicem gr̄am penitentie: qꝛ licet duplicem gratiā recepit
tn̄ non reſpectu oīm pctōꝝ. Nam reſpectu illius ſeptimi
peccat/⁊ fictionis nō recipit niſi gratiā pn̄ie. i. gratia illa
recepta nō operatur reſpectu fictionis/plus ꝙ̄ operata
fuiſſet ſola gr̄a penitentialis: remitteret em̄ culpam: ſed
nō totam penā pctō fictionis debitā: niſi eſſet perfectiſſi
ma ꝯtritio q̄ eſt perrara. Sed reſpectu alioꝝ ſex/opera⸗
retur gr̄a baptiſmalis dimittēdo penā ⁊ culpā illis aliꝭs
debitā. Repoꝛtaret etiā ſic fictus graue dānū: qꝛ interim
durante fictione eſſet filius gehēne ⁊ inimicus dei: p̄ua⸗
retur etiā multis meritis/que tp̄e illo fictionis cumula⸗
re potuiſſet: ⁊ ꝑ hoc p̄uaret ſe augmento gratie ⁊ gloꝛie:
Opinio gabriel. qꝺ nunꝙ̄ recuperare poterit. ¶ Videť mihi ꝙ facilius il
la difficultas expediri poſſet/tenēdo quaſi mediū inter
S illas duas opiniones: ⁊ ꝑ hoc ſaluādo vtraſqꝫ. ſ. dicendo
ꝙ baptiſmus nō alium effectū habet nūc cedente fictiōe
ꝙ̄ habuiſſet ſi fictio nō fuiſſet. Si aūt nō fuiſſet fictio: et
pctā ante baptiſmū cōmiſſa ꝑ pꝛeuiā contritionē fuiſſent
dimiſſa: baptiſmus illa nō dimitteret: nō ex ſua impoten
tia: ſed qꝛ non inueniret pctā que dimitteret/potens tn̄
eſt dimittere quecūqꝫ inueniret: ⁊ quātum inuenit/tan⸗
tum dimittit. Et ideo ſi pena nō eſt dimiſſa virtute cōtri⸗
tionis pꝛeuie: illam integre dimittit. Sic etiā ceſſante fi⸗
ctione per pn̄iam (que nō pōt eſſe de ſola fictione: ſed de
oībus peccatis foꝛmaliter ſi occurrerent: vel virtualiter
ſi nō occurrerent: talem em̄ neceſſe eſt foꝛe penitentiaꝫ/
que ſufficit delere pctm̄) dimittūtur oīa pctā ante baptiſ
mū in baptiſmo: ⁊ poſt cōmiſſa quoad culpā: per baptiſ
mum autē oīa ante baptiſmū cōmiſſa: que nō fuere cau⸗
ſe fictionis: remittūtur/quātum ad oēm penam quā pe⸗
nitentia non abſtulit: remitteret etiam quoad culpam ſi
inueniret reatum culpe. Unde baptiſmus tollit quicq̄d
inuenit: qꝺ em̄ nō inuenit: tollere nō pōt: ⁊ ſic incipit va
lere baptiſmus cedente fictione/quātum ad remiſſionē
pene: ⁊ ꝑ hoc ſaluať auto. Aug. Sic baptiſm⁹ paruuloꝝ
nō tollit pctā actualia: qꝛ nulla ꝑ paruulos ſunt cōmiſſa
nō tn̄ ideo imꝑfectioꝛ eſt vel minus potens ꝙ̄ baptiſm⁹
T adultoꝛum. ¶ Et ꝑ hoc patet reſponſio ad motiua p̄me
opinionis. Ad iohānem gloſatoꝛem dꝛ: ꝙ fuit illius opi.
in qua eū ceteri doctoꝛes nō imitantur. Ad rōnem dꝛ: ꝙ
opus bonū moꝛtuū. i. in moꝛtali pctō factum/nunꝙ̄ reui
uiſcit quātum ad meritum operantis: qꝺ mereť ſi non in
moꝛtali fieret: ſed quātum ad effectuꝫ quē aliūde habet:
pōt reuiuiſcere. Exēpli cauſa. Elemoſyna in pctō moꝛta⸗
li facta nō reuiuiſcit quātum ad meritū dantis: reuiuiſcit
tamen quātum ad oꝛationē pauperū elemoſynā recipiē
tiū/quibus impetrant gratiā danti. Sic abſtinētia ⁊ coꝛ⸗
poꝛis caſtigatio in moꝛtali facta nō reuiuiſcit quoad me⸗
ritum abſtinentis. Sed qꝛ caſtigatio ex ip̄o opere habet
carnem ſubijcere ſpiritui: quātum ad illū effectū reuiui⸗
ſcit: qꝛ cedente fictiōe caro ſubiectioꝛ eſt ſpiritui/ꝙ̄ ſi nō
pꝛeceſſiſſet caſtigatio. Sic ſuſceptio baptiſmatis quan⸗
tum ad meritum qꝺ mereretur ſi ſuſciperet cōtritus/nō
reuiuiſcit: ſed quātuꝫ ad effectū quē habet ex opere ope
rato ꝑ diuinā aſſiſtentiā reuiuiſcit: nec vt ſic eſt opus ſu⸗
ſcipientis: ſed dei ſuo ſigno aſſiſtentis. Et tantum de il⸗
la queſtione.

Queſtio. ij.

## SEcūdo queriť. vtrū A
omnes ſuſcipientes baptiſmū equaliter ac
cipiant ſacramentalē eius effectū. Tres ar
ticuli reſpondebūt queſtioni. ¶ Quātum Arti. I
ad pꝛimū/pꝛimo notandū: ꝙ duplices ſunt baptiſmū ſu Nota. I.
ſcipientes: quidā paruuli nōdū rōnis capaces: aliꝭ adul⸗
ti: ⁊ hi multiplices. Nam quidā actu vtuntur rōne: q̇daꝫ
actu nō vtūtur ſed pꝛius vſi ſunt: vt doꝛmientes/vel qui
ex infirmitate/aut accidente caſu rōne pꝛiuati ſunt: vt fa
tui aut furioſi a natiuitate: ⁊ de illis ꝑ oīa dicenduꝫ ſicut
de paruulis. ¶ Item adultoꝝ quidā ſunt ficti. quidā nō
ficti. Ficti ſunt/qui aliud p̄tendunt foꝛis: aliud intus ha
bent. ¶ Et hoc in ſuſcipiente baptiſmū pōt dupl̄r cōtin⸗
gere. Vel qꝛ oſtendit ſe velle ſuſcipere baptiſmuꝫ eo mō
quo eccl̄ia intendit dare: ⁊ tn̄ oppoſitū habet in aīa. Vel
ſecūdo oſtendēdo ſe eſſe diſpoſitū ad ſuſcipiēdū baptiſ⸗
mū: ⁊ tn̄ nō eſt diſpoſit⁹ in aīo: aut qꝛ nō habet rectam fi
dem: aut qꝛ habet pctm̄ moꝛtale in actu vel in ꝓpoſito:
vel cōplacentiā vel nullā diſplicentiā de pctō. Et illo ſe⸗
cūdo modo cōiter loquūtur ſancti ⁊ doctoꝛes de ficte ac
cedentibus ad baptiſmū: q̇ ſcilꝫ accedendo ponūt obicē
gr̄e. ſ. infidelitatē: aut moꝛtale pctm̄ qꝺ tūc actu volunta
tis cōmittūt: aut de quo cōmiſſo nullā habent diſplicen
tiā. ¶ Item adultoꝝ quidā ꝯſentiūt ſue baptizationi: q̇
ſcꝫ actu elicito volunt id in eis ꝑ baptiſmū quē recipiunt
fieri qꝺ eccleſia credit: ſeu ꝓpter qꝺ a xp̄o inſtitutus eſt:
licet foꝛte nō credāt valere baptiſmū: vt ſi quis animo di
ceret: volo baptizari. valeat quātū valet. ¶ Aliꝭ ſunt diſ
ſentientes: qꝺ pōt intelligi negatiue tm̄: vel ꝯtrarie. Ne⸗
gatiue negat actualem cōſenſum: ſed nō ponit ꝯtrarium
diſſenſum: hoc eſt/nō vult baptiſmū: nec habet volunta
tem baptizandi: ⁊ hic diſſenſus pōt eſſe in doꝛmiente/et
nō aduertēte baptiſmū. Cōtrarie ponit actualem diſſen⸗
ſum: ⁊ hoc ſimpl̄r/vel ſm̄ quid. Simpl̄r/q̇ vult non ba⸗
ptizari: hoc eſt/habet in ſe nolle baptizari. Scd̄m q̇d/q̇
vult baptizari: nollet tn̄ ſub cōditione: ſcꝫ ſi aſſequi poſ⸗
ſet illud ſine baptiſmo: qꝺ per baptiſmū aſſequiť: vt qui
vult baptizari vt vitā redimat: nollet tn̄ ſi ſine baptiſmo
vitam poſſet cōſeruare: ſicut in ſimili de pꝛoijciente mer⸗
ces in mari: qui volēs pꝛoijcit. Voluntate em̄ mēbꝛa mo
uentur ad pꝛoijcienduꝫ: nollet tn̄ pꝛoijcere ſi alio modo
poſſet vitam ꝯſeruare: ⁊ ſic dicitur nolle ſub conditione.
¶ Ex quo ad pꝛimū membꝛū nolle ſimpliciter nihil re⸗
fert ad ꝓpoſitum. Utrū hanc nolitionē verbo vel ſigno
ꝓteſtetur: an ſola volūtate teneat: etiā ſi foꝛis oppoſitū
ſimulet: qꝛ in rei veritate ſi eſt diſſenſus talis in aīo oīno
idem eſt quoad deum ⁊ quoad baptiſmi veritatē ſiue re⸗
clamet ſiue nō ſigno exterioꝛi: tn̄ quātum ad iudicium ec
cleſie: que iudicat de manifeſtis: ⁊ eum q̇ tacet/pꝛeſumit
conſentire. Quoad deū ⁊ veritatem differentia eſt: quo⸗
niam per eam nō cogitur reclamans ad obſeruationem
religionis chꝛiſtiane: cogiť autē non reclamans. ¶ Nec
in hoc pōt argui eccleſia/ꝙ iſti nolenti/nec tamen recla
manti fieret iniuria. Minus em̄ malū eſt ſibi/ꝙ inuitus
ſeruet legem xp̄ianam: ꝙ̄ ꝙ impune ꝑmittatur agere cō⸗
tra eam: qꝛ minus malum eſt aliqua bona agere et mala
fugere/ꝙ̄ liberū ⁊ impune mala ꝑpetrare ⁊ bona omit⸗
tere. Hec oīa Sco. q. iiij. hui⁹ diſtin. ¶ Secūdo notandū Nota. 2.
ꝙ ſicut tangit magr̄ in textu. Triplex eſt baptiſmus. ſ. flu B
minis/ſanguinis ⁊ penitētie: qui dꝛ generalioꝛi nomine
baptiſmus flaminis. ¶ Pꝛo cuius intellectu notanduꝫ
ꝙ loquēdo ꝓpꝛie de baptiſmo ꝓut eſt ſacramentū no. le
gis: non eſt niſi vnus baptiſmus ſm̄ ſpeciem: q̇ fit in aq̄
ſub determinata verboꝝ foꝛma: ꝓut ſupꝛa deſcriptus eſt
diſtin. iij. de quo apl̄s ad Eph. iiij. Unus dn̄s: vna fides:
vnum baptiſma. Cetera que dicūtur baptiſmus: dicūtur
baptiſmus equiuoce: ⁊ ſm̄ quandam attributionē: ſicut
vꝛina/medicina ⁊ dieta dꝛ ſana ꝑ attributionē ad ſanitatē

animalis. Urina/q: eſt ſignū ſanitatis. Medicina/quia
eſt cauſa ſanitatis efficiēs. Dieta/q: eſt cauſa ſanitatis cō
ſeruans. ¶ Et ſic aliq̇d ð: baptiſmus: q: ſignū aut figu⸗
ra veri baptiſmi. Et ſic diluuiū ð: baptiſma: qꝺ ꝓpter ſal
uationē fideliū/⁊ ſubmerſionē infideliū in ipſo factā/ſi
gurat baptiſma: qꝺ extinguit vitia: ⁊ liberat baptizatū a
demonis ptāte. ¶ Propter eandē rōnē ſubmerſio egy⸗
ptioꝝ in mari rubꝛo: ⁊ liberatio populi dei baptiſmꝰ ð:.
Unde. j. Coꝛ. x. Patres noſtri oēs ſub nube fuerūt: et
oēs mare trāſierunt: ⁊ oēs in moyſe baptizati ſunt in nu
be ⁊ in mari. ¶ Sic ⁊ quedā oblationes ve. teſta. baptiſ
mata dicebātur: vt in aqua luſtrationis ⁊ in vaſis ablu⸗
tis. ¶ Dicitur etiā qn̄ꝙ baptiſmus: qꝺ eſt quedā diſpoſi
tio vel pꝛeparatio ad baptiſmū: ſicut baptiſmꝰ iohānis:
⁊ baptiſmus quo xp̄s baptizatus eſt a iohāne quo ſan⸗
ctificate ſunt aq̄: vt ſupꝛa dictū eſt. ¶ Dicitur etiā baptiſ
mus attributiue: q: habet effectū ſimilē baptiſmo: ⁊ hoc
modo baptiſmꝰ penitentie vel flaminis ⁊ baptiſmꝰ ſan⸗
guinis dicūtur baptiſmi: nō ꝙ ſacr̄m baptiſmi fiat niſi in
aqua: ſed q: ipſius virtus ⁊ ſanctificatio daꝛ non tm̄ per
aquā: ſed etiam ꝑ ſanguinē ⁊ pn̄iam vt dicit magr̄: q: per
hec pctā remittūtur ⁊ pene: in toto/vt in martyrio: vł in
parte/vt in pn̄ia/ſi nō fuerit ꝑfecta ⁊ ſufficiēs. ¶ Eſt au
tem baptiſmus flaminis vel penitētie/ꝯtritio coꝛdis aut
pꝛeparatio ſufficiens ad gratie infuſionē: ꝑ quā de con⸗
gruo meretur pctōꝝ remiſſionem. Et baptiſmus ſangui
nis/eſt martyꝛiū ꝓ xp̄o ſeu iuſticia ſuſceptū: dūmodo nō
fuerit contēptus baptiſmi: ſed īpoſſibilitas ſuſcipiendi.
Suſceptum/intellige volūtate ꝓpꝛia vel p̄ncipij cōiun⸗
cti: qꝺ ð: ꝓpter paruulos in matrū vteris ꝓ fide xp̄i ex⸗
tinctos. ¶ Dicit autē martyriū baptiſmꝰ ſanguinis: licet
nō ſemꝑ ſanguis fundaꝛ in martyrio: q: tm̄ ſemꝑ vita ex⸗
tinguit in martyrio: q̄ ſm̄ legem eſt in ſanguine. ¶ Nul
uiter: parū aſpergi aqua in capite. Et ſi forte frigida no/
ceret ſaltem tepida non noceret: quia paruuli tenerrimi
pro remedio balneātur aqua tepida. Et cōſequēter que/
rit Scotus. Nunquid baptizans cum iſta erronea cōſciē
tia eſt irregularis ſi puer moriatur. Reſpōdet: non eſt:
quia nō eſt homicida licʒ credat ſe eſſe homicidaʒ. Ideo
ſtante cōſciētia/ tenetur ſe tenere tanq̄ irregularē. Amo
ta tamen cōſcientia/ nō oportet diſpenſationeʒ querere:
quia nunq̄ fuit irregularis. Verum Hollcot in caſu ſup

poſito de puero proiecto dicit ꝙ ſi in caſu neceſſitatis pu
er ſic ꝓijceretur ⁊ moreretur: credo ꝙ ſaluaretur: deo per/
ficiente id qđ ab hominib⁹ ſit imperfecte. Si autē euade
ret mortē: eſſet ſub cōditione rebaptizādus. Rich. ⁊ cō/
muniter alij cōſentiunt Sco. addit ⁊ Pe. de palude cū
Richardo aliā rationē: quia in caſu nō eſt ablutio pue/
ri. Nā qui aqua abluitur primo aqua operitur in toto vel
in parte: ⁊ poſtea diſcooperitur. Et ꝓpter primū/ bapti/
zatus repreſentat chriſti ſepulturā: ⁊ ꝓpter ſcđm reſurre
ctionē. ¶ Sed ratio illa parū cōcludit: quia ꝑ ſolā aſper
ſionē poteſt fieri baptiſmus: ⁊ tunc vel pars nō operiṫ
p̄mo: ⁊ poſtea diſcooperiṫ. Quia poſſunt guttule aſper/
ſe adherere corpori: nec eſt de neceſſitate ꝙ abſtergātur.
Unde lotio in diffinitione baptiſmi dicit generaliter om
nē contactū aque fluide que humectat nudū corpus vel
eius partē. Et per hoc etiam poſſet ſolui ratio Scoti: cui
etiā innititur Rich. ⁊ Pe. ſcʒ ꝙ actus ille ꝓiectionis nō
eſt ordinat⁹ ex ſui natura vt puer abluaṫ: ſed vt ſubmer/
gatur: q̄m diceret/ ꝙ ſufficeret ꝙ ex intētione ꝓijcientis
ordineṫ ad ablutionē quā proijciēs intēdit. ¶ Et videṫ
dictū Hollcot nō improbabile. Nā poſſet caſus nō oīno
diſſimilis cōtingere: poſſet em̄ puer de manib⁹ ſacerdo/
tis dū immergeret in fontē: ⁊ verba cū intētione profer/
ret elabi: ⁊ priuſq̄ de fontis profundo leuareṫ extingui:
puto ꝙ nō negareṫ baptizat⁹: licʒ actus ille etiā ad ſub/
merſionē ordinareṫ. Vide hic Panor. de bap. ⁊ eius effe
ctu. c. non vt apponeres. ¶ Si q̄ris: q̇d ſi puer in cribro
vel calatho cū fune ſubmitteretur in puteū: ita vt aqua
ſubintrans corpus pueri tangeret: cū intētione ⁊ forma
debita: ⁊ inde extrahereṫ: an eſſet baptizat⁹. Reſpōdēt
oēs ꝙ ſic: quia nō eſt de neceſſitate baptiſmi ꝙ baptizās
puerū manib⁹ ſuis cōtrectet: ſufficit ꝙ abluat immerſio/
ne vel aſperſione: dū tamen idem ſit qui abluat ⁊ verba
proferat: vt. j. diceṫ. Nec eſt cura ſi multū vel parū aque
habeatur ſm Hollcot. q. j. quarti. de conſe. diſtin. iiij. nec
quēq̄. Unde de cribro tantundē poteſt exprimi vt puer Dub. 5.
aſpergatur. ¶ Dubitatur vltimo. Vtrū infantes infide/ R
lium inuitis parētibus ſint baptizādi: ⁊ adulti ad baptiſ Opinio
mū cōpellendi. ¶ Circa primum recitat Durandus tres
opiniones cum ſuis motiuis: quas etiā recitat Pe. de pa
lude. diſtinctione preſenti. q. iiij. arti. iij. ⁊ rōnes earūdeʒ
ſoluit late multū. Prima opinio duo dicit. Primū ꝙ p̄n/
cipes terreni poſſunt licite immo meritorie auferre pue/
ros iudeo⁊: qui ſunt in dominijs ſuis: ⁊ eos baptiſmo of
ferre. Scđm ꝙ puer ſic baptizat⁹ recipit verū baptiſma.
Primū ꝓbat: q: magis occurrendū eſt periculo mortis
eterne/ q̄ periculo mortis temporalis: ſed puero exiſtēte
in periculo mortis temporalis ſubueniendū eſt etiā inui
tis parentibus: etiam ſi ex malicia vellent puerum occi/
dere: ergo ⁊c. Hec aūt ſubuētio ſit per baptiſmuʒ: quare
licet eos inuitis parētibus baptizare. ¶ Preterea quili
bet homo magis eſt dei a quo habet animam ⁊ corp⁹/ q̄
parentum a quibus ſolum habet corpus: ergo iniuſtum
non eſt/ ſi pueri auferantur de parentibus ⁊ conſecrenṫ
deo. ¶ Preterea ſpecialiter probant quoad pueros iu/
deo⁊. res et bona ſeruo⁊ ſunt domino⁊ ſuorum (ex̄ de
iudeis ⁊ ſara. ſicut iudei.) ſed filij ſunt res quedā paren/
tum: ergo ſunt in poteſtate parentum: poſſunt ergo eis
vti vt reb⁹ ſuis offerēdo eos ad baptiſmuʒ. Et cōfirmaṫ:
q: p̄ncipes chriſtiani (vt dn̄i iudeo⁊) p̄nt eo⁊ filios ven
dere in ſeruitutē terrenā: ergo a fortiori ratione poſſunt
eos offerre in ſeruitutē diuinā: qđ ſit ꝑ baptiſmū: immo
videṫ ꝙ in h̄ mereanṫ: ſi hoc faciāt ꝓpter dei honoreʒ et
puero⁊ ſalutē. ¶ Scđm probat: quia ad ſuſceptionē ba
ptiſmi ſufficit ꝙ nō inueniatur in ſuſcipiēte obex cōtra/
rie voluntatis: vt patet in paruulis chriſtiano⁊: qui an/
te baptiſmū pares ſunt paruulis iudeorum. Hic autem
obex non eſt in paruulis ratione carentibus: ergo ſuſci/
piunt verū baptiſma. ¶ Scđa opinio eſt huic contraria
quantum ad vtrumq;: quam ex animo videtur amplecti
petrus vbi. s̄.

petrus vbi ſupra:ſaltem quoad primã partem. Sed de ſe/
cunda ſuſpenſus manet ſicut et Durãdus. Ponit autẽ opi
nio iſta:ꝙ non licet paruulos auferre inuitis parentibus/
et offerre ad baptiſmum quoad primum. Et ſi de facto ba/
ptizentur nihil fit:nec ſuſcipiunt ſacramentũ. Primũ pro/
bant:quia ꝗuis aliqs poſſet eſſe ſeruus aliorũ quantũ ad
opera ciuilia: in his tamen que eis cõpetunt iure naturali
vel diuino non ſunt ſerui:ſed liberi : poteſt eñ ſeruꝰ come/
dere ⁊ bibere/et matrimoniũ cõtrahere inuito dño: vt ha/
betur de cõiugio ſeruorũ ca.j.et hoc iure naturali. Poteſt
etiã inuito dño credere in deũ : et huiuſmodi que pertinẽt
ad ius diuinũ:ad qᵭ etiã ſpectat baptizari. Cum ergo cura
paruulorũ iure naturali ⁊ diuino quantũ ad hoc competat
parentibus:nõ poſſunt eis licite auferri vt baptizent̃:licet
poſſint eis auferri/vt vendant̃ ad opa ciuilia. ¶ Preterea
non habet dñs tẽporalis maiorem poteſtatem in filios ꝗ̃
parentes:qm̃ a ſeruitute parentũ deriuat̃ ſeruitus filij:ſed
princeps nõ habet cõpellere iudeũ adultũ ad ſuſceptionẽ
baptiſmi: vt habet̃.xlv.diſ.ca.de iudeis.ex concilio toleta/
no.vbi dicit̃. De iudeis/precepit ſancta ſynodus : nemini
deinceps ad credẽdũ vim inferre. Et eadẽ diſt. Qui ſynce/
ra.dicit̃: Qui ſyncera intentiõe extraneos a chriſtiana reli/
gione ad fidẽ cupiũt rectã ꝓducere:blandimẽtis debẽt nõ
aſperitatibꝰ ſtudere:ne quoꝝ mentẽ reddita ratio a plano
poterit reuocare: pellat procul aduerſitas.ergo non debet
eis inferri vis auferendo filiũ/vt baptizet̃:cũ volũtas filij
paruuli ſit volũtas patris quouſq ꝑuenit ad vſum ratiõis
¶ Preterea arguunt:ſi hoc licitũ eſſet ꝓbabile eſt ꝙ pmi/
tiui ſancti et rectores eccleſie/hoc cõſuluiſſent terrenis pn/
cipibus:quos habuerunt ſibi valde fauorabiles:vt Silue
ſter conſtantinũ:⁊ Ambroſius Theodoſiũ:qᵭ tamẽ nulli/
bi legitur factum. ¶ Secundũ ꝓbant:quia ad ſuſceptionẽ
baptiſmi nõ ſufficit ex parte ſuſcipiẽtis ꝙ nõ inueniat̃ obex
cõtrarie voluntatis:ſed requirit̃ intentio ſuſcipiẽdi baptiſ
mum directa vel interptatiua. Qᵭ patet:qa ſi aliqs adul/
tus nunꝗ intentionẽ baptizandi habuiſſet:nec de fide aut
baptiſmo aliquid audiuiſſet:⁊ eſſet in ſolo originali/⁊ dor
miens baptizaretur nihil fieret: vt patet ex premiſſis:ꝗuis
in voluntate eius nõ eſſet obex. Requirit̃ ergo voluntas
ſuſcipiendi baptiſmũ directa in adulto:⁊ interpretatiua in
paruulo. Sola autẽ voluntas parentũ eſt voluntas par/
uuloꝝ interpretatiua:anteꝗ habeãt vſum rationis. Ideo
ſi cõtra voluntatẽ parentum baptizarent̃:non eſt ibi volũ
Opi.3. tas:nec directa nec interpretatiua. ¶ Tertia opinio eſt q̃ſi
media:hec tenet quoad primũ:ꝙ nõ ſit licitũ filios iudeo/
rũ baptizare inuitis parentibus:cũ ſecũda opinione:et ta/
men dicit ꝙ ſi fiat eſt verum ſacramentũ : et vere baptizati
ſunt paruuli. Primũ probat ratiõibus ſecunde opinionis
Secundũ ſic oſtẽdit. Nam nõ maius ius habet infidelis in
filijs ſuis/ꝗ chriſtianus in ſuis:ſed filius parẽtis chriſtia/
ni ſi baptizatur inuitis parentibus recipit verũ baptiſma:
ergo ſimiliter ſi filius infidelis baptizatur inuitis parenti
bus recipit baptiſma verum. Et ꝓ illo eſt cap̃.paruuli alio
de cõſecra.diſtin.iiij.vbi dicit̃: Paruuli alio ꝓfitẽte bapti/
zantur:quia adhuc loqui vel credere neſciunt : ſicut etiam
egri:ſurdi et muti:quoꝝ vice alius ꝓfitet̃:vt ꝓ eis reſpon
deat dum baptizantur. Ubi nulla fit mentio de parentibꝰ
nec determinatur perſona que ꝓ eis reſpõdeat. ¶ Duran/
dus cũ petro vt ſupra aſſentit ſecũde opinioni quoad pri/
mum dictũ:ſcilicet ꝙ nõ licet principibus paruulos iudeo
rum auferre parẽtibus ⁊ eos baptiſmo offerre. Sed ſecũ/
dum/ſcilicet ſi de facto baptizant̃ : an ſit verũ ſacramentũ
dubitat:et dat viã ſoluendi ratiões probãtes ꝙ ſit verum
Opinio ſacramentũ. ¶ Richardus dicit diſt.vj.arti.iij.q.iij. ꝙ nõ
Richar. eſt conſuetudo in eccleſia:nec eſſe debet ꝙ paruuli iudeoꝝ
⁊ paganoꝝ/inuitis parentibus baptizent̃:non tamen hoc
dicit ea ratione qua opinio ſecunda ꝑdicta:ſed alia. Que
eſt:quia aut baptizati reſtituerent̃ parẽtibꝰ ad nutriendũ:
aut non. Si ſic:parentes eos inducerent:⁊ aſſuefacerẽt ad
ſuos errores:et ad chriſtiane fidei cõtẽptũ:ita vt etiã adul
ti contẽnerent ſacramentũ:qᵭ ignorantes inuitis parenti/
bus recepiſſent:qᵭ eſſet in ſacramenti fidei dehonoratio/
nem. Si aũt nõ reſtituerent̃ parentibus:eſſet periculum ꝓ
paruulis:ne parentes eos interficerent: vt nõ fierent chri/
ſtiani. Et preterea fieret eis iniuria:quia ius habent in cor/
poribus eoꝝ ꝗdiu vſu li.ar.carent: poſtꝗ aũt habent li.ar
bi.incipiunt eſſe ſui:et tunc poſſunt ſi cõſentiunt inuitis pa
rentibꝰ baptizari. ¶ Subdit ꝙ poſſet dici ſm aliquos/ꝙ
ſi eſſet conſuetudo in eccleſia: vt deo cõſecrati nutrirent̃ de
facultatibus eccleſie:nec parentibus reſtituerent̃: tunc bo
num eſſet eos inuitis parentibus baptizari:ac per baptiſ/
mum eos ſuperiori dño conſecrare : ſed cõſuetudo eccleſie
non eſt talis. Ex quo dicto videt̃ conſentire prime opinio/
ni in ſecundo eius dicto:ꝙ ſi paruuli infideliũ inuitis parẽ
tibus baptizarentur: verũ baptiſma perciperent. ¶ Sco.
vero.q.vltima huius diſt.prime opinioni cõſentit:ſm quẽ Opinio
reſpondeo ad dubiũ/ꝙ principibus nõ ſolum licet:ſed de/ Sco.
bent auferre paruulos a dominio parentum volentiũ eos S
educare cõtra cultũ dei:dum hoc facere poterũt cum bona
cautela:ne parentes cognoſcẽtes hoc futurũ:occidãt par/
uulos ſuos. Probatur. Nam in paruulo deus habet maiꝰ
dominiũ ꝗ parentes. Et vniuerſaliter in poteſtatibus ordi
natis:poteſtas inferior non obligat in his q̃ ſunt cõtra ſu/
periorem: vt dicit Augu.de verbis dñi homel̃.vj.et allegat
Magiſter diſ.vl.li.ij. Si illud iubet poteſtas qᵭ nõ debes
facere:in hoc ꝯtẽne poteſtatẽ:timẽdo ptãtẽ maiorẽ. ⁊ decla
rat in exẽplo de curatore et ꝓcõſule:et de ꝓconſule et de im
peratore:et de impatore et deo. Et ꝑ hoc magis cõpellen/
dus eſt q̃libet obedire dño ſuperiori ꝗ inferiori:immo cõ/
pellendus eſt obedire dño ſuperiori ꝯtra inferiorẽ. Et ideo
ſi ticius ſeruus ſit petri:et ticius vti voluerit ſeruo ſuo con
tra dominium petri:magis cogendus eſt ſeruus ticij ſerui
re petro (quia ſuperior eſt ticio) ꝗ ticio. Maxime ergo de
bet princeps zelare ꝓ ſeruando dominio ſupremi dñi ſcili
cet dei:et per cõſequens auferre paruulos ⁊c̃. ¶ Et dictũ
eſt notanter princeps:quia forte ſingulari ac priuate per/
ſone non licet:q̃ nullã habet ſuperioritatẽ in parentes : ſi/
cut nõ liceret priuate perſone iniuſte ab alio detenta ꝓpria
autoritate recipe et vero dño reſtituere: nam ad iudicem ⁊
reipublice rectorẽ hoc pertinet. ¶ Dicit̃ etiam:dũmodo fa
cere cum bona cautela poteſt ⁊c̃.quia niſi caueret̃ pericli/
tatio pueroꝝ:magis nocumentũ afferret̃ paruulis ꝗ ſalꝰ.
Et quia ſatis graue eſt cauere hoc periculũ:ideo eſtimo ec
cleſiã hanc conſuetudinẽ nõ habere:et per hoc ſoluta eſt ra
tio Richar. Faciunt etiã pro reſponſione ratiões ꝑme opi/
nionis. ¶ Per hoc ad rationes ſecũde opinionis. Ad pri/
mam poſſet reduci cõtra opinãtem:qm̃ in his que ſunt iu/
ris naturalis et diuini/nõ eſt ſeruitꝰ. Paruuli (quoad cul/
tus diuini applicationem) nõ ſunt ſub dominio parẽtum
ideo nõ fit eis iniuria/ſi eis inuitis baptizent̃:et vero dño
ꝯſecrent̃. Et cũ infert̃/ꝙ cũ cura ꝑuuloꝝ iure naturali ⁊ di/
uino cõpetit parentibus ⁊c̃. Eſt penitus inꝑtinens illatio:
ſed cõceſſo ꝙ cura paruuloꝝ et quantũ ad corpus/et etiam
animã ante ratiõis vſum ꝯmiſſa ſit parentibus:manifeſtũ
eſt/ꝙ cura ſalutis vtriuſq/nõ interitus cõmiſſa eſt. Nõ eñ
habẽt parẽtes tale dominiũ in filios:vt eos poſſint interfi
cere aut mala inferre. Et ſi qs videret patrẽ velle interfice/
re filium:tenet̃ eum violẽter (ſi poteſt) eripere de manibꝰ
patris:quãto magis tenet̃/dum videt paruulũ periclitari
a parẽte quoad animã:q̃ maior eſt corꝑe. ¶ Preterea iure
diuino et naturali tenetur homo eo ipſo quo homo cogno
ſcere ſuũ creatorem et illi ſeruire: vt dicit Grego.in princi/
pio moraliũ. Et ideo nõ debẽt parẽtes contra ſuũ creatorẽ
filios in errorem inducere:qᵭ cũ faciũt: licite ab eis aufer/
ri poſſunt filij tanꝗ abutentibus iure ſuo / nõ minus ꝗ ſi
abuterent̃ corporibꝰ eoꝝ. ¶ Ad ſecundam rationẽ reſpon
debitur ſtatim infra. Ad rationẽ ꝓ ſcᵭo dicto/ſcʒ ꝙ ſi bapti
zaretur paruulus inuitis parentibus nihil fieret: dicit̃ ꝙ ſi
volũtas interptatiua reqreret̃:eo mõ reqrit̃ quo fides alie
na. Hec aũt non eſt fides parentũ:ſed eccleſie: vt dictũ eſt.

Neqꝫ requirunt̄ de neceſſitate baptiſmi offerentes ad baptiſmū et patrini: ſed ad oꝛnatū et cōgruitatē: alioq̄n ſi q̇s inueniret paruulum expoſitū/moꝛientē non poſſet eum baptizare ſi nō adeſſet offerēs eū: qđ nullus cōcedit. Et ꝓ illo facit ratio tertie opinionis. ¶ Preterea. ſ̄. oſtenſum eſt: ꝙ ad veritatē baptiſmi paruuloꝝ ſufficit aqua/foꝛma/⁊ intentio miniſtri/et fides eccleſie: q̄ oīa cōcurrūt in ꝓpoſito: ergo eſt verū baptiſma. Et ſi diceret̄ (vt Duran. ⁊ Pe. tangunt) ꝙ paruuli infideliū nō ſunt de eccl̄ia ſicut paruuli fideliū: ideo nō eſt ſimile de vtriſqꝫ. Dicendum ꝙ quantum ad illa: ita hi ſicut iſti ſunt de eccleſia. Nā et parētes infideles tenent̄ eſſe de eccl̄ia: q̇a oēs vocati: et in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ. Et ſicut oēs tenent̄ recipe baptiſmū ſi volūt ſaluari: ita ⁊ eſſe de eccl̄ia: q̇a ſi eſſe nolunt: de ſua malicia/ nō debēt repoꝛtare cōmodū: vt maius ius habeant in paruulis ſuis q̄ fideles in ſuis. ¶ Ad ſecūdā partē dubij: An

C infideles adulti ad fidem ſint cōpellendi. Dicūt ꝯmuniter doc. ꝙ nō. habēt ꝓ ſe allegata ſuperius in ſcđa opinione et quedā alia: vt late deducit Pe. vbi. ſ̄. Ricb. vero diſ. vj. arti. iij. q. j. adducit hanc rationē. Non poſſunt hoīes licite cogi ad ea q̄ nec illis ꝓſunt neqꝫ eccl̄ie: quia illa coactio penitus eſſet inutilis: ſed cōpellere hoīes ad ꝓfitendū fidē oꝛe et ad ſuſcipiendū baptiſmum foꝛis nihil ꝓficit coactis niſi adhiberēt actū interioꝛē volūtatis ad quē cogi nō poſſunt Nec eccleſie: q̇a plus poſſunt nocere eccleſie infideles occulti q̄ manifeſti: quia ſub ſimulatione chꝛiſtianitatis poſſunt veros chꝛiſtianos facilius ſeducere. Nec ꝑ coactiōes ad actus exterioꝛes: reddunt̄ pꝛonioꝛes ad bonū actū interioꝛem exterioꝛibus cōcoꝛdantē: quia naturaliter homo refugit ⁊ odit ea ad q̄ cōpellit̄: iuxta illud. Nitimur in vetitū. Et ſi in cōtrariū allegeт̄ illud Luc. xiiij. Exi in vias ⁊ ſepes ⁊ cōpelle intrare. Reſpōdet̄ ꝙ nō eſt intelligēda autoꝛitas de violenta cōpulſione: ſed de efficaci admonitione et vocali inductiōe. Et ꝙ Aug. ad Vincētiū dicit. Ad fidē autoritate legum cōpellendū eſſe. Reſpōdet ꝙ loquit̄ de hereticis q̄ fidē receperūt ⁊ apoſtatarūt. Aliter reſpōdet Scot⁹ q. vi. diſt. iiij. Crederē religioſe fieri ſi ipſi parētes ꝑuuloꝝ cogerent̄ minis et terroꝛib⁹ ad ſuſcipiendū baptiſma: ⁊ ad ſeruandū poſt ſuſceptū: q꞉ eſto ꝙ ipſi nō eſſent veri fideles in animo: tamē minus malum eſt eis: non poſſe impune legem ſuam illicitā ſeruare q̄ poſſe eā libere ſeruare. Itē filij eoꝝ ſi bene educarent̄ in tertia et quarta generatiōe eſſent vere fideles. Et ſm̄ hoc ꝓbare videt̄ cōciliū toletanū ſupꝛa allegatū: qđ cōmendat Siſibertū religioſiſſimū pꝛincipē: qui infideles coegit ad fidē. Et ſm̄ hoc poteſt reſponderi ad canones allegatos ꝙ eccl̄ia nō cōpellit infideles ꝓpter pacē eccleſie ſeruandā/⁊ cauendā eius turbationē: q̄ ſeq̇retur ſi generaliter oēs infideles ad fidē cōpellerentur. Per idem ad aliud de ſanctis ſiluestro ⁊ Ambꝛoſio: q̇a tꝑe ſiluestri pauci fuerūt chꝛiſtiani. Et tꝑe btī Ambꝛoſij plures heretici arriani: ꝓpter q̄ tunc cōgrue fieri nō poterāt generales cōpulſiones. Omnia enim ſuo tempoꝛe et modo acticanda ſunt.

Diſtinctio. v.

## Poſt hoc ſciendū eſt.

Egit magiſter de baptiſmo quātū ad ei⁹ q̇dditatē: ⁊ quātū ad effectū ei⁹ q̇ad ſuſcipientē In hac diſt. v. agit de ei⁹ effectu quātū ad cōferentē. Et ſummat̄ ſentētia text⁹ in his trib⁹ cōcluſionib⁹.
¶ Pꝛima: A bonis et malis/baptiſma verū et ſctm̄ bonis ⁊ malis dat̄: ſed baptiſmi munus eq̄le tātuꝫ bonis cōicat̄.
¶ Scđa: Habēt nō tātū boni: ſed ⁊ mali miniſteriū baptizandi: ſed neutri accipiunt poteſtatē baptiſmi. ¶ Tertia. Poteſtatē baptiſmi ī remittēdo pctā: quā dn̄s reſeruauit ſibi: ſeruis cōcedere potuit: vt ſecū cōcurrerēt nō vt autoꝛes ſed vt miniſtri.

Queſtio vnica.

## Circa hanc diſtinctionem

A nem quero: Vtrū peccet moꝛtaliter q̇ a malo miniſtro verū baptiſma ſuſcipit ſciēter. ¶ Tribus articulis ſoluet̄ nodus hui⁹ q̄ſtionis. ¶ Quantū ad pmū Artic. 1.
notandū/ſm̄ Duran. ⁊ pal̄. q. ij. ar. ij. refert dicere de malo Nota. 1
ſiue bono ſimpliciter ſiue ſm̄ q̇d: nā bonus ſimpliciter ſm̄ cōmunē acceptionē đ꞉ bonus moꝛaliter: ⁊ malus ſimpliciter dicitur vitioſus. Petrus inq̇t: bonū bonitate moꝛis eſt bonitas ſimpliciter. Eſſe bonū artificē: eſt bonitas ſm̄ q̇d: ſed bon⁹ ſm̄ q̇d: dicit̄ bonus ſm̄ id qđ ſibi addit̄: vt bon⁹ faber: bonus grāmaticus. Et patet differētia: q̇a aliq̇s eſt bonus faber/aut bonus grāmaticus/q̄ nō eſt bon⁹ ſimpliciter: nec bonus homo: et ecōuerſo: aliq̇s eſt bon⁹ hō q̇ nō bon⁹ faber: nec grāmatic⁹. ¶ Verū hoc poſſet magis logice ſic expꝛimi: Bonus ⁊ malus ſunt termini ꝯnotatiui: q̇a adiectiua: q̇a in oꝛatione poſita determināt ſua ſubſtātiua appellātes ſuā bonitatem aut maliciā adiacere p̄ncipali ſignificato ſui determinabilis/ dum ponūtur cū eis a parte eiuſdē extremi. Et ſi determinabile fuerit termin⁹ cōnotatiuus: ſicut faber/dn̄s/ſeruus ⁊c̄. appellat bonitatē aut maliciam adiacere cōnotato. Id em̄ eſt ſignificatū p̄ncipale termini cōnotatiui: vnde cū dicit̄: bonus faber/denotat̄ bonitas artis fabꝛilis. Bonus dn̄s/intelligit̄ bonitas poteſtatis dominādi: et ſic de ſimilibus. Per hoc cū dicit̄: baptiſmus dari a bono miniſtro aut malo miniſtro/de rigoꝛe verboꝝ impoꝛtat̄ bonitas vel malicia: nō hoīs miniſtrātis: ſed ipſius miniſterij. i. modi miniſtrādi. Subdit aūt Duran. ⁊ Pe. de pal̄. vbi. ſ̄. ꝙ nullus eſt malus miniſter inquātū miniſter: niſi q̇ deficit in aliquo particulari req̇ſito ad ſuū miniſteriū. Qui aūt deficit in aliq̊ req̇ſito ad ſuū miniſterium nō pōt ipm̄ ꝑficere. ¶ Ad miniſteriū aūt ḡnaliter req̇runtur hec tria: ſcire/velle/poſſe/ſm̄ eoſdē. Et ſic malus miniſter baptiſmi eſſet: qui neſciret modum et foꝛmā baptiſmi: aut nollet. i. nō intenderet baptizare: aut nō poſſet: q̇a non poſſet ꝓferre v̄ba: aut non poſſet aſꝑgere aut immergere/ vt mutus aut mancus. Et ita accipiendo terminos / certū eſt malū miniſtrū nō cōferre verū baptiſma: q̇a aut deficit in noticia baptizādi: aut ī intētiōe: aut ī foꝛma/vel materia ꝓpinqua ſcꝫ lotiōe: q̇a non poteſt lauare: et ideo ſi attentaret nihil faceret. Sed quia illo modo nō loquūtur doc. nec attēdūt hūc rigoꝛē v̄boꝝ: ſed ꝑ malū miniſtrū intelligūt miniſtrū/q̄ eſt malus malicia moꝝ. i. q̇ eſt in pctō moꝛtali ꝯſtitut⁹. et de illo accipiēda ſunt q̄ dicent̄. Et talis eſt duplex: quidā eſt p̄ciſus ab eccl̄ia: vt hereticus aut excōicat⁹: ſuſpēſus vel interdict⁹: aut nō eſt p̄ciſus: ſed adhuc habet̄ vt mēbꝛū eccl̄ie nūero: etſi nō merito. Et ſm̄ hoc variabit̄ reſpōſio in ſequētib⁹. ¶ Scđo ſupponit hic: ꝙ ſacr̄a habeāt effi- Nota. 2.
caciā ſuā ab inſtituēte. ſ. chꝛiſto nō a miniſtrāte. Itē ex opere opato: nō ex deuotiōe operātis: de q̇bus ſatis. ſ̄. dictū eſt.
¶ Notandū tertio: ꝙ ꝑ verū baptiſma intelligit̄ baptiſma Nota. 3
cui nihil deficit req̇ſitū ad eē ſacr̄i: licet foꝛte nō habeat omnem effectū quē poſſet cōferre ſemoto impedimēto. Vnde ficte ſuſcipiēs baptiſmū ſcđo mō fictiōis/v̄e recipit baptiſmi ſacr̄m: licet nō recipiat gratiā ⁊ alia gratiā cōcomitātia Vnde (vt bꝛeuiter dicā) Verum baptiſma eſt/ qđ imp̄mit characterē de q. j. ¶ Quātū ad ſcđm articulū eſt hec ꝯcl̄o Artic. 2.
p̄ma. Baptiſm⁹ a miniſtro quātūlibet malo rite ſm̄ foꝛmā Cōcl̄. 1.
eccl̄ie collat⁹/ver⁹ eſt et efficax cuiuſlibet ſui effect⁹: niſi fue B
rit ꝑ maliciā ſuſcipiētis impedit⁹. Hec ꝯcl̄o eſt de mēte oīm doc. Sco. Pe. ⁊ alioꝝ. ¶ Dicit̄ notanter: rite ſm̄ foꝛmā eccleſie. ꝑ qđ intelligo ꝙ nihil deſit eoꝝ q̄ ad ſubſtātiā req̇runtur: hoc eſt/q̄ ſit in debita materia elemētari: ſcꝫ aqua ac integra v̄boꝝ foꝛma ſimul cū ablutiōe ꝓlata: ac baptizātis intētiōe qua velit baptizare. Tūc ꝓbat̄ ꝯcl̄o q̇ad p̄mā partē q̇a ita deo placuit inſtituere: vt malicia miniſtri nō impediret ſacr̄m nec ei⁹ effectū. Qđ ſic inſtituerit: Aug. colligit ex autoꝛitate Iohānis baptiſte: Suꝑ quē videris ſp̄m ſctm̄ deſcedētē: hic eſt q̇ baptizat: vt deducit magiſter in textu. additis plurib⁹ alijs autoꝛitatib⁹. ¶ Adducūt ad idē doc. plures ratiōes ꝯgruitatē huiōi inſtitutionis declarātes. Vna eſt: Rationabile eſt deū aſſiſtere ſigno ſuo pꝛactico ad cauſandū ſignatū/ex determinatiōe volūtatis ſue p̄cedēte omnem ꝯditionē miniſtri; vt ſicut illa determinatio q̄ tribuit

ſuo ſigno certitudinē: eſt ab illo immediate oīno ⁊ primo: ita ⁊ aſſiſtentia ꝯſequēs illā determinationē ad coopandū ſit ab ipo immediate. ¶ Preterea arguit̄ ex illa cōgruētia q̄ ſumit̄ ex fine. Si baptiſm⁹ non poſſet ꝯferri niſi a bono: nō eēt magnū remediū viatoris: ſed q̄ſi cōiter incertū. Cū em̄ q̄ſi null⁹ poſſit eē cert⁹ de bonitate ꝓpria: multo magis nec de bonitate alteri⁹. Ergo ſi ex bonitate miniſtri dependeret baptiſm⁹: nūq̄ poſſet aliq̄s eē cert⁹ ſe recepiſſe vere baptiſmū: qđ eſſet magnū incōueniēs. ¶ Et ſi replicat̄/ ꝙ etiā modo null⁹ poteſt eē cert⁹: qm̄ etſi q̄s poſſit eſſe certus de intētiōe ꝓpria q̄ vult recipe baptiſmū: tamē de intētiōe miniſtri cert⁹ eſſe nō poteſt: q̄ tamē req̄rit̄ ad v̓itatē baptiſmi. Reſpōdet̄: ꝙ licet nō poſſit eſſe cert⁹ certitudine euidētie: ⁊ demōſtratiua: tamē ꝓbabiliter p̄ſumi pōt: ꝙ miniſter baptizans intēdat illud facere ad qđ act⁹ ille ſm ſe eſt ordinat⁹: q̄d em̄ mouere deberet miniſtrū ad habendū ſiniſtrā intētionē: cū nullū ex hoc ꝯſeq̄ret̄ cōmodū. Sed nō ſic poteſt haberi certitudo de bonitate ac ſanctitate miniſtri: cū valde multa ſint foris inſenſibilia: q̄ ſanctitatē miniſtri tollunt. Itē ex parte ſuſcipiētis eſt cōgruentia: q̄a oīno iniuſtū eſt alterū ꝓ alterius iniq̄tate puniri: dum punit⁹ nō cōmunicat cū iniq̄tate alteri⁹: ita vt poſſit ſibi imputari. Si ergo baptizandus diſponit ſe ad gratiā quātū pōt: et malicia miniſtri impediret: ille puniret̄ ꝓpter culpā alienā nullo modo ſibi imputandā. ¶ Ad idē arguit Duran. ⁊ Pe. ea q̄ ſunt maxime neceſſaria ad ſalutē: debēt eſſe cōmuniſſima ⁊ notiſſima: baptiſm⁹ eſt ſacr̄m maxime neceſſitatis: maxime q̄ad paruulos q̇ nō habēt aliud remediū ſue ſalutis: bonitas aūt miniſtri moralis q̄ eſt ꝑ gratiā eſt rara ⁊ valde ignota: g̊ non cōgruit vt ſit neceſſaria ad veritatē baptiſmi. ¶ Preterea ſm eoſdē ſacr̄m qđ ꝯſiſtit in ope opato nō viciat̄ ex demerito operātis: dū tamē ꝯcurrāt q̄ ſunt de neceſſitate operis: ſed omne ſacr̄m ꝯſiſtit in ope opato: g̊ nō viciatur ex malicia vel demerito miniſtri operātis dū cōcurrūt ⁊c̄. Et hoc eſt qđ Aug. ait ſup Iohā. homel̄. v. ⁊ habet̄ de cōſe. diſt. iiij. Baptiſm⁹. Baptiſm⁹ talis eſt: q̄lis ille eſt in cui⁹ ptāte dat̄. Et ſequit̄: Ego dico ⁊ nos dicim⁹ oēs: q꞉ iuſtos oportet eē oēs ꝑ q̊s baptizat̄. Iuſtos oportet eē tanti iudicis miniſtros: ſi miniſtrare iuſte voluerint: ſi aūt noluerit eē iuſti q̄ in cathedra moyſi ſedēt: ſecurū me fecit magiſter me⁹: de q̊ ſpūs ei⁹ dicit: hic eſt q̇ baptizat. Nō timeo adulterū: ebrioſum: nō homicidā: q̇a colūbā attēdo: ꝑ quā mihi dr̄. hic eſt q̄ baptizat. Itē eadē diſt. Roman⁹ pōtifex. et plurib⁹ alijs locis. ¶ Scđa ps ꝯcluſiōis: q̄ eſt exceptio a p̄ma pte: niſi fuerit ꝑ maliciā ſuſcipientis impedit⁹: patet ex diſt. p̄cedēti. q. ij. qm̄ ſi recipiēs ponit obicē ꝯtrarie intētiōis nolēs recipe baptiſmū: nō ē verꝫ baptiſma: nec ſacr̄m ſm diſtinctiōes ibi poſitas. Si v̓o ponit obicē pcti mortalis: volēs tamē baptizari: baptiſm⁹ ver⁹ eſt: et ſacr̄m nō iterandū: caret tamē effectu ſalutis: q̇a nō cōfert gratiā ficte accedēti: vt ibi ſufficiēter dictū eſt. ¶ Scđa ꝯcluſio. Sine

Cōcl. 2. F

pctō in neceſſitate ineuitabili: baptiſmus a q̄libet ſumi pōt fideli: ⁊ infideli. Eſt aūt ineuitabilis neceſſitas: quādo mora baptizandi eſt in ꝑiculo: vt niſi ſtatim baptizet̄ periret: et nō eſt q̇ velit aut poſſit baptizare: niſi (gr̄a exēpli) vnus ab iſto recipi pōt/ ⁊ debet baptiſm⁹: Si tamē i forma eccl̄ie baptizare velit: ſiue ille ſit gētilis: idolatra ſiue hereticus: aut alias ab eccl̄ia p̄ciſus ꝑpetuo vel ad tēpus: ſiue bon⁹ ſiue malus. ¶ Hec ꝯcluſio q̊ad p̄ciſos ab eccl̄ia/ ponit̄ cōtra q̄ſdā tenētes ꝙ in nullo caſu recipiēdus eſt baptiſm⁹ a p̄ciſo: qđ ſic nitunt̄ oſtēdere: q̇a ꝓhibitū eſt cōicare cū tali/ et maxime in ſacramētis. xxiiij. q. j. oīs. et. c. ſequē. Item. c. ſciſma. vij. q. j. deniq̧. j. q. j. ſi q̄s. inq̄t: Recipiēs g̊ ab eo baptiſmū ſciēter ꝯtra p̄ceptū eccl̄ie: cōicat cū p̄ciſo in ſacramētis: ergo peccat mortaliter. Idē de offerēte puulū p̄ciſo. ¶ Et ſi dicit̄: tūc tali baptizādo p̄cluditur via ſalutis. Dicit̄ ꝙ ſi adult⁹ eſt: ſufficit ſibi baptiſm⁹ flaminis: cū nō poſſit habere miniſtrū baptizantē: et in ꝓpoſito nō poteſt habere: q̇a prohibitum eſt ſibi cōicari cum tali preciſo. Si vero fuerit paruulus: baptizet et ipe offerens ſi poteſt: ſi non poteſt: quia forte mancus eſt: nec aliū habere poteſt: cogit̄ ꝑuulū relinquere ſine baptiſmo: quia nō ſunt faciēda mala vt eueniant bona. ¶ Cōtra hanc opinionē cōcordāt beat⁹ Tho. Duran. Richar. Sco. et Palu. Et ꝓbat̄: quia baptiſm⁹ eſt ſacr̄m neceſſitatis: ideo a nullo debet omitti dū poteſt ſuſcipi: ſed a p̄ciſo poteſt ſuſcipi verus baptiſm⁹: ideo ab eo eſt ſuſcipiēdus in neceſſitate. Nec impedit mādatū eccleſie de nō ꝯmunicādo p̄ciſo: q̇a plus ligat preceptū ſuperioris q̄ inferioris: et inferioris cedere debet precepto ſuperioris deus aūt p̄cepit baptiſmū ſuſcipi: eccleſia aūt ꝓhibet cōicare cū eo quē preſcindit: ergo magis tenet̄ obedire p̄cepto diuino q̄ p̄cepto eccl̄ie: immo verius obediēdo p̄cepto diuino non trāſgredit̄ p̄ceptū eccl̄ie: q̇a oīa precepta eccleſie intelligēda ſunt obligare inquātū nō obuiāt p̄ceptis legis diuine aut legis nature: etiā ſi nō ſemꝑ exprimat̄ in p̄cepto Nō em̄ intētio eccl̄ie eſt (que ſpōſa chriſti eſt) aliq̄d ꝯtrariū ſpōſo precipere. Et per hoc patet ꝙ ſuſcipiēs in neceſſitate baptiſmū a p̄ciſo: aut paruulū offerens p̄ciſo: licet cōmunicet cū eo in ſacramēto: nō tamē facit ꝯtra mandatū eccleſie quod intelligi debet extra caſum neceſſitatis. ¶ Et ad hoc arguit̄ ſimul et ꝓ cōcluſione. Plus tenet̄ fidelis ꝓcurare ſalutē anime ꝓximo q̄ corporis: ſed ꝓpter ſalutē corporis: tenet̄ in neceſſitate cōmunicare preciſo in humanis quantumcūq̧ ſibi inhibita ſit cōmunio: ergo etiā licet ſibi cōmunicare in ſpiritualibus in neceſſitate ꝓpter ſalutem anime. Tenet cōſequētia: quia ſi ꝓpter ſalutē corporis licet cōmunicando preterire p̄ceptū eccleſie: multo magis hoc licet ꝓpter ſalutē anime. ¶ Nec impedit ſi arctius ſit p̄ceptū de nō cōmunicādo in ſpiritualibus q̄ in humanis: q̇a neutrū erit limites eccleſie p̄cepti. Antecedēs ꝓbat̄: q̇a in caſu ꝙ p̄ciſus ipe eſſet in periculo corporis aut famis/ teneor eum eruere ſi poſſum: ac cibare ⁊ potare ex diuino mādato: alioquin fierē homicidij reus: iuxta illud Ambro. Paſce fame morientē: ſi non pauiſti occidiſti. Similiter ſi alius eſſet in famis periculo: quē paſcere nō poſſem: niſi emendo panē a preciſo/ teneor emere panē ab eo: et hoc ſibi cōicare/ nō obſtante ꝓhibitione eccleſie. ¶ Preterea: Teneor ipſi p̄ciſo impēdere ſubſidia ſalutis anime in neceſſitate: vt ſi p̄ciſus nō baptizatus incideret furiā: et ante deſideraſſet aut conſenſiſſet baptizari ſe: ⁊ in furia imminet ſibi mors: baptizādus eſſet ſm p̄miſſa/ nō obſtāte ſua excōicatiōe: ergo multo magis teneor per preciſum in neceſſitate ſubuenire ſaluti alterius non preciſi. ¶ Item oēs eccleſiaſtice cenſure ſunt pro ſalute/ et nō contra ſalutē eius qui incidit: q̇a ſunt medicinales: ergo in nullo caſu debēt vergere i impedimētū ſalutis proximi. ¶ Et ꝑ hoc reſpōdetur ad motiua opinantiū contra cōcluſionē. ¶ Ad primū dicit̄/ ꝙ in caſu neceſſitatis nō trāſgreditur preceptum eccleſie: q̇a ille intelligitur exceptus: cū etiā cōmunio in humanis in neceſſitate eſt excepta: vt dictū eſt. Sed qđ additur de adulto/ ꝙ quātum ad illū nō eſt articulus neceſſitatis: quia ei ſufficit baptiſmus flaminis: Dicitur ſm Sco. q. ij. diſt. preſentis: ꝙ adulto licet recipere baptiſmū a p̄ciſo: ſi alius miniſter haberi nō poteſt. Et ideo in caſu neceſſitatis recipiēdi baptiſmū: quia habet p̄ciſum q̇ poteſt dare: ideo baptiſm⁹ flaminis nō ſufficit: nec p̄ceptū eccleſie excuſat: quia in illo caſu cum ſit cōtra p̄ceptū ſuperioris. ſ. chriſti/ nō ligat: vt dictū eſt. Et ꝓ iſto eſt Aug. de bap. cōtra donatiſtas. Baptiſmū poteſt tradere ſeparatus: ſicut poteſt habere ſeparat⁹: ſed pernicioſe tradere. Iſte autē cui tradit poteſt ſalubriter accipere: ſi ipſe nō ſeparatus accipiat (ſicut pleriſq̧ accidit) in catholico animo ⁊ corde ab vnitate pacis nō alienato: aliqua neceſſitate mortis ingruēte ad hereticū venit: et ab eo baptiſmū chriſti ſine peruerſitate percipit: ⁊ ſiue defunctus ſiue liberatus nequaq̄ apud eos maneret ad q̊s nūq̄ corde tranſierat. ¶ Et ſubdit: Poteſt etiā fortaſſe adultus non recipere: quia baptiſmus flaminis ſibi ſufficeret: ſi ꝓpter reuerentiā eccleſie talem vitet. Redit tamen Scotus ad ſententiā priorem. nam addit: ſed omnibus tamē penſatis/ melius et tutius videt̄ ꝙ a tali recipiat/ q̄ ꝙ de vita ſi-

D

E

ne baptiſmate decedat.hec ille.Et per hoc patet ſolutio ſe-
cundi.non eñ precluditur via ſalutis:vt patet:Tho.vero
diſt.preſenti.q.ij.ar.ij.in fi.Durādus et Pe.q.iij.arti.j. di-
centes adulto ſufficere ad ſalutē ſi petat baptiſmū:loquū-
tur non in caſu noſtro:ſed in caſu alio/de quo mox dicetur
ideo nō contradicunt Scoto. ¶ Si di. Ex illo ſeqtur/ꝙ ſi
in caſu neceſſitatis ſacerdos nollet baptizare niſi data pe-
cunia:etiā baptiſmus recipi deberet:quod tamē cōiter do
ctores negāt. Patet cōſequētia: quia cū ab excōicato licet
recipere:licet etiā a ſimoniaco recipe. Huius eñ pena eſt
excōicatio:que in caſu non impedit. Reſpondet ſm docto
res in caſu aqua poſſet emi a ſacerdote:nō aūt baptiſmus:
nec impedit ꝙ aqua eſt ſanctificata: quia illa ſanctificatio
nō eſt de eſſentia baptiſmi. Sicut etiā calix benedictus vē
di et emi poteſt licite nō habito reſpectu ad benedictionē:
ſed ad materiā.Et addit hic Sco. Si ſacerdos nitat vēde
re actū baptizatiōis:poteſt ille q̄ offert paruulū emere/nō
intēdēs actū illū inquantū ſacramētalis:ſed ſacerdotis la-
borē in actu.Sicut ꝯducūtur ſacerdotes ad celebrandum
miſſas:vt nō ipſi vendāt et alij emant actū celebratiōis in
quantum eſt ſacramentalis:ſed ipſi vendunt laborē et alij
emunt eū:quia oportet vnūquēq; de ſuo labore taliter q̄li
ter victitare.Hec Sco.q.ij.huius di.in fi.Clare ſimiliter lo
quit Petrus diſt.p̄ſenti.q.iij.ar.j.docens aquā vt talē pre
ciſe nō habito reſpectu ad cōſecrationē debere emi.Conſo
nat ſanct9 Tho.q.ij.arti.ij.preſentis diſt.in fi.Et hoc valde
notandū ꝓ conſcientiarū ſerenatione. Et ita raro ⁊ vix ca-
ſus contingere poteſt quin paruulus poſſit ſine vitio ſimo
nie baptizari. ¶ Si vero tam peruerſus eſſet ſacerdos ac
temerarius/ꝙ nō vellet baptizare niſi ꝓ pecunia:cū emen
tes et vendentes ſacramenta ſint ſimoniaci: nequaq̄ eſſet
talis baptiſmus recipiēdus.Et in hoc caſu adulto ſuffice-
ret baptiſmus flaminis: quia nō poſſet habere miniſtrum
ſm legem dei. Siquidem cōtra diuinā legem eſt ſimonia.
Gratis inq̄t dn̄s accepiſtis:datis grate. Math.x.Si ve-
ro fuerit paruulus/offerens cum tali pacto ſimoniac9 eſt:
et peccat mortaliter:et ideo offerre nō debet.Sed ſi poteſt
ipſe baptizet paruulū:ſi non poteſt/magis dimittēdus eſt
puer mori ſine baptiſmate q̄ peccandū mortaliter. Ibi lo-
cum habet verbū Apoſtoli:Nō ſunt faciēda mala vt eueni
ant bona.Magis eñ tenet q̄s vitare peccatū in ſeipſo/q̄
in alio dānationē. ¶ Verū ſi paruul9 baptizaret: q̄uis in
caſu vterq; baptizans ⁊ offerens peccaret mortaliter: par-
uulus tamen verū baptiſma acciperet/⁊ ſaluaret. Nec eſt
ille caſus ſimilis priori: de quo tangitur in argumento:q̄a
in priori caſu baptizatus vel offerens nō cōmunicat cū pre
ciſo in crimine: neq; in caſu preciſus nec offerēs baptiſmū
petens peccat vt patuit.In ſecūdo aūt caſu ſimonie petēs
baptiſmū pro ſe vel paruulo/cū ſponſione vel datiōe etiā
participat in crimine ſimonie cū ſacerdote cōtra legē diui-
Cōclo.3. F nā:quod nullo caſu faciendū eſt. ¶ Cōcluſio tertia.Extra
caſum neceſſitatis ſciēter petēs baptiſmū a p̄ciſo/nō excu-
ſatur a mortali peccato. Probat ſm Richardū: quia quā-
tum eſt in ſe/cōtēptibilē reddit ſententiā eccleſie:quod ſci-
enter ſine peccato mortali nō poteſt fieri. ¶ Preterea:ſm
Durā.Eodē precepto quo precipit excōmunicato aut cui-
cunq; ab eccleſia preciſo ne ſe ingerat diuinis:precipit cui-
libet alteri ne ſibi cōmunicet in eiſdē:ſed preciſus ingeren
do ſe diuinis peccat mortaliter/faciēs ꝯtra precepū eccleſie
ergo petēs et recipiēs ab eo ſacramentū peccat cōtra idem
preceptū.Ad idem eſt illud Augu.ad Oroſiū de cōſe.diſt.
iiij.q̄uis.Quāuis vnū ſit baptiſma hereticorum(qui in noīe
patris et filij ⁊ ſpiritusſancti baptizant) et eccleſie catholi-
ce:tamen qui foris eccleſiam baptizātur: nō ſumūt baptiſ-
mum ad ſalutē:ſed ad perniciem.et per cōſequens mortali
Cōcl.4. ter peccant. ¶ Concluſio quarta.Extra neceſſitatis articu
lum/poteſt q̄libet a ſuo ſacerdote nō preciſo petere baptiſ-
mum:q̄uis probabiliter eum eſtimet eſſe malum. In hac
concluſione doctores omnes concordant.Et ꝓbatur con-
cluſio:quia nō peccat qui a malo debitum petit et accipit;
ſed ſacerdos ſuus/id eſt ſacerdos parochialis ſue paro-
chie/debitor eſt omnibus ſuis parochianis in ſacramen-
tis miniſtrandis.Et habet concluſio veritatē etiā ſi fuerit
notorie malus/puta fornicator aut luſor vel vſurarius pu
blicus:quia de occulto malo/cuius vita non eſt ſcandalo-
ſa:non eſt dubium quin a tali ſine peccato poſſit recipere
ſacramenta:immo vt dicit Scotus.q.ij.diſt.preſentis: nō
ſolum poteſt:ſed debet ab eo recipere baptiſmū/ſi alias de
beat:quia propter peccatum quod nō eſt notorium nō de-
bet aliquis vitare proximū in actibus notorijs. Nec ille q̄
petit baptiſmū a malo ſacerdote nō preciſo/directe coope
ratur ei in peccato mortali qd̄ cōmittit/indigne miniſtran-
do ſacramentū:petit eñ ab eo debitū: et in hoc non delin-
quit:quia ſua malicia nō excuſat eū a ſoluendo debitum q̄
tenetur alteri.Etiā huius reddit ſanctus Tho.q.ij.in fine
duas rationes.Conſonat Petrus diſt.preſenti.q.iij. arti.j.
et.ij.Vna.quia petens nō poteſt eſſe certus ꝙ ſacerdos ſit
in peccato mortali: cum in vno inſtanti ſpiritus operetur
iuſtificationē impij.Secundo:quia iſte petit quod iuſtum
eſt:quia a ſuo ſacerdote debet ſacramēta percipere:nec ꝓ-
pter hoc cogit eum ad peccādū: quia ſacerdos poteſt red-
dere qd̄ debet non peccādo:immo vt dicit Sco.quantum
eſt ex actu petentis magis neceſſitat ſacerdotē ad peniten-
dum q̄ ad actum peccandi. Si autē ille nō penitet:nō eſt
imputādum petenti illum actum: quia nō petit inquātum
peccatū eſt:ſed inquantū eſt debitum. ¶ Dictum eſt notā
ter in concluſione a ſuo ſacerdote: quia ſi nō fuerit ſuus ſa
cerdos parochialis: ſi poſſit habere alium cui incūbit ex
officio baptizare:puta ſacerdotem aut alium curatum me
liorem/peccat:vt dicit Scotus: quia ab illo recipit cui nō
incumbit ſacramēta miniſtrare. ¶ Sed q̄d ſi nō poſſit ha- G
beri alius curatus vel ſacerdos niſi eque malus: poſſet ta-
men haberi aliquis bonus laicus.Dubium eſt: Reſpōdet
Scotus:quis ſit cui preferendus in illo actu:an bonus lai
cus ſacerdoti publice malo: an ecōuerſo. Et breuiter quia
officium diſpēſandi ſacramenta in eccleſia cōpetit ſacerdo
tibus:videt dicendū ꝙ quantū ad iſtū actum magis eligē
dus eſt malus ſacerdos.Hec Scotus. ¶ Quantū ad ter- Artic.3.
tium articulum/dubitatur primo contra concluſionem pri Dub.1.
mā autoritate Amb.de initiandis rudibus. et habet.j.q.j. H
non ſanat.ait:Nō ſanat baptiſm9 perfidorū: nō mūdat ſed
polluit: qui in diluuio aquarum ad dn̄m nō approximabunt:
quia vt per apoſtolum dicit:quicq̄d non ex fide peccatum
eſt.Rom.ix.Et ex ipſis qui faciūt et quibus faciūt: non ſo
lum nihil ꝓdeſt:ſed ad iudicium eſt.Item beatus Augu-
ſtinus in de verbis dn̄i.et habet eadem queſtiōe.corpora-
lia.dicit/ꝙ ſegregati ab eccl'ia formā habere pietatis poſ-
ſunt.Virtus vero ſpiritualis et inuiſibilis ita in eis eſſe nō
poteſt/quēadmodū ſenſus nō ſequit membrum/ quando
amputatur a corpore. ¶ Et ex hoc poteſt argui ratiōe.mē-
brum ſeparatū vel aridū non poteſt eſſe cauſa influendi vi
tam in aliud membrum: ſed miniſter malus eſt membrum
ſeparatū ab eccleſia vel aridum et mortuum:quia ſine gra
tia que eſt vita eccleſie: ergo per tale non poteſt fluere vi-
ta gratie. ¶ Preterea:Beat9 cyprianus martyr in iſta ſen-
tentia/ꝙ heretici nō vere baptizarent vſq; in finē vite per-
durauit:vt habetur.j.q.j.ſi q̄s.v.et de ꝯſe.diſt.iiij.quomo-
do exaudit.et tamē fuit ſanct9 martyr:ergo nō errauit. Te
net cōſequētia:quia omnis errās in fide damnat ſi in erro
re perſeuerat:quia error nō ſtat cū fide: ⁊ ſine fide impoſſi-
bile eſt placere deo.ad Heb.xj.Aliter autē ſentire de ſacra-
mentis q̄ eccleſia romana ſentit/eſt errare:ꝓpter qd̄ tales
vinculo perpetui anathematis innodātur.de here.ad abo
lendā. ¶ Ad illa reſpōdetur.Ad autoritatē Amb.et Aug.
ꝙ loquuntur quantū ad ſuſcipientes ſacramenta ab here-
ticis animo eos ſequēdi:et qui ſic ſuſcipiunt:licet ſacramē
ta ſuſcipiant:nō tamē ſacramenti virtutē. Et licet preciſus
ſit membrū mortuum carens vita:tamen per ipſum poteſt
dari vita ſuſcipienti. Vnde ad rationē dicit ſm Scotū. q.
prima/diſtinctione preſenti/ꝙ in toto corpore humano vi-

ta vna eſt omnium partium: et participatur ab eis ordine
quodam: quia primo in corde: ſecundo in alijs: ſm ꝙ pro-
pinquius ſe habent ad illud principiū vite. et ideo per vnā
partē non poteſt vita deriuari ad aliam: niſi illa pars deri
uans prius viuat eadem vita. Non ſic eſt in corpore myſti-
co/ quod eſt eccleſia: quia non eſt in eis vna vita numero.
¶ Nec oportet ꝙ illud mēbrum qḋ miniſterialiter dat vi-
tam alteri: ſit propinquius principio vite in participando
vitā: ſed tātū in gradu miniſtrādi. Hec ille. Breuiter in cor
pore naturali eſt operatio naturalis/ qua vnum membrū
per virtutem ſibi inſiſtentē et propriā operaꝝ in aliud: non
ſic in corpore myſtico: vbi oꝑatio miniſtri diſpenſantis ſa-
cramenta non eſt naturalis: ſed ex volūtaria ordinatione:
nec miniſter agit ad effectū gratie virtute ꝓpria: ſed mini-
ſterium tantum exhibet. ⁊ chriſtus ſacramentorꝫ inſtitutor
ſuo ſigno aſſiſtit ad producendū eius effectū. ¶ Ad aliud
de ſancto cypriano reſpondet Scotus ibidem/ ponēs bo-
nam diſtinctionem credendorꝫ: dicēs ꝙ aliqua ſunt ſimpli
citer de ſubſtantia fidei: que omnes poſt perfectū vſum ra
tionis teneꝝ explicite credere: ſicut ſunt articuli de incar-
natiōe chriſti/ eiꝰ paſſione ⁊c̄. de quibus ſunt ſolēnitates in
eccleſia: ⁊ quos poteſt populus cōcipere: quia ſunt de hu-
manitate chriſti. Aliqua ſunt explicite de ſubſtantia fidei/
credenda a maioribus eccleſie: vtpote ꝙ deus eſt trinus ⁊
vnus: ⁊ huiuſmodi ſpiritualia. Alia ſunt que nō ſunt neceſ
ſario explicite credenda: nec ab iſtis/ nec ab illis: quia non
adhuc ab illo tēpore ſunt declarata ab eccleſia: cuiuſmodi
ſunt multe concluſiones neceſſario incluſe in articulis cre
ditis: ſed tamen priuſq̄ſ ſint ꝑ eccleſiā declarate et explicate
non oportet queq̄ſ eas credere: oportet tamen circa eas ſo
brie opinari: vt. ſ. paratus ſit opinās eas credere pro tēpo-
re quo fuerint per eccleſiā determinate. Hoc modo baptiſ
mum eſſe ſacramētum noue legis neceſſarium ad ſalutem
ſtatim erit de veritate fidei chriſtiane: quia expreſſe cōtine
tur in euangelijs. Sed ꝙ ab heretico poterat cōferri: non
ſtatim expreſſum eſt: nec tēpore beati Cypriani fuit declara
tum: propter qḋ circa illā veritatē declarandā multū labo-
rauit Aug. in libris ſuis: et ideo licet cyprianꝰ ſenſit baptiſ
mum nō dari ab hereticis: quia tamen promptus erat ani
mo ſentire cū eccl'ia: cum circa hoc aliq̄d determinaret nō
errauit pertinaciter: et ſolum errans pertinaciter ⁊ in erro
re permanens damnatur: et talis error pertinax cōtra fidē
Dub. 2. nō ſtat cū fide. ¶ Dubitatur ſecundo: vtrum malus/ id eſt
3 baptizans in mortali peccet mortaliter. Reſpondet beatꝰ
Thomas ⁊ Richardus diſtinguendo: quia malus aut ba
ptizat cum ſolennitate/ vt miniſter eccleſie cui hoc compe-
tit ex officio: et tunc ſi in mortali baptizat/ peccat mortali-
ter: ſi peccatum ſuum mortale recolit et non penitet: vt di-
cit Rich. Ratio ſm Petrū et Durandū: quia irreuerentia
ſacramentorū videꝝ eſſe mortale peccatū: ſed baptizans in
mortali irreuerentiā facit ſacramento. Eſt em̄ irreuerentia
cum vaſa ſanctitatis tractantur ab immundis. Unde Dio
nyſius in de eccl'iaſtica hierarchia: Immūdis ſacra ſymbo
la ⁊ ſigna ſacrametalia tāgere nefas eſt. ¶ Preterea: Ma
gis obligantꝝ ad mundiciā miniſtri noue legis/ q̄ꝫ miniſtri
ſacramentorū veteris legis: ſed in veteri teſtamēto q̇ cum
immundicia tractabant illius legis ſacramēta/ mortaliter
peccabant: ergo. Cōſequētia nota. Maior patet: quia lex
perfectior et ſanctior maiorem ſanctitatē et mundicie per-
fectionē requirit in ſuis miniſtris. Minor ꝓbatur ꝑ illud
Leuiꝝ. xxij. Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra/ ad
ea que conſecrata ſunt: et que obtulerunt dn̄o filij iſrael: in
quo eſt immūdicia: peribit corā dn̄o. Ubi glo. Qui acceſſe
rit mūdus ad munda debet accedere. Et Aug. j. q. j. remiſ-
ſionem. §. ſi ergo. Sacramenta in modum lucis ab immū
dis coinquinari non poſſunt: ſibi tamen inutiliter et perni
cioſe habent: alijs autem vtiliter ⁊ ſalubriter eadem admi
niſtrant. Idem lib. ij. contra epiſtolā perminiani ca. q. per
eſaiam. Omnia ſacramenta cū obſint indigne tractantibꝰ
proſunt tamē per eos digne ſumentibus. ¶ Si vero quis
baptizat ſimpliciter in articulo neceſſitatis: non quaſi mi-
niſter eccleſie: ſed ſicut vetula baptizare poſſet ſine ſolēni-
tate: nō peccat mortaliter. Sed quia talis non baptizat vt
miniſter: ſed quaſi vt vetula baptizaret: et ideo nihil vide
tur agere indebitum contra miniſterium ſuū. Excuſat etiā
caſus neceſſitatis. ¶ Sed ꝯtra illud arguit Duran. ⁊ Pe.
q. ij. ar. ij. ꝓbans. Quia in nullo caſu quis poteſt baptizare
quin baptizet vt miniſter: quia quod nō poteſt aliquis fa-
cere niſi miniſter: quicunq̄ꝫ hoc facit/ facit vt miniſter: ſed
adminiſtrare quodcunq̄ꝫ ſacramentum non poteſt niſi mi
niſter: nam miniſter eſt neceſſarius/ ſicut materia et forma
ad hoc vt ſit ſacramentū ex inſtitutione diuina: licet ſolen
nitas conſtituta ex ordinatione eccleſie non ſit neceſſaria:
nec ſolennitas dat eſſe miniſtri: ſed eſt magis ſignum mini
ſterij ſui. Etiam caſus neceſſitatis non excuſat: quia caſus
euitabilis non eſt caſus neceſſitatis excuſans aliquē a pec
cato: quia non tollit rationē voluntarij: ſed ſemper poteſt
baptizans cauere ne in mortali baptizet: poteſt em̄ intus
conteri de peccato commiſſo cum propoſito abſtinendi et
confitendi: quod cū fecerit/ iam non erit in peccato. ¶ Et
ideo ratiōes probantes primā partem reſponſionis/ ſimi-
liter concludunt contra baptizantem ſine ſolēnitate/ ſicut
contra iſtum qui cum ſolennitate baptizat. Et ſubdit Du-
randus/ ꝙ ſecurum eſſet ſic facere prius. ſ. ſe purgare ꝑ in-
ternā penitentiā. Sed addit ꝙ durum eſt dicere ꝙ ad hoc
teneatur: quia poſſet talis neceſſitas baptizandi occurrere
qn̄ non haberet memoriam cuiuſcunq̄ꝫ pc̄ti mortalis: nec
vacaret ei conſcientiā ſuam ſcrutari. Hec Duran. Eadē fe-
re vide in Petro vbi ſupra. ¶ Poteſt dici vt ſequenti diſt.
diceꝝ/ ꝙ nulli licet baptizare niſi ſacerdoti extra caſum ne-
ceſſitatis: et quia in caſu neceſſitatis raro eſt congruentia
ſcrutandi conſcientiā: ideo tunc neceſſitas excuſaret: ſi ta-
men nō eſſet in actuali propoſito peccandi mortaliter: vel
peccatum mortale continuandi: qḋ ſi fuerit actualiter pec-
cans: non video magnam differentiā inter laicum bapti-
zantem et ſacerdotem/ quin vterq̄ꝫ cum miniſtrat ſacramē
tum baptiſmi tenetur illud mundus miniſtrare. Uile em̄
reputaret ſacramentū cum tanta vilitate peccati preſume-
ret miniſtrare. Uide ad hoc dubium opinionem et reſpon
ſionē mediā in Pe. q. ij. ar. ij. ¶ Tertio dubitaꝝ. Quā po-
teſtatem chriſtus habet in baptiſmo: ⁊ quā ꝯmunicauit mi Dub. 3.
niſtro. Pro reſponſione notā dum/ ꝙ per poteſtatē baptiſ Z
mi nihil aliud intelligitur niſi poteſtas cōferendi effectum
baptiſmatis. hic aūt eſt remiſſio peccatorum: que ſit ꝑ gra-
tiam: vt patet ex premiſſis: licet hec cōcomitētur: character
illuminatio/ incorporatio ⁊c̄. hi tamē ſunt principales. Un
de poteſtas baptiſmi eſt poteſtas conferendi gratiā ⁊ re-
mittendi peccata. Hec duo ſe inſeparabiliter concomitanꝝ
et neutra eſt ſine alia in iuſtificatione impij. ¶ Conſequē-
ter notandum/ ꝙ beatus Thomas poſt Alexandrū. q. xv.
parte. iiij. et Petrus. q. j. arti. j. diſtinguit triplicem poteſta
tem. ſ. autoritatis/ excellentie/ et miniſterij. Et hanc vltimā
Durandus et Richardus partiuntur in duas. ſ. in miniſte
rium reſpectu inſtitutionis ſacramenti/ et miniſteriū reſpe
ctu diſpenſationis. Poteſtas autoritatis eſt qua quis ex ſe
principaliter: non ab alio ſuperiore poteſt remittere pecca
tum: et hec eſt ſolius dei: cōmunis tamē patri et filio ⁊ ſpi-
rituiſancto. Et licet filius et ſpiritusſanctus hanc poteſta-
tem habeant a patre: a quo habent ⁊ eſſentiā: et ita ab alio
non tamen habent a ſuperiore: eo ꝙ pater non eſt ſuperior
neq̄ꝫ maior filio et ſpirituſancto: vt patet ex primo. Pote-
ſtas excellentie eſt poteſtas quodāmodo inferiori delega-
ta cum prerogatiua. Et hec in propoſito conſiſtit in quat-
tuor prerogatiuis: que ſunt mereri efficaciā ſacramētis: cō
ferre effectum ſacramenti ſine ſacramētis: inſtituere ſacra-
menta: et in eius nomine conferre ſacramenta. ¶ Pote-
ſtas miniſterialis eſt poteſtas diſpenſandi vel etiam mini-
ſterialiter inſtituēdi ſacramenta. ¶ Et per hoc patet reſpō
ſio ad primā partem dubij. ꝙ chriſtus habuit hanc triplicē
poteſtatem ſacramenti. Autoritatis ſm naturam diuinam

tantum ſicut deus. Excellentie ſm humanitatem coniun
ctam diuinitati: et ita ſm ꝙ homo: q̃ tamen eſt et deus: ná
ſm humanitatem meruit ſua paſſione efficaciá ſacramen-
tis. Potuit etiá ſm humanitatem vt inſtrumentũ coniun-
ctum diuinitati conferre effectũ ſacramenti ſine ſacramen
tis: ſic remiſit peccata marie magdalene et quibuſdá aliĩs
ſic ⁊ ꝑ humanitatem cõceditur: ꝙ operat' eſt miracula: p̃n
cipaliter quidem per diuinitatem: tamen ꝑ humanitatem
verbo vocali p̃cipiendo: vel tangendo: vel aliquid operá
do: vt lutum faciendo ex ſputo ⁊ liniẽdo: ad qd̃ diuina vir-
tute ſequebatur ſanitas anime et corporis. ¶ Ipſe etiam
inſtituit ſacramenta (vt dictum eſt) p̃ncipaliter virtute di
uina: miniſterialiter ſcilicet ꝓmulgando virtute humana.
Collata etiam fuerunt ſacramẽta in p̃mitiua eccleſia in no
mine chriſti. vt. s̃. patuit qd̃ eſt nomen dei et hominis im-
portantis hypoſtaſim in vtraq; natura ſubſiſtentem: vt di
ctum eſt in tertio. ¶ Habuit etiá poteſtatem miniſterialẽ
diſpenſandi ſacramenta ſm humanitatem: non vt coniun
ctam: cum illam etiá habuerũt apoſtoli: quibus precepit.
Ite ⁊c̃. baptizantes eos ⁊c̃. Ipſe creditur baptizaſſe apo-
ſtolos: confeciſſe euchariſtiá: ⁊ certa ſacramenta perſona-
liter exhibuiſſe. ¶ Quantum ad ſecundam partem dubĩj
dicitur/ ꝙ poteſtatem miniſterialem. ſ. diſpẽſandi ſacramẽ-
ta fidelibus cõmunicauit miniſtris eccleſie tantũ: nõ excel
lentie neq; autoritatis. ¶ Sed eſt dubium an etiá homini
bus potuerit cõicare poteſtatem excellẽtie: quoniá de po-
teſtate autoritatis manifeſtum eſt ꝙ nõ potuit cõicari ho-
mini puro. Et dicitur cõmuniter ꝙ ſic: non aũt cõgruebat
Primũ patet: quia quicq̃d ꝯmunicatur nature humane cõ
iuncte: potuit cõicari ei ſeparate. Nihil em̃ poterat cõmuni
cari coniuncte: niſi cuius ipſa erat capax: ſed eadem eſt ca
pacitas omniũ humanarũ naturarũ: cũ ſint eiuſdẽ ſpeciei:
et capacitas ſequit̃ naturá ſpecificá. ¶ Uerum de merito
generali et vniuerſali beatitudinis toti generi humano q̃-
dam dubitant/ putátes ꝙ illud nõ poſſit cõicari nature hu
mane non ꝯiuncte: q̃a meritũ illud cõtrahit quandá infini
tatem ex cõiunctiõe nature infinite: ꝓpter quam ſufficit ꝓ
infinitis. Sed ꝓbatum eſt in tertio/ ꝙ tantũ valet meritũ
quantũ poteſt acceptari. Poteſt em̃ deus meritum in ſe fi-
nitum acceptare ꝓ infinitis: ideo motiuum hoc non ſubſi
ſtit. ¶ Sed adhuc vertitur in dubium/ an poſſit cõicari ho
Dub.4. mini poteſtas cooperádi ad remiſſionẽ peccatorũ et infu-
L ſionem gratie: que difficultas in hoc conſiſtit: an creatura
poſſit cõcurrere cum deo ad effectum creationis: quia gra
tia creando infundit̃: de quo ſupra queſtione. j. dictũ eſt et
in ſecundo: ideo nihil hic ſuperadditur. ¶ Qd̃ vero non
congruebat poteſtatẽ excellentie cõmunicare miniſtris: ra
tiones plures aſſignant̃: ne ſcilicet baptiſmus q̃ vnus eſt
diuideretur: et diceretur baptiſmus petri: baptiſmus pau
li: ſed baptiſmus chriſti. Nec etiam ſpes ſalutis in miniſtro
conſtitueretur: ne putaretur ꝙ in virtute puri hominis in
uocati ſuſcipiens ſacramentũ interius mundaretur. Et ne
autoritas miniſtri minueret̃. ¶ Ex illo patet ꝙ licet de ri-
gore verborum/ verum eſt ꝙ filius hominis poteſtatẽ ha
bet dimittendi peccata/ quia filius hominis: non tamẽ in-
telligendũ eſt cũ reduplicatiua. i. non inquátũ filius homi
nis: ſed inquantum filius dei: quia illud cõuenit ei ſm na-
turam diuinam p̃ncipaliter: et ideo vera eſt ſicut cetere ꝓ-
poſitiones/ in quibus qd̃ dei eſt: homini attribuitur ꝑ idio
matum communicationem ⁊c̃.

Diſtinctio. vj.

## Hunc quibus liceat

baptizare. ¶ Poſtq̃ magiſter egit de baptiſ
mi quidditate ⁊ effectu quoad ſuſcipientem
et miniſtrantẽ in tribus p̃cedentibus diſtin-
ctionibus: in hac diſtinctiõe ſexta agit de congruo baptiſ-
mi miniſtro/ et hoc principaliter. Adiungit etiam diuerſa-
rum queſtionum reſponſiones: baptizandorum prepara-
tiones per catheciſmũ et exorciſmũ incidẽtaliter. Et colli-
gitur ſententia textus in ſequentibus tribus concluſioni-
bus. ¶ Prima: Baptizare extra caſuȝ neceſſitatis ſolis cõ
gruit ſacerdotibus: a quocũq; tamen datur in forma eccle
ſie: verus eſt baptiſmus et nullatenus repetendus. ¶ Se
cunda. Trina immerſione baptiſmus non multiplicatur:
nec qualibet verborum corruptione: nec tẽpore: nec finis
indebiti intentione vitiatur. In matris vtero aut ioco ſeu
ludo baptiſmus non traditur: baptizatur tamen cuius ba
ptizatio ignoratur. ¶ Tertia. Tam patrine q̃ patrinorum
reſponſiones baptizandum obligát. Cathecismus autem
⁊ exorciſmus non neceſſario: ſed de congruo ad digná ſa-
cramenti ſuſceptionem preparant.

Queſtio. j.

## Queritur primo. vtrũ

A

ad veritatem baptiſmi ex parte baptizantis
requiritur certus gradus/ conditio et quali
tas miniſtrandis. ¶ Tribus articulis expe
dietur ſolutio queſtionis. ¶ Quantũ ad primũ notandũ Artic. 1.
primo/ ꝙ ad veritatẽ baptiſmatis aliqua dupliciter intelli Nota. 1
guntur requiri. Uno modo neceſſario/ ſiue de neceſſitate
ſacramenti/ ſine quibus non eſſet ſacramentũ neq; baptiſ-
mus. Secundo modo de congruo: et ſic illa requirũtur ſi-
ne quibus non ſeruaret̃ debita honeſtas: aut impediretur
aliquis fructus et vtilitas ſacramenti: et vtroq; modo ali-
qua requiruntur ex parte ſacramenti in ſe: que reſpiciunt
materiam et formá ſacramẽti. Aliqua ex parte ſuſcipientis
baptiſmũ: aliqua ex parte miniſtrátis ſacramentũ: de p̃mis
duobus dictum eſt: de alio nunc dicendum. ¶ Secundo Nota.2.
notádum/ ꝙ cum baptiſmus ſit ablutio facta in aqua ſub
certa verborum forma: ad neceſſitatẽ ſacramenti baptiſma
tis ex parte miniſtri/ requiritur actio: qua corpus baptizá-
di contingatur ab aqua: et hoc vel ꝑ motionẽ corporis ad
aquam/ vtpote immergẽdo: vel ꝑ motionem aque ad cor-
pus/ puta ipſum ꝑfundendo vel aſpergendo: quá actionẽ
dicimus lotionem: vide Pal. diſt. iij. q. iij. Et ideo vt dicit
Sco. neceſſario requiritur in baptizáte virt' motiua: qua
poteſt aliquo illorum modoꝝ actiue abluere. ¶ Et q̃a ad
ſubſtantiá baptiſmatis requiritur forma verborũ: neceſſe
eſt miniſtrum poſſe loqui. Et quia locutio eſt actus natu-
re rationalis req̃rens intentionẽ in eo qui loquit̃: vt ſit ꝑ-
fecta ⁊ intelligibilis locutio: neceſſe eſt baptizantẽ habere
rõnẽ ꝑ quá poſſit intẽdere agere ea et ꝓferre que ad baptiſ
mũ requirunt̃. ¶ Sunt autẽ varij gradus rationalis crea
ture. Eſt em̃ quedá pure ſpiritualis: vt natura angelica/ ex
tendendo ad angelos apoſtaticos. Et quedá cõpoſita ex
ſpirituali ⁊ corporali: vt homo. Et horũ quidá viatores: q̃-
dam extra viam. Item viatorũ quidá in ordinib' cõſtituti:
quidá nõ habentes ordinem. Hoc quoad gradũ. ¶ Quo
ad conditionẽ baptizantis eſt intentio: ſicut ad qualitatẽ
reſpicit modus baptizandi. ¶ Igit̃ de intentione notan- Nota.3
dum tertio/ ꝙ cũ intentio eſt actus potentie libere quo fer B
tur in aliquid. Dupliciter poteſt ferri in aliquid: vel vt in
obiectũ: vel vt in terminũ aut finem: vt dictũ eſt in ſecũdo
diſt. xxxviij. ſic intentio baptizantis poteſt ferri in actũ ba-
ptizandi ſicut in obiectũ: et ſic nihil aliud eſt q̃ velle actũ
iſtum ꝑficere. ¶ Poteſt etiá ferri in aliquid vt in finẽ. ſ. in
illud ꝓpter quod vult baptizare: vt velle fieri illud ꝓpter
quod baptiſmus eſt inſtitutus. Et hec intentio eſt duplex
ſ. ſpecialis qua intendit vt baptizatus fiat filius regni: qui
eſt finis remotus: vel propinquus: qui eſt remiſſio peccati
originalis ac gratie infuſio: aut ꝙ fiat chriſtianus et mem
brum eccleſie militantis. Uel generalis: vt fiat quod eccle
ſia intendit: licet non cogitet̃ aut ignoretur. vel etiam non
credat̃ id conferri ꝑ baptiſmũ quod eccleſia intẽdit. ¶ Et
quelibet harũ intentionũ eſt triplex ſm Scotũ: vt in ſcd̃o
diſt. xlj. tactũ eſt. ſ. actualis/ virtualis/ et habitualis. Actua
lis eſt dum intendens habet actum elicitum reſpectu eius
quod intendit: gratia exempli: Qui actualiter vult bapti-
zare in ſe habet actum volendi baptizare. Habitualiter in
tendit qui habet habitum inclinantem ad talem actum.

¶ Intentio virtualis eſt qn̄ aliquis ex virtute intentionis
actualis pꝛeuie ꝓcedit ad aliquos actus/ nō intēdēs actua
liter ad illud ad qd̄ pꝛimo intēdebat: ita ꝙ ad tales act⁹ nō
procederet niſi pꝛeceſſiſſet pꝛioꝛ intētio actualis. Exempli
gratia: vt quicūq; intēdit aliquid actualiter/ad cui⁹ execu⸗
tionē requiruntur aliqua media in pꝛoceſſu ad iſta media:
q̄uis nō actualiter intēdat ad illud ad qd̄ media oꝛdinant̄:
tn̄ in medijs illis manet intētio eius virtualis: vnde q̄ pꝛi⸗
mo actualiter intēdit finē aliquē ad quem conſequendū oꝛ
dinat media: in oīb⁹ illis manet intentio virtualis finis:
eo ꝙ intētio finis actualis pꝛimo habita eſt pꝛincipiū et ra⸗
dix oīm intentionū actualiū medioꝝ. Unde volēs ire ad li⸗
mina apoſtoloꝝ/habet intentionē actualem eūdi romā: ex
qua intentione diſponit veſtes ⁊c̄. arripit viā: in oībus his
manet virtualis intētio eundi romā: q: ex illa intētione eū⸗
di romam: oīa illa media ſunt ſumpta: nec aliquod eoꝝ fie
ret ſi nō actualis intētio eūdi romā pꝛeceſſiſſet. ¶ Unde ſi
queritur: cur pꝛeparas veſtes/pecunias ⁊c̄. reſpōdet: volo
ſeu intēdo ire romā: licet in diſponēdo hmōi media nō ſem
per actualiter cogitet de roma: et per cōſequēs nec actuali
ter illo ire intēdat: ſiquidem intētio: cū ſit actus volūtatis:
pꝛeſumit appꝛehenſionē eius ab intellectu quod intendit̄.
Et hec virtualis intētio eſt quaſi media inter actualē et ha
bitualē: quia eſt imperfectioꝛ actuali/ et perfectioꝛ habitua⸗
li reſpectu finis. Nā habitualis intētio eſt in doꝛmiēte actu
nihil nec finem nec media cogitante vel intendēte. Actua⸗
lis eſt in eo qui actu vult finē. Uirtualis eſt in eo qui nō ha
bet actū volendi finem: vult tamē actu media ad finē pꝛius
actualiter intentū. ¶ Coꝛollariū. Omnis intentio virtua⸗
lis eſt etiam intētio actualis: ſed nō reſpectu eiuſdem: quia
eſt actualis reſpectu medij: et virtualis reſpectu finis quē
actu nō intendit. Stat tamē eandem intētionem eſſe actua
lem vtriuſq;/ medij. ſ. et finis: vt dū quis ſimul vtrunq; ap
pꝛehēdit: et actu vult medium pꝛopter finem appꝛehēſum.
Ille actus volendi poteſt eſſe vnus ſiue vna volitio: termi
natus vel terminata ad mediū et finem/ ſicut dictū eſt in. j.
diſt. j. q. j. ꝙ vnus idēq; actus poteſt eſſe vſus ⁊ fruitio: poſ
Not. 4. E ſunt etiā eſſe plures. ¶ Quarto notādum circa qualitatē
que reſpicit modū operandi/ et maxime in pꝛopoſito vnita
tem vel ſimultatē concurrētium ad baptiſmū: quia alij mo
di non variant vnitatē. Dico autē operis/ aut baptizantis
aut baptiſmū ſuſcipientis. Poteſt enim eſſe vnitas vel plu
ralitas in ipſa lotione/ ſemel vel pluries demergēdo/ ſuper
fundendo vel aſpergendo. Item in baptizante ſi vnus tm̄
baptizet aut plures ſimul. Et ſi plures/ vtrum actū bapti⸗
zandi inter ſe partiantur vt vnus lauaret/ alius verba pꝛo⸗
ferret: puta ſi mutus immergeret: et mancus verba pꝛofer⸗
ret: aut quilibet pluriū totū faceret: vt ſi duo ſimul lauarēt
et quilibet verba integre intentione baptizandi pꝛoferret.
¶ Poteſt etiā eſſe vnitas vel pluralitas ex parte baptiza⸗
ti: vt ſi vnus tantum vel plures ſimul baptizarētur ſub hac
foꝛma. Baptizo vos in nomine patris et filij ⁊c̄. Et ſi plu⸗
res: aut perſonaliter et localiter diſtincti/ aut loco indiſtin⸗
cti et perſonaliter diſtincti vel dubij: vt in monſtro habēte
duo capita et cetera mēbꝛa ſimplicia: aut omnia mēbꝛa du⸗
plicia/ vt doꝛſo tenus cōtinuata. ¶ Item reſpicit etiā qua⸗
litas ſimultatē vel ſeparabilitatē materie/ foꝛme ⁊ intentio
nis: quia poſſunt illa ſimul tēpoꝛe cōcurrere: ita vt nullum
perfecte plene perficiatur ſine alio: aut ꝙ facta lotione ver
ba pꝛoferātur. Aut pꝛimo verba pꝛoferantur: ⁊ deinde ba⸗
ptizandus immergatur. Et ſm̄ oēs has varietates ponen⸗
de ſunt concluſiones/ pꝛeterq̄ꝫ de vnitate et pluralitate im⸗
Artic. 2. merſionū: de quibus. s̄. dictū eſt: ideo nō repetit̄. ¶ Quan
Concl. 1. tū ad ſcđm articulū eſt pꝛima cōcluſio. Omne ſuppoſitum
D nature intellectualis pōt vere baptizare: quod ſub debitis
materia ⁊ foꝛma ⁊ intentione valet baptizandum abluere.
¶ Dicit̄ in cōcluſione nature intellectualis: qd̄ includit an
gelos/ demones/ animas ſeparatas/ et hoīes viatoꝛes ⁊ cō
pꝛehenſoꝛes: licet capiēdo ſuppoſitū ſtricte: vt diſtinguitur
cōtra naturā; anime ſeparate nō ſunt ſuppoſita; vt habitū
eſt in tertio. Pꝛobatur pꝛimo de hoībus viatoꝛibus: q: chꝛi
ſtus inſtituendo baptiſmū/ ab eius miniſterio nullū homi
nem viatoꝛē excluſit: qd̄ ex eo pat3: quia diſcipuli pꝛiuſq̄ꝫ in
vltima cena in ſacerdotes fuerunt oꝛdinati adhuc laici ba⸗
ptizabāt: vt habet̄ Joh. iiij. ⁊ nō niſi ex cōmiſſione chꝛiſti: ⁊
per conſequēs pꝛimo cōmiſit miniſteriū baptizandi laicis.
Sic ⁊ poſt chꝛiſti aſcenſionē/ philippus diaconus baptiza
bat: vt habet̄ Act. viij. et ita videtur q: nullū viatoꝛē exclu⸗
ſit. ¶ Et congruitatē oſtendit Tho. q. iiij. diſt. v. Nā baptiſ
mus inter alia ſacramēta eſt maxime neceſſitatis. Tū quia
pueris nō poteſt aliter ſubueniri. Tum etiā q: nec adultis
quātū ad remiſſionē totius pene: igit̄ que ad neceſſitatē ſa⸗
cramēti requiruntur debuerūt eſſe cōmuniſſima. Et ex par
te materie. ſ. aque/ que vbiq; haberi poteſt: ⁊ ex parte mini
ſtri vt quilibet homo baptizare poſſit. ¶ Pꝛobatur etiam
quoad angelos bonos ⁊ malos et hoīes ⁊ aīas: quia deus
ſicut poteſtatē baptizandi cōceſſit hoībus (quod certū eſt
ex ſcriptura) ita poteſt eā dare cuilibet creature intellectua
li: nā ſicut potentiā ſuā quantū ad effectum ſacramentalem
cauſandū ſacramētis nō alligauit: ita nec potentiā ſuā mi⸗
niſtrādi ſacramēta aliquibus miniſtris alligat: quin poſſit
poteſtatem conferēdi ſacramēta concedere cui voluerit. Et
tamen pꝛobabile eſt ꝙ illam de facto non cōceſſit niſi homi
nibus viatoꝛibus. Tum quia chꝛiſtus qui inſtituit hō fuit:
et congruū eſt ꝙ miniſter ſacramentoꝝ conueniat cum ver
bo incarnato a quo ſacramenta fluxerunt in natura aſſum⸗
pta. Tū quia in ſacramentis eſt aliquid ſenſibile ⁊ aliquid
ſpirituale: et per hoc magis congruum eſt eius diſpenſatio
nem cōmitti ſenſu et intellectu vtenti/ q̄ꝫ nature pure intel⸗
lectuali. Tum quia per ſuſceptionē baptiſmi aſcribitur ali
quis vt mēbꝛum eccleſie militāti: hoc autem congruit fieri
per aliquē in illa eccleſia. Tum quarto: quia ad neceſſitatē
non pꝛoficeret poteſtas eis conceſſa: quia nō ſunt in pꝛom
pto hoībus vt ad eos fieri poſſet recurſus vt baptizarēt in
neceſſitate. Tamen ſi bonus angelus baptizaret in coꝛpo⸗
re aſſumpto cū debitis foꝛma et intentione ac aqua elemen
tari: ſupponendum eſt verum eſſe baptiſmum: quia nō fa⸗
ceret niſi de pꝛecepto dei cuius voluntati diſcoꝛdare nō po
teſt. Nec ſic baptizatus eſſet ab homine iterū baptizādus:
dum tamen ſufficienter conſtaret baptizantem fuiſſe ange
lum bonū. Sic angelus michael pꝛohibuit epiſcopo dedi⸗
care eccleſiam ſuā in monte gargano/ aſſerens eā a ſe fuiſſe
dedicatam. ¶ Si etiam malus angelus in coꝛpoꝛe aſſum⸗
pto baptizaret: et conſtaret ꝙ hoc faceret de pꝛecepto dei:
quia opoꝛtet angelū malum etiam inuitum obedire deo: ta
lis habendus eſſet pꝛo baptizato: nec iterum baptizādus:
ſed nō eſſet ſine certa reuelatione credendū ꝙ malus ange
lus vere baptizaret. Tum quia deus nō miniſtrat ſacramē
ta ſalutis per excluſos finaliter a ſalute. Tū quia ſi nō eſſet
arctatus pꝛecepto diuino ad oppoſitum: ſupponēdū eſſet
ipſum fraudulēter agere nec complete ea agere que eſſent
neceſſaria ad ſalutem baptizati: quia odit ſalutē hominū.
¶ Nec exiſtimandum eſſet ꝙ tātum bonū ſpiritualis rege
nerationis pꝛocuraret homini: niſi foꝛte ex fallaci nequicia
vt baptizatum poſt ad grauioꝛē lapſum deijceret: qui pꝛo⸗
pter magnitudinis circūſtātiam grauius peccaret/ q̄ꝫ ſi ba
ptizatus non fuiſſet. ¶ Et quod dictum eſt de angelis bo⸗
nis: ſimiliter eſt dicendū de animabus ⁊ hominib⁹ beatis.
Et qd̄ dictū eſt de demonibus/ locū habet de animabus et
hominibus dānatis: ſi aliqui damnati eſſent in anima ⁊ coꝛ
poꝛe. ¶ Coꝛollarium. Nec mutus: nec mancus: nec vſu ca⸗
rentes rationis/ poſſunt eſſe miniſtri ſacramenti baptiſma
lis. Patet: quia pꝛimo deficit potentia pꝛoferendi: ſecūdo
lauandi: tertio intendendi. ¶ Coꝛollariū ſecundū. In ba⸗
ptizante non requiritur ſexus certus nec fides nec baptiſ⸗
mus. Qd̄ patet: q: quicunq; poteſt baptizandū intingere
ſeu lauare: verba foꝛmalia ꝓferre: ⁊ intētionē baptizādi ha
bere: ſiue ſit vir ſiue mulier: ſacerdos ſiue laic⁹: baptizatus
ſiue carēs baptiſmate: fidelis ſiue infidelis vel hereticus/
vere poterit baptizare; vt etiā habet Palu. diſt. v. q. ij. ar. j.

Patet ex cõcluſione: quia nulli hoꝝ deficit aliquid quo nõ
poſſit miniſtrare oĩa ad verũ baptiſmũ neceſſaria. Hinc di
cit Augu. ad Fortunatũ. In neceſſitate cũ epĩ aut preſbyte
ri aut quilibet miniſtroꝝ nõ inueniuntur: et viget periculũ
eius qui petit: ne ſine iſto ſacramẽto hãc vitã finiat: etiã lai
cos ſolere dare ſacramẽtum qđ acceperũt: ſolemus audire:
de cõſe. diſt. iiij. in neceſſitate. Item ex cõcilio carthaginẽſi.
Mulier ꝗuis docta et ſancta viros in cõuentu docere: vel
aliquos baptizare nõ preſumat niſi neceſſitate cogente. ea
dẽ diſt. mulier. Itẽ Iſido. Romanus pontifex nõ hominẽ
iudicat qui baptizat: ſed ſpiritũ dei ſubminiſtrare gratiam
baptiſmi: licet paganus ſit q̇ baptizat. ea. diſt. roman⁹. Si-
Cõcl. 2. mile habet̃ de iudeo baptizãte. c. ſequẽti. ¶ Scđa ꝯcluſio.
E Extra caſum neceſſitatis nulli licet baptizare qui nõ habet
miniſteriũ ſacerdotale. ¶ Dicit̃ notãter nulli licet baptiza
re: q: ſi alius a ſacerdote baptizat verus eſt baptiſmus: ſed
baptizãs peccat. Vñ Richar. diſt. v. q. iiij. arti. j. dicit. Caſu
neceſſitatis excepto non debet baptizare niſi ſacerdos: nec
niſi in aqua ſanctificata: ſi tñ tunc nõ ordinatus baptizaret
ſiue in aqua ſanctificata ſiue nõ ſanctificata / verum baptiſ-
ma conferret: ſed mortaliter peccaret. Ordo eñ miniſtri ⁊
ſanctificatio aque alia ab illa que in actu baptizãdi ſancti-
ficat̃ per inuocationẽ trinitatis: non requirit̃ de neceſſitate
ad eſſentiã ſacramẽti. Nec ad hoc vt ille qui baptizatur re-
cipiat effectum ſacramẽti. Et dicit Ange. in ſum. ꝙ nõ ſacer
dos ſine neceſſitate baptizãs efficitur irregularis. Contra-
riũ tenet Palu. diſt. v. q. ij. ar. j. et allegat Ange. c. j. de cleri.
nõ ordi. mi. vbi Damiſda papa dicit. Si quis baptizauerit
aut aliud de diuinis officijs exercuerit nõ ordinat⁹: ꝓpter
temeritatẽ ſuã abijciat̃ de eccleſia: et nũꝗ ordinet̃. Probat
hãc cõcluſionẽ Sco. ꝙ ſoli ſacerdoti cõgruit baptizare: ⁊ il
li preſertim cui incũbit ex officio preſidere. Quia ꝑ baptiſ-
mũ recipitur baptizatus in collegiũ eccleſie militãtis: rece
ptio aũt alicuius in collegiũ pertinet ad preſidẽtẽ ⁊ haben
tẽ autoritatẽ in collegio. Et ideo quanto aliquis habet ma
iorẽ autoritatẽ in eccleſia: tãto magis ꝑtinet ad eũ recipere
et introducere in eccleſiã. Et ꝑ ꝯñs baptizare videt̃ magis
competere epõ ꝙ̃ ſimplici ſacerdoti: ſi ſufficere poſſent epi
ſcopi. Sed ꝓpter raritatẽ epoꝝ / et pluralitatẽ baptizãdoꝝ
regulariter concedit̃ oĩbus ſacerdotib⁹. Hec Sco. ¶ Pro
bat̃ etiã cõcluſio autoritate canonis de cõſe. diſt. iiij. cõſtat.
et. xciij. di. diacones. vbi dicit Pelagius papa: et Iſidorus
Cõſtat baptiſmũ a ſolis ſacerdotibus eſſe tractãdũ: eiuſꝗ
miniſterium nec ipſis diaconibus explere eſt licitum abſꝗ
preſbytero vel epõ: niſi his ꝓcul abſentib⁹ vltima lãguoris
neceſſitas cogat: qđ ⁊ laicis fidelibus plerunꝗ permittit̃.
Et dicit glo. abſꝗ preſbytero. i. licẽtia vel autoritate preſby
teri vel epĩ: nã in preſentia ſacerdotis etiã ſi neceſſitas exi-
gat niſi iuſſus a preſbytero: puta cũ multi ſunt qui indigẽt
baptiſmo: ⁊ preſbyter non põt oĩbus ſatiſfacere vel ſuffice
re. Et dicit Aſtexanus in ſum. lib. iiij. titu. v. ꝙ mulier in ne
ceſſitate ſi aſſit copia viri nõ debet baptizare: nec laic⁹ pre-
ſente clerico: nec clericus preſente preſbytero: qui tñ poteſt
baptizare preſente epõ: eo ꝙ hoc ꝑtineat ad officiũ preſby-
teri. Cõſonat Pet̃. vbi. ſ. ¶ Tertia concluſio. Ad veritatẽ
Cõcl. 3. baptiſmi requirit̃ intẽtio miniſtri: nõ tñ reſpectu actus ba
F ptizãdi vt obiecti: ſed etiã reſpectu effectus eius vt finis et
termini. Illa cõcluſio tres habet partes. Prima / ꝙ ad veri
tatẽ baptiſmatis requirit̃ intentio miniſtri. Scđa / ꝙ nõ tñ
reſpectu actus baptizãdi vt obiecti. Tertia / ꝙ etiã requirit̃
intẽtio reſpectu effectus baptiſmi / q̇ eſt eius finis et termi-
nus. ¶ Primã partẽ probat ſctũs Tho. et poſt eũ Richar.
Quia qñ plura cõcurrũt ad vnũ effectũ: oportet ꝙ aliquo
modo vniant̃: nã ex duobus diſtinctis nõ conſtituit̃ tertiũ
niſi per aliquod tertiũ cõiũgẽs vniãtur. Ad ſacramẽtũ aũt
baptiſmi cõcurrũt elementũ / verba / miniſter / ⁊ ſuſcipiens:
que ſunt plura diſtincta: ergo requiritur aliquod cõiũgẽs.
Illud aũt nõ põt eſſe ſuſcipiẽs: q: habet rationẽ materie et
ſuſceptiui: ergo oportet ꝙ ſit aliq̇d in miniſtro: tale aũt nõ
videtur niſi intẽtio qua ipſe miniſter per potentias executi
uas exteriores: puta motiuam qua abluit: ⁊ expreſſiuã qua
profert verba / cauſet illa vt diſtincta. ¶ Sed hanc rationẽ
tãꝗ inefficacẽ impugnat Sco. diſt. preſenti. q. v. q: in ſigno
ad placitũ inſtituto põt multa cõcurrere ad rõnẽ vnius ſi-
gni ꝓpter actũ inſtituẽtis: licet nihil aliud ſit ꝓpter qđ ha-
beãt vnitatẽ: ſicut patet de circulo folijs viridibus ſe inter
ſecãtibus ornato (et alijs quibuſdã) muſtũ ſignificantib⁹.
Sufficit eñ ad vnitatẽ ſigni ad placitũ inſtituti / vnitas in-
ſtitutionis ordinãtis ipm ad ſignificatũ. ¶ Et ideo aliter
probat̃ hec pars cõcluſionis / poſt Alex. et Sco. Actus mi-
niſtrãdi ſacramẽtum eſt actus humanus (ꝓprie loquendo
de actu humano) qui per intellectũ ⁊ voluntatẽ cauſat̃ ab
hoĩe: ergo requirit̃ intẽtio in agẽte. Tenet cõſequẽtia: quia
actus caſualis fortuitus aut per impetũ factus (et ita ſine
intẽtione) nõ eſt humanus: q: nõ a propoſito neꝗ a libero
arbitrio factus. ij. Phyſi. Antecedẽs ꝓbat̃: q: actus ille eſt
actus ad quẽ deus obligauit miniſtrũ ex parte ſui ad diſpẽ
ſandũ: et ſuſcipiẽtem ex parte ſui ad ſuſcipiẽdum: ſed ſuper
actu fortuito nõ cadit obligatio. Ipſa eñ obligatio eſt / vt
homo intẽdat ad illud ad quod obligat̃: et per ꝯñs nõ põt
eſſe actus fortuitus: ſed actus a propoſito ⁊ ita humanus.
¶ Huius etiã Alexã. addit duas cauſas / ſcʒ ꝓpter reueren
tiã ſacramẽti / et cautelã baptizati. Unde iniuria ⁊ irreuerẽ
tia ſacramẽto fieret: ſi ſine intẽtione fieret ex impetu / teme
re et a caſu. Similiter q: periculum ſalutis eſt baptizato / ſi
nõ recte miniſtraret̃ cũ bona cautela et prouidẽtia ne quid
omittat̃ qđ ad veritatẽ baptiſmi neceſſario requirit̃. ¶ Se
cũda pars cõcluſionis / ſcʒ ꝙ nõ tñ requiritur intẽtio reſpe
ctu actus baptizandi vt obiecti. Illa quidẽ requirit̃ vt pro
bãt rõnes ad primã partẽ ꝯcluſionis / al's nõ eſſet actus hu
manus: ſed nõ ſufficit: q: al's irriſorie baptizans ⁊ ꝓ ioco ſi
ue pro alia qualibet cauſa lauãs ⁊ proferẽs verba / baptiza
ret. Cõſequẽs falſum ex predictis: et patet ꝯña: q: eſt inten
tio irriſorie baptizãtis reſpectu actus: q: vult lauare ⁊ ver-
ba proferre in irriſionẽ et cõtumeliã chriſtiane fidei ⁊ ſacra
menti: ⁊ nihil aliud deficit nec materia: nec forma. ¶ Ter-
tia pars cõcluſionis: ꝙ requirit̃ intẽtio reſpectu effectus q̄
eſt finis baptiſmi: probat̃: q: ſicut deus vult iſtũ actũ exer
citũ eſſe humanũ: ⁊ nõ tñ vt eſt talis actus in natura: q: in
hoc nõ diſtingueret̃ a quacũꝗ alia ablutione cum alijs ver
bis ioco ꝓlatis: ſed inquantum eſt actus miniſtri exercẽtis
ſignũ dei. Habẽs aũt actũ humanũ intendit finẽ illius act⁹
vt eſt ſibi impoſitus. Illud enim eſt rõnabile vniuerſaliter
in vſu ſigni practici. Si quis eñ leg ſlator inſtitueret in po
licia ſua tactum manus eſſe ſignũ amicitie: non intenderet
ꝙ vtentes iſto ſigno preciſe haberẽt actũ humanũ circa il-
lud inquãtum eſt tale ſignum inſtitutũ. Et ſi determinaſſet
ſe ad tale ſignum aliquid daturum vel facturum: nõ daret
nec faceret illud niſi homo exerceret illud ſignum vt eſt in-
ſtitutum ad talem finem. Sic in propoſito nõ ſufficit inten
tio exercendi baptiſmum vt eſt talis actus in natura: ſed vt
eſt ſignum ad certum finem inſtitutum. ¶ Et confirmatur
Intentio miniſtri requirit̃ ex prima parte concluſionis: et
non ſufficit intentio actus talis vt eſt talis actus in natura
ex ſecunda parte: ergo requiritur intentio actus vt ordina-
tus ad finem aliquem: finem vtiꝗ illũ quẽ fideles (qui hoc
ſigno vtũtur. i. eccleſia) intendũt. Tenet conſequẽtia: q: ni
hil aliud aſſignari poteſt quod intẽdi debet vltra actũ illũ
vt eſt talis in natura. ¶ Corollariũ quod ſequitur ex cõclu Corolla.
ſione. Nõ ebrius furioſus et generaliter carẽs ratione pro
tẽpore ꝓ quo nõ vtitur rõne nõ põt baptizare: q: nõ habet
tũc libertatem: nec intentionẽ illã que dicta eſt. Nec hoc eſt
cõtra Augu. homel̃. v. ſuper Iob. Nõ curo ebrioſum. Non
eñ dicit: non curo ebrium: ſed ebrioſum. Ebrioſus autẽ nõ
ſemper eſt ebrius: nec furioſus ſemper furit. Tales eñ ba-
ptizare poſſunt / cum habent lucida interualla: nõ tempore
ebrietatis aut furie. Ad hoc eñ dicit Augu. non curo ebrio
ſum. Malicia enim ſacerdotis nõ impedit effectum ſacra-
menti. ¶ Concluſio quarta. Ad veritatem ſacramenti non Cõcl. 4.
requiritur intentio miniſtri reſpectu effectus baptiſmatis G

in ſpecie: ſed ſufficit intēdere quod eccleſia intēdit in genere. Probaꝛ: q: infideles ⁊ heretici etiā circa hūc articulum baptiſmi/ et laici ac mulieres pñt baptizare ex prima cōcluſione: quoꝝ quidā nō credūt baptiſma habere effectum aliquē circa aīe purgationē: quidā nō intelligunt qui ſint effectus baptiſmi: et tñ oēs pñt habere intētionē baptizādi/ vt baptiſmus inſtitutꝰ eſt: vel vt chriſtiani eo vtuntur. Et hoc eſt dicere: intēdere qd eccleſia intēdit: etiā ſi non credant ꝙ aliqd efficiat qd dictū eſt.

Cōcl. 5. D ¶ Quinta concluſio. Ad baptiſmi veritatē nō exigiꝛ dicta intētio actualis: nec ſufficit habitualis: ſed requiriꝛ intētio virtualis. ¶ Prima pars ꝓbaꝛ ꝙ nō reqriꝛ intētio actualis: q: deus inſtituēs ſacramentū baptiſmi tanꝗ ſacramentū neceſſariū ad ſalutē/ nō obligauit hominē ad impoſſibile vel nimis difficile: ſed nō diſtrahi in quocūqꝫ actu humano quo interrūpiꝛ vel tolliꝛ actualis intētio: vel eſt impoſſibile vel valde difficile: q: ſm beatū Augu. ij. de libe. arbi. nō eſt in poteſtate nr̄a quibꝰ viſis tāgamur: ergo nō obligauit baptizantē vt in actu baptizādi nō diſtrahaꝛ ad cogitandū aliud aliqd nō pertinens ad baptiſmū. Cū vero diſtrahiꝛ/ nō actu cogitat: et ꝑ ꝯñs nec intēdit ad baptiſmū: q: nō poteſt hō ſimul plura cogitare: quoꝝ vnū nō ordinaꝛ in aliud: et ita nec intēdere: q: intēdere preſupponit cogitare: ſicut actus volūtatis actū intellectus. ¶ Scđa pars/ ꝙ nō ſufficit habitualis intētio: probatur: q: illa pōt eſſe in dormiēte: immo in habente contrariā intentionē actualē: ſed neuter hoꝝ baptizat. Nā ſi quis plebanus habēs habitū baptizandi/ in ſomno baptizaret puerū: qd nō eſt impoſſibile: qm̄ quidē in ſomno quidā ambulāt et mirabiles operationes exercent. Similiter ſi talis ex malicia (licet exterius ablueret) intenderet actualiter non baptizare: neuter baptizaret: ꝗuis vterqꝫ haberet intentionem habitualē. Item propter ſolū habitū inexiſtētem actꝰ non dicitur humanꝰ: licꝫ ſit cōformis propter habitū actui humano. Probaꝛ: quia actus procedens ab habitu ſine intentione actuali eſt actus pure naturalis/ et nō libe. arbi. q: habitus non libere: ſed pure naturaliter inclinat ad actū: et per cōſequens actus talis non eſt humanꝰ: cū omnis actus humanꝰ eſt actus libe. ar. Et adducit Sco. exemplū. Si aliquis haberet habitū inclinantē ad deſiderium ſanitatis: ſi currat non intēdens nec cogitans de ſanitate: ſed intendēs ludere: ille ſi ex curſu conſequiꝛ ſanitatē: non diciꝛ cōſequi eam per actū humanū: ſed caſualiter vel fortuite: nō magis ꝗ ſi non habuiſſet in ſe habitū deſiderādi ſanitatē. Idē patet in furioſis: qui ī furia operanꝛ ex habitu priꝰ acquiſito: ⁊ tñ tales operationes nō ſunt humane. Tertia pars/ ꝙ requiriꝛ intētio virtualis: probaꝛ via diuiſiua: q: intentio requiriꝛ ex cōcluſione tertia: ⁊ nō ſufficit habitualis/ vt nunc probatū eſt: ergo requiriꝛ virtualis. Tenet conſequentia a ſufficiēti diuiſione. Sufficit ergo in baptizante/ ꝙ aliqn̄ habuit intētionē actualē baptizādi ex q̄ deſcēdit actꝰ baptizādi ſiue ī illo actu habeat intētionē actualē baptizādi vel nō: q: forte intēdit circa actū lauādi/ vt eſt talis actꝰ in natura: aut aliqd impertinēs. Intelligēdū tñ ē/ ꝙ deſcēderit ille actꝰ abſqꝫ oi motu volūtatis ꝯ̄rio: ſicut ſi induens ſe ad miſſam intēdit celebrare ſm vſum romane eccleſie: ⁊ ex illo ꝓcedat cōtinue forte ex aliquo habitu derelicto in phātaſia cū magna diſtractiōe: ita tñ ꝙ faciat ea que neceſſaria ſunt ad cōſecrationē vere cōficit euchariſtie ſacramentum. Hec Sco.

Cōcl. 6. J ¶ Sexta cōcluſio. Si plures eūdem baptizent: verū cōferunt ſacramentū: dū tñ eoꝝ quilibet perficit totū. Probaꝛ: q: vnꝰ totū faciēs nō annihilat per hoc factū alteriꝰ. Sed ſi vnꝰ faceret totū quod plures faciūt: baptizatꝰ eſſet nihilominꝰ alio ſimiliter faciente. ¶ Diciꝛ notāter: dū eoꝝ quilibet totū facit. i. dū quilibet abluit/ ⁊ verba cū intētione baptizādi integre profert: q: ſi vnꝰ ablueret ⁊ alter verba proferret: nihil facerēt: vt poniꝛ cōmuniter caſus. Si duo concurrerent mutus ⁊ mācus: mutus ablueret/ et mancus proferret: ⁊ vterqꝫ baptizare intenderet: non eſſet verum ſacramentū. Cuiꝰ ratio (ſm Sco.) non eſt niſi inſtitutio diuina: que ſicut voluit eſſe vnū principale agēs: ita voluit habere vnū miniſtrū in collatione integra ſacramenti: quod patet ex forma qua nos vtimur: nā proferēs eam/ ſignificat ſe abluere: non aūt debet oratio eſſe falſa in forma ſacramentoꝝ veritatis. Similiter etiā debet intelligi de verbis grecorū dicētium: baptizetur: quod nō eſt tm̄ deprecatio: ſed quaſi quedā efficax optatio/ vt ſit ſenſus: ꝑ iſtū actū meum circa iſtū baptizeꝛ iſte. Hec Sco. vide pe. de palu. diſt. iij. q. ij. ar. ij. ¶ Sed illa cōgruentia de veritate verboꝝ parū vel nihil facit: q: ſi pluriū quilibet baptizet/ dicens. Ego te baptizo ⁊c. oratio vera eſt cū ꝗlibet baptizet. ¶ Si di. quid ſi duo baptizātes vnū/ dicāt. Nos baptizamꝰ te in nomine patris ⁊c. Reſpōdet Alex. par. iiij. q. xvj. mem. vij. ꝙ nō baptizāt: quia ſic mutareꝛ forma. Item baptizās miniſter ſignificat chriſtum: vnus aūt eſt chriſtꝰ qui principaliter baptizat: et ideo debet vnꝰ eſſe miniſter.

Cōcl. 7. K ¶ Septima ꝯcluſio. Quāuis vnꝰ plures perfundēs vel aſpergēs ſimul dicens. Ego vos baptizo in nomine ⁊c. vere omnes aſperſos baptizat: extra tñ neceſſitatis caſum hoc faciēs mortaliter peccat. Probaꝛ concluſio pro prima parte: q: nemini precludiꝛ via ſalutis. Sed poſſet occurrere caſus quo pluribꝰ baptizādis imminerent periculū mortis ſi ſimpliciter baptizarenꝛ: ideo neceſſarium erit eos ſimul baptizare. Non aūt poſſunt ſimul baptizari/ dicendo. Ego baptizo te: q: (te) ſingulari numero non demōſtrat/ niſi vnā perſonā: ideo oportet dicere/ vos: nec illa mutatio verbi importantis perſonā recipiētis/ mutat veritatē ⁊ efficaciā baptiſmi: vt habet Pe. de pal. diſ. iiij. q. ij. Et etiā videꝛ factū fuiſſe in die penteco. cum petrꝰ vel apoſtoli baptizarūt multos. De hoc. s̄. patuit diſt. iij. q: verba ſignificātia perſonā cōferētis ⁊ ſuſcipiētis nō ſunt determinata a chriſto: ſed ab eccleſia: ideo in eis pōt fieri aliqua mutatio. Nec videꝛ ꝙ eccleſia voluerit aliquē ꝑciſe ad iſtā formā arctare: ꝙ per hoc alicui precludereꝛ via ſalutis. Secūda pars patet: q: nō cōformās ſe eccleſie in ſacramentoꝝ miniſterio peccat mortaliter niſi neceſſitas excuſet. Excuſat aūt neceſſitas/ cū īminet a peccato mortali. Alioquin in caſu poſito quis eſſet perplexus. nā ſi nō baptizaret in neceſſitate/ peccaret mortaliter: q: negligeret ſalutē ꝓximi. Et ſi mutando formā (quod exigit talis neceſſitas) ſic baptizaret: peccaret mortaliter: quod tñ falſum eſt: q: ex lege euangelica ſine ſui culpa nullꝰ eſt ꝑplexꝰ. Facit ad hoc. c. ꝗcūqꝫ. martini pape. de cōſe. diſ. iiij. qd licꝫ loquaꝛ de ſacerdote: tñ locū habet in omni potēte baptizare: q: rō legis ī quolibet locū habet. Sꝫ diceres: cur hec mutatio forme q̄/ te/ mutaꝛ in vos/ nō tollit baptiſmi veritatē: cum tñ mutatio ꝓnominis ego/ in nos tollit: vt ſtatim. s̄. dictū ē. Rñdet hic Alex. ꝙ non eſt par rō: q: (vos) includit ſuū ſingulare geminatū: ſcꝫ te ⁊ te. nō ſic (nos.) Cū em̄ dr̄ nos/ nō valet tantū ego ⁊ ego: ſed ego et tu vel ille. Et ideo cū diciꝛ. nos baptizamꝰ/ mutaꝛ forma: q: aliquid includit quod forma nō includit/ eo ꝙ non geminat ſingulare. Sed cum dicitur/ vos/ nō eſt mutatio forme: ſed quedā geminatio. i. baptizo te et te. Et q: chriſtꝰ vnꝰ baptizans ſpōſus eſt multarū animarū ⁊ oim animarū que rite baptizātur: ideo oportet baptizantē qui ſignificat xp̄m eē vnū: nō aūt baptizatū. Verū Pe. de pal. diſt. iij. q. j. arti. iij. aliud ſentit exemplificās de prelatis: qui ſolent ſe pluraliter nominare. Itē de mō loquēdi aliquorū qui more patrie ſemper nos denotāt. ¶ Sed di. an in caſu ſit vnꝰ baptiſmꝰ vel plures. Et videꝛ ꝙ ſint plures: q: plures baptizati: ⁊ ita plures baptizationes paſſiue: baptiſmꝰ aūt eſt baptizatio. Sꝫ oppoſitū videꝛ: q: eſt vna forma: q: verba eadē ſimul ꝓlata. Forma aūt dat eſſe rei: ⁊ ꝑ ꝯñs vnitatē. Rñdeꝛ vt ⁊ Peꝛ. tenet diſt. iij. q. ij. ar. iij. ꝙ ſi baptiſmꝰ ſupponit ꝓ lotione ſimul ⁊ oibus q̄ ſunt de eſſentia baptiſmi: tūc ſunt plures baptiſmi: tot/ quot baptizantur: qm̄ qn̄ aliqd cōponiꝛ vel aggregaꝛ ex pluribꝰ/ plurificato aliquo eoꝝ ex qbꝰ cōponiꝛ vel aggregaꝛ: quorū qdlibet cū ceteris cōſtituit totū: totū plurificaꝛ. vñ ſi ex aceruo lapidū tolliꝛ lapis vel addiꝛ: nō ē idē q̄ priꝰ: ⁊ q: plꝛes ſunt baptizati/ quoꝝ ꝗlibet cū reqſitis ceteris facit baptiſma: plꝛes ſunt baptiſmi. Si vō baptiſmꝰ ſuppōit ꝓ ſola lotiōe ⁊ cetera ꝯnotat: ē vnꝰ

baptiſmus:q: vna lotio:q: vna perfuſio vel aſperſio:⁊ hoc capiēdo lotionē actiue. Si vo baptiſmus eſt lotio paſſiua: ſic dici pnt tot baptiſmi quot ſunt loti. Uel breuiꝰ dici poſſet. habēdo reſpectū ad baptiſmū/ſic ſunt plures:ſi ad baptizantē ⁊ formā⁊ actionē eſt vnus. Prima reſpōſio eſt ma
Cōcl.8. L gis formalis. ¶ Octaua cōcluſio. Ad veritatē baptiſmi talis ſimultas lotionis/forme/ac intētionis/requirit ꝙ neutrū eoꝝ ſine alijs perfecte finiat. Ratio huiꝰ ꝯcluſionis eſt inſtitutio diuina q̄ inſtituit vt illa ſimul:lotio/verba/et intētio/ſint ſignū efficax interioris mundationis:⁊ neutrū ſine alio. Qñcunqꝫ aūt aliqua plura requirūtur ad eſſe alicuius:neceſſe eſt vt ſint ſimul:eo ꝙ neutrum ſine alio ſufficit. Sicut ad eſſe albū requirit ſubiectū ⁊ albedo: iō nunq̄ eſt albū/niſi cū albedo eſt in ſubiecto. Non tñ requirit talis ſimultas vt neutrū incipiat vel deſinat ſine alio: ſꝫ ſufficit ſimultas que requiritur in actibꝰ humanis. Noluit em̄ dñs nos obligare ad tā ſubtilē ſimultatē quā vix poſſit hō percipere vel ſeruare. Judicat aūt ſimultas inter factū hoīs ⁊ verbū: vt dicit Sco.q.iij.huius diſt. qñ incipit vnū anteq̄ totaliter finiat aliud:et hoc indifferēter: ſiue prius finierit hoc q̄ aliud:ſiue ecōuerſo. Uerbi grā ſi q̇s dicat facias/ et fricet barbā:ſiue incipiat fricationē ante ꝓlationē/ſiue ecōuerſo:dū tñ vnū nō finiat cōplete ante inceptionē alterius dicet:ille ſimul dixit hoc ⁊ fecit hoc. Jta ſiue baptizās priꝰ immergat:vbi cōſuetū eſt ter immergere:⁊ incipiat verbū cū ſcđa immerſione: ſiue prius verba incipiat/et ante finē verboꝝ abluat:ita vt ꝓlatio nō finiat ante inceptionē ablutionis:nec imerſio/ꝑfuſio vel aſperſio finiat ante inceptionē verboꝝ:eſt ſufficiēs ſimultas ablutionis et verboꝝ. Jntētio aūt virtualis eſt a principio vtriuſqꝫ vſqꝫ in finem:vt patet ex dictis. Videt ꝯſonare Pet.de palu.diſt.iij.q.j.ar.j. Nec eſt opus tāta ſubtilitate canoniſtarū que tangitur in glo.c.detrahe.j.q.j.quā iurbanitatē deridet Sco. ¶ Quā
Artic.3. Dub.1. M tū ad articulū tertiū: Dubitat primo circa cōcluſionē quintā/ quō intētio virtualis reducitur in actualē preuiā tāq̄ in cauſam cū ipſa nō ſit: qm̄ cauſa ſimul eſt cū effectu. Rñdēt aliqui/ꝙ volūtas actualiter intēdens imprimit virtutē potētie motiue:et q̄diu manet illa virtꝰ impreſſa: virtꝰ motiua manet. vt ſi aliq̇s intēderet ire ad certū locū:ꝑ illā actualē motionē fit actualis impreſſio in potētiā motiuā:⁊ q̄diu illa impreſſio manet:mouet ad terminū volitū: licet homo in via cogitet de alijs/et nō ſemꝑ de termino ad quē mouetur:⁊ illa impreſſio paulatim minuit et tandē deficit:et tūc ceſſat hō a motu. Et tūc dicitur/ꝙ ceſſat etiā intētio virtualis: hāc em̄ nō habet niſi q̄diu manet illa virtꝰ impreſſa potētie inferiori motiue. ¶ Sed mirū eſt apud Sco.q.vj.huius diſt.quō volūtas poſſit eſſe virtus factiua cauſans talē formā in potētia organica. Mirū etiā videt ait:ſi cauſaret ibi:vñ paulatim deficeret. Jdeo aliter rñdet Sco.q.vj.diſ.vj. ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſiue in phātaſia/eſt aliqua diſpoſitio/ſm quā mouet ceſſante actu volūtatis imperātis eis. Uel aliter ait ad ꝓpoſitū/ꝙ ſiue volūtas actu intendēs aliquid relinquat in potētijs inferioribꝰ ſiue non:ordinate tñ habet ſuas volitiones reſpectu finis/ et eoꝝ que ſunt ad finē. Et cū ad aliquē illoꝝ peruenit:et actū potētie inferioris correſpōdētis impꝑauerit:pōt actꝰ ille inferioris potētie imperatus ꝑmanere:licet intētio nec prima/nec ſcđa maneat: et dū manet ille actus volūtate quātūcūqꝫ diſtracta/dr manere intentio illa virtualis. ¶ Et ſm hoc dr ad rōnē dubij/ ꝙ volitio actualis ordinate cauſat volitionē/donec imperatur actus exterior:⁊ quelibet prior eſt cauſa ſequētis in fieri nō in conſeruari.et ideo ſequēs pōt manere priore ceſſante:ſicut ⁊ actus potētie inferioris imperatus pōt manere ⁊ cōtinuari ceſſante actu interiori imperāte. Multi em̄ effectus exteriores cauſant/qñ actualis motio agentis ꝑ intellectū a quo ꝓducūtur nō manet. Ponit exēplū in naturalibus:q: ꝓiecto lapillo in aquā/primꝰ circulus eſt cauſa ſecūdi:et ſic deinceps:non tñ ſemꝑ manet primus q̄diu ceteri. Jta etiā vniuerſaliter in motu ꝓiectoꝝ priꝰ ceſſat pars motori ꝓpinquior/q̄ remota. Et ſm hāc reſpōſionē prima intētio eſt cauſa mediata : hoc eſt cauſa cauſe reſpectu effectꝰ vltimi ſacramētalis. ¶ Scđo dubitat iuxta eādē cōcluſionē. Si requirit intētio in baptizāte/nūq̄ baptizatꝰ erit certus de ſui baptizatione: q: licet intētio ſua ſit ſibi nota: ſed nō intētio alteriꝰ:et ita ſemꝑ erit dubius:⁊ nūq̄ de ſua ſalute ſecurus:et ita ſemꝑ erit in periculo. Rñdet ſm Alexā.q.xiij.par.iiij.mēbro.j. ꝙ cū aliq̇s debet baptizari: adhibēda eſt diligētia/ ꝙ baptizādus non cōmittat alicui ſuſpecto et notato de hereſi: ſed ꝓbato in fide: nō ꝙ hereſis impediat baptiſmū ſi fuerit intētio baptizādi: ſed q: de ſuſpecto magis timetur:ne malicioſe intentionē ſubtrahat: dū aūt non ſuſpecto offertur: licet intētio baptizātis nō innoteſcat certitudinaliter ⁊ euidēter: tñ innoteſcit vehemēti p̄ſumptione: et hoc ſaluti baptizati adulti cū ꝓpria fide et intētione: et ſic ſatis precauet periculū: qm̄ et ſi nō intēderet miniſterialiter baptizare:et ſic nō eſſet ſacramentū: ſaluat tñ adultus baptiſmo flaminis. ¶ Sed q̇d de paruulis ſi nō intendit baptizās:nō eſt baptizatus paruulus:⁊ ſi decedit ante vſum rōnis dānabit: et tñ nihilominus eccleſia facit quod in ſe eſt:⁊ paruulꝰ nihil facere potuit. Jgit videt ꝙ inſufficiēter ꝓuiſum eſt humane ſaluti cū ſcilꝫ paruulus dānat:⁊ eccleſia nihil negligit faciēdo totū qđ in ſe fuit. Rñdet idē ſine preiudicio/ꝙ in caſu iſto pie ſupponi ⁊ credi poteſt/ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleat qđ deficit ſacramēto. Cū enim virtus ſua nō ſit alligata ſacramētis: ſupponēdū eſt ꝙ ſuꝑ abūdātia liberalitatis ⁊ gratie illiꝰ ac merito eccleſie in nullo negligētis aliud remediū ſalutis adhibebit. Huic conſonat Tho.et hoc bene notādū:q: valde cōſolatoriū. Addūt tamē:ꝙ ſi deus hoc nō faciat ꝓuidēdo de alio remedio:nō preiudicatū eſt eccleſie nec paruulo:cū ſola grā et abſqꝫ vllo debito remittat dñs pctā:quocunqꝫ modo vel medio remittat. Nec preiudicat diuine iuſticie ſi non remittit pctm̄ paruulo. Nō em̄ in hoc iniuſte facit:ſicut nec in eo qui non ſubijcit ſacramento. Nulli em̄ debitor eſt vt ſaluet:niſi quatenus libera ⁊ miſericordi volūtate debitorem ſe cōſtituit.
¶ Tertio dubitat circa hoc qđ dictū eſt:ꝙ ebriꝰ adhuc ratione vtēs pōt baptizare. Nō em̄ oēs ebrij penitus ratione carēt/vt ex intētione agere non poſſint. Quid ſi talis temulētus baptizaret:et verba nō ꝓferret perfecte: q: habet linguā ligatā:an eſſet verū baptiſma. Et videt ꝙ ſic:q: ſimile ſumptū ab eo q̇ per naturā habet linguā impeditā:quales ſunt l/pro r/dicētes. Jn nomie patlis ⁊ filij ⁊ ſpilituſſancti. Sed cōſtat ꝙ tales baptizāt:ergo ſimiliter ⁊ ebrij habētes tale impedimentū/baptizāt. Jn oppoſitū eſt:q: non obſeruāt formā ſicut iſtituta eſt a deo : nec habēt qđ eos excuſet: ergo nō baptizāt. Reſpōdēt quidam: vt refert Alex.q.xvj. par.iiij.mēbro.iiij.ꝙ ebrius talis nō baptizat:nec eſt ſimile de impotēte per naturā⁊ ꝑ culpā. Qui em̄ impotēs eſt per naturā/culpā nō habet:⁊ iō baptizat: q̇ vero impotens eſt per ebrietatē/culpā habet:et ideo nō baptizat. ¶ Sed illa reſpōſio deficit ⁊ falſo innitit fundamēto: q: nec virtus ſacramētalis: nec eius miniſteriū impedit ꝑ culpā vel peccatū miniſtri. Uñ dicitur ꝙ ſi ebrius nō habet maius impedimentum lingue q̄ impeditus naturaliter:et baptizans ita baptizat ſicut naturaliter impeditus:licet habeat culpam: ſi tñ tantū impediretur ebrietate/ ꝙ circūſtātes nō poſſent capere ſenſum verboꝝ:nō baptizaret:ſicut nec naturaliter ſic impeditus baptizaret. Et ad illud qđ argutum eſt/dicitur ꝙ impeditus nō ſeruat formā ſicut debet ex parte miniſtri:ſeruat tñ quātū debet ⁊ quātū ſufficit ex parte ſacramēti. Jllud em̄ indebitum nō redundat in ſacramētum:ſed in miniſtrū. ¶ Dubitatur quarto cōtra cōcluſionem ſextā:ꝙ vnus nō poteſt a duobus baptizari:q: idē effectus non poteſt eſſe a duabus cauſis totalibus in eodem ordine. Sed ſi vnus baptizat a duobꝰ/ quoꝝ q̄libet exhibet totū miniſteriū:quilibet eoꝝ cauſa eſt totalis in ordine cauſe miniſterialis:ergo vno baptizante/alius nō baptizat. ¶ Preterea in caſu neuter baptizantiū erit cauſa: q: ad eſſe cauſe requirit ꝙ ipſa nō exiſtente effectus nō ſequatur: vt dictum eſt. q.j. ſed hoc neutri cōuenit; q: quolibet duoꝝ baptizantium nō

Dub.2. N

Dub.3. O

Dub.4. P

eꝛiſtēte/adhuc alter baptizaret. Reſpōdetur ꝙ in caſu neu
ter eſt cauſa totalis: ſed quilibet ſit cauſa totius effectus in
ſuo oꝛdine cauſandi: q: cauſa totalis eſt cauſa que ſine alte
rius cōcurſu in ſuo oꝛdine cauſat: nunc aūt neuter cauſat ſi/
ne alio: q: ambo cōcurrūt: licȝ quilibet ſine alio poſſet cau
ſare. Ad ſcđam rationē đ: ꝙ ad eſſe cauſe requiritur ꝙ ſine
ea effectus nō ſequeref/eo modo quo ſequitur. Nūc aūt lo
tio illa eo modo quo ſit ab vtroꝗ/nō fieret ab vno. Nam ſi
fiat immergēdo/ambo mouēt coꝛpus baptizati vno motu
cauſato a virtute motiua vtriuſꝗ: ⁊ licet alter poſſet illum
motū cauſare: tñ qñ ſimul mouēt/neuter vtif tota ſua virtu
te motiua quātū poſſet eavti: ſicut qñ duo poꝛtāt vnū pon
dus qđ alter poſſet poꝛtare. Si vero fiat perfundēdo vel aſ
pergēdo: licȝ vterꝗ madefaciat aqua ꝑ ſe perfuſa vel aſper
ſa: neuter tamē madefacit tota illa madefactiōe que eſt per
actionē amboꝝ. ❡ Sed di. licet ambo ſint cauſe operatio/
nis exterioꝛis: que nō fieret illo modo altero remoto: tñ re
ſpectu effectus ſacramētalis nullius actio exterioꝛ puta lo/
tio/verboꝝ pꝛolatio/et baptizādi intentio eſt cauſa: eo mo
do quo ſacramētū eſt cauſa effectus ſacramētalis: quia ille
eque ſequeref ipſa remota: ſcȝ per actionē alteriꝰ: ⁊ ita non
erit cauſa. Ad hoc đ: ꝙ vtriuſꝗ actio eſt cauſa effectꝰ ſacra/
mētalis eo modo quo ſacramentū eſt cauſa. Et qñ đ: nihil
eſt cauſa quo nō poſito nihilominus ponif effectus. Dicen
dū ꝙ addendū eſt: quo nō poſito/nec alio eiuſdē rōnis/ni
hilominus ponif effectus: et ſic in ꝓpoſito: nā poſita actio
ne vnius/adhuc ponif effectus: qui tñ nō ponerer niſi po/
ſita actione alteriꝰ/qui eſt eiuſdē rōnis. eiuſdem rōnis dico
in cauſando: et ita opoꝛtet intelligi diffinitionē cauſe. s̄. ex/
poſitā. Si dicis (vt. s̄. q. j. diſt. j.) ad minus actio vniꝰ ſuper
perfluit: q: ſine ea eque cauſaref effectus. Rñdef: ꝙ aliqđ
ſuperfluere in rōne cauſe reſpectu effectꝰ dupliciter pōt in/
telligi. Uno modo ſuperfluit. i. non cauſat. Alio modo ſuꝑ
fluit. i. eo nō exiſtente nihilominꝰ cauſaref effectus. Pꝛimo
modo neutriꝰ actio ſuꝑfluit: q: vtraꝗ cauſat/et hoc ſi pꝛeci
ſe cōcurrūt: ita ꝙ nullus verba pꝛius alio finiat: alioquin q̄
pꝛius verba finiret: ſolꝰ baptizaret: et ſequēs nihil faceret:
et eiꝰ actio illo modo ſuꝑflueret. Scđo modo cōceditur: ꝙ
actio alteriꝰ ſuperfluit. Si querif: cuiꝰ. Reſpōdef vtriuſꝗ
ſingillatim poſita alia: nō tñ ſimul ſuperfluunt: q: ſublatis
vtriſꝗ nō ſequif effectus. ❡ Si querif an ſit vnū ſacramē
tū vel duo. Reſpōdef ꝙ duo: q: actio vnius nō eſt actio al
terius: ⁊ q̄libet eſt ſacramētū: ergo duo ſacramēta. ❡ Sed
cōtra: tūc ille bis baptizaref cū effectu: ⁊ ſic iteraref baptiſ
mus/qđ eſt impoſſibile. Reſpōdef (ſaluo melioꝛi iudicio)
ꝙ ſunt duo ſacramēta: ſed vnus effectꝰ ſacramētalis: q: ſunt
duo ſigna ſenſibilia: ſed ſunt cauſe eiuſdē effectꝰ. Nec tñ ſeq̄
tur: ꝙ ille bis baptizaretur: q: nulla eſt hic tēpoꝛis interru
ptio: quā tñ impoꝛtat ly bis: ſed ſemel a duobus baptizare
tur: et duobꝰ baptiſmis eundē tñ effectū cauſantibus. Nec
tñ ꝓpter hoc baptiſmus eſt iterabilis: q: etiā iteratio tēpo
ris interruptionē impoꝛtat: et ita baptiſmꝰ iterari nō poteſt
Dub. 5. Q cū effectu: licet exterioꝛ actio poſſit iterari. ❡ Dubitaf q̄n/
to quid agendū eſſet de mōſtro ſi aliquod naſceref de quo
dubitaref an eſſet vnus hō vel duo. Rñdet Sco. diſt. vj. q.
ij. ſi oīno depꝛehēdi nō pōt an ſit duo hoīes coꝛpoꝛaliter ſi/
bi cōglutinati: ſiue habētes quedā mēbꝛa cōmunia: vel an
ſit vnus hō: puta q: tm̄ vna aīa intellectiua: qđ quō depꝛe/
hēdi poſſit/ ponit aliquas cōſiderationes quas trāſeo. Si
ergo manet dubiū/dicit ꝙ baptizandū eſt monſtrum illud
in illis partibꝰ: que pꝛincipaliter pertinēt ad vnā perſonā:
tñ in foꝛma ſingulari. Et ſcđo abluēde ſunt partes alie que
nō videnf pꝛincipaliter ꝑtinere ad illū pꝛimū: ⁊ hoc cū foꝛ/
ma que ſeruāda eſt in illis de quibꝰ dubiū eſt: que ponitur
extra de baptiſmo. de quibꝰ. Si vero certitudo haberi pōt:
et ſunt partes de quibꝰ patet ꝙ pertinent ad diſtinctas ꝑſo
nas: ſeparatim quelibet illarū partiū abluēda eſſet cum foꝛ
ma in ſingulari. Pꝛimo/vna: poſt/alia: et ita ſiue mōſtrum
Dub. 6 R hoc eſſet vna ꝑſona ſiue plures/nō eſſet foꝛma in plurali ꝓ
ferēda. ❡ Ultimo dubitaf: vtrū ad veritatē baptiſmi fides
requiraf in ſuſcipiēte ſimul et cōferēte. Rñdef breuiter/ꝙ
de hoc habitū eſt. q. ij. diſ. iiij. B. ꝙ ad veritatē baptiſmi nō
requirif fides ꝑſonalis: neꝗ ſuſcipiētis: neꝗ cōferētis: nec
offerētiū baptizādū. Qđ nō ſuſcipiētis patet in paruulis.
Pꝛeterea et ſi ſuſcipiēs adultꝰ/cōferēs ⁊ offerēs ſunt infide
les aut heretici: etiā nō credentes baptiſmū alicuiꝰ foꝛe effi
cacie: ſi fuerit intētio cōferēdi ⁊ ſuſcipiendi baptiſmū in foꝛ
ma eccl'ie/eſt verū baptiſma: ita ꝙ recedēte infidelitate/nō
eſt talis rebaptizādus. ❡ Uerū ad cōſequēdum effectū ba
ptiſmi/requirif fides in adulto: nō aūt in baptizāte vel of
ferēte: q: adultus alias ficte accederet: quo nō ficte accedē/
te/nihil obeſt infidelitas ⁊ nequicia cōferētiū ⁊ offerentiū.
vt. s̄. declaratū eſt. ❡ Requirif tñ fides eccleſie. Nā baptiſ
mus eſt regeneratio ſpūalis in qua eccleſia mater eſt: deus
pr̄. Eccl'ia vo copulaf deo ꝑ fidē. Un̄ Augu. Hec mr̄ eccle/
ſia q̄ in ſanctis ſuis eſt/facit: q: tota oēs: tota ſingulos pa/
rit. Daf ergo gr̄a fidei a deo pr̄e in qua iuſtificaf diſponen
te fide eccl'ie matris: vt ſit ſic cōfoꝛmitas geniti ad gignētē.
Itē Augu. Offerenf paruuli ad percipiēdū gratiā ſpūalē:
nō tā ab eis quoꝝ manibus geſtanf: ꝙ ab vniuerſitate ſan
ctoꝝ. Ab oībus em̄ recte offerri intelligunf quibꝰ placet ꝙ
offeruntur: ⁊ quoꝝ indiuidua charitate ad cōiōnē ſctī ſpūs
adiuuantur. Sic ergo in fide eccl'ie miniſtraf baptiſmꝰ. Et
addit Alex. Et ſi militās eccl'ia erraret: qđ tñ nō cōtingit: ni
hilominus ipſa triūphās adiuuaret: in qua eſt fides large
ſumpta: q: clariſſima cognitio veritatis. ❡ Si dicis: cū ba
ptiſmꝰ ſpecialiter đ: ſacramētū fidei: videf ꝙ nō ſufficit illa
generalis fides eccl'ie. Rñdef ꝙ baptiſmus dicif ſacramē
tū fidei: q: in illo daf ſignū fidei/ſcilȝ character/quo diſtin
guūtur fideles ab infidelibꝰ: qñꝗ re ⁊ noīe/qñ nō indigne
accipif: qñꝗ noīe ⁊ nō re/dū ficte accedif. ❡ Si dicis. In
tētio requirif/ergo et fides: q: fides dirigit intentionē. Au
gu. ſuꝑ Pſal. iij. Nec videf ꝙ id poſſit quis intēdere qđ nō
credit eſſe. Rñdetur ad pꝛimū: ꝙ fides dirigit intētionē in
operibꝰ virtutū: quibus quis meref opera dirigēdo in vlti
mū finē: ⁊ ad hoc dirigit fides perſonalis exercentis hmōi
opera. In ſacramētis aūt dirigit fides eccl'ie intentionē: eo
ꝙ intētio req̄ſita eſt intendere facere id qđ eccl'ia credit ſeu
intēdit. Un̄ ſic intēdēdo qđ eccl'ia intēdit: baptizans ſit mi
niſter eccl'ie: etiā ſi fuerit hereticus: facit em̄ opꝰ eccleſie. Si
em̄ nō intēderet qđ intēdit eccl'ia: ſed qđ intēderet hereſis:
nō baptizaret. Sicut igif qñ baptizat fidelis intētionē eiꝰ
dirigit fides ꝓpꝛia. Sic qñ baptizat hereticus intētionē eiꝰ
dirigit fides eccl'ie: q: intēdit qđ eccl'ia intēdit. Ad ſcđm: nō
pōt q̄s intēdere qđ nō credit eſſe: đ: ꝙ immo pōt q̄s in ge/
nere intēdere: ⁊ velle qđ nō credit in ſpecie. Poteſt em̄ intē
dere baptizare/eo mō quo eccl'ia intēdit: ⁊ velle qđ operef
qđ baptiſmꝰ eccleſie operaf: licet nō intēdat in particulari
effectū baptiſmi: q: vel neſcit eū: vel q: nō credit ꝙ habeat
effectū: aut q: non cogitat in particulari de ipſo effectu. Si
cut in ſimili tradif alicui medicina certa cōtra moꝛbū: et is
qui recipit/ non credit ꝙ medicina illa aliquid valeat: aut
ignoꝛat eius effectum: ſumit tñ dicēs ſibi: valeas ſi valeas:
ſeu valeas quantū potes. Hic ſumit eadē intētione qua me
dicus dat: vult em̄ per eā fieri illud qđ fieri pōt: et hoc intē
dit medicus: licet nō credat ꝑ eā aliquid poſſe fieri: aut ne/
ſcit in particulari q̄d per eā fiet. Simile exēplū ponit Sco.
de incātatione ſi aliquis cōſentit ſe incātari vt valeat quan
tū poteſt: credēs tñ ꝙ nihil valeat: intendit in generali qđ
incantatrix intendit: licet non intendat idem in particula/
ri. Et tantum de illa queſtione.

### Queſtio. ij.

SEcūdo queritur de iterabilitate baptiſmi et charactere. Utrum B
characteris impꝛeſſio ſit initerabilitatis ba/
ptiſmi cauſa vel rō. ❡ Tribꝰ articulis q̄ſtio
terminabitur. In pꝛimo ſuppoſito. In ſcđo queſito. In ter
tio dubijs mouēdis reſpōdebif. ❡ Quātū ad pꝛimū arti/ Artic. I.
culū/ q: ſupponit q̄ſtio: ꝙ ꝑ baptiſmū impꝛimif character,

Videamus pꝛimo de noie/quid nomē character ſignificet:
Nota. 1. et deinde de re ſignificata. ¶ Quoad pꝛimū notādū/ꝙ no
mē character nō eſt multū vſitatū in ſcriptura:nec apud oꝛi
ginales doctoꝛes. Nā in toto canone biblie nō inuenit̄ niſi
in Apocal'.c.xiij. et ſequētibus: vbi fit mētio de charactere
beſtie in manibus aut fronte habēdo. Ubi ſm expoſitoꝛes
per characterē nō intelligit̄ aliquid impꝛeſſum aie ( vt hic
loquūtur doc.) ſed ſignū aliquod in exterioꝛi cōuerſatione
aut ꝓfeſſio ſecte erronee: aut etiā figura aliqua in frōte vel
manu/qua ſignat̄ illū pertinere ad ſectā beſtie. Deniqꝫ ma
giſter qui fuit diligentiſſimus collectoꝛ autoꝛitatū oꝛigina
liū:nullā mentionē facit de charactere/niſi in diſt. pꝛeſenti.
Ubi dicit ꝙ q̊ ab hereticis baptizati ſunt ſeruato characte
re chꝛiſti/rebaptizandi nō ſunt:vbi per characterem intelli
git foꝛmā verboꝛū a chꝛiſto traditā. Et ideo ſatis dubia eſt
Chara/ eius ſignificatio. ¶ Poteſt tm̄ character dupliciter accipi.
cter. Uno modo generaliter ꝓ ſigno vel figura: vt dicit ſanctus
Bonauē.diſt.pꝛeſenti. Et hoc modo littere ſcripte dicūtur
characteres. Et ſimiliter ablutio baptiſmalis/etiam foꝛma
baptiſmi pōt dici character/eo ꝙ eſt ſignū quoddā ſignifi/
catiuū. Alio modo et in ꝓpoſito accipit̄ ꝓ aliquo ſigno im
pꝛeſſo aie:qđ eſt pꝛeuiū gratie in ſuſceptione ſacramenti ini
terabilis: et ſm hanc nominis ſignificationē/intelligenda
Nota. 2. ſunt que dicētur. ¶ Scđo notandū/ꝙ (vt tangit Alex.de
B ales/par.iiij.q.xix.mēbꝛo.ij.et poſt eum ceteri doc.) plures
effectus ſeu ɔditiones attribuūtur characteri:quas Ocħā
in.iiij.q.ij.reducit ad ſex:que ſunt ſignificare:ɔfigurare ſeu
aſſimilare: diſtinguere: diſponere: rememoꝛari: obligare.
¶ Eſt pꝛimo ſignū gratie:nō quidē ex natura: ſed inſtitu/
tione diuina:ſicut et ſacramentū gratie ſcꝫ inexiſtentis:vel
qꝛ inexiſteret:ſi nō poneretur obex ſeu impedimentū impe
diēs. ¶ Scđo eſt ſignū cōfiguratiuū ſeu aſſimilatiuū chꝛi/
ſto et ceteris characterē ſimiliter habētibꝰ. Cōfigurat chꝛi/
ſto:qꝛ per ipm̄ habens characterē aſcribitur familie chꝛiſti.
Etiā (vt dicit Alex.et poſt eū ſan. Bonauē.) cōfigurat chꝛi
ſto ꝑ imitationē. Unde notat ꝙ triplex eſt ſimilitudo:que/
dā per vnius nature participationē:ſcđa per imitationem:
tertia per indiuiſionē. Pꝛima eſt creature ad creaturā:que
ſunt eiuſdē ſpeciei. Scđa eſt creature ad deū. Tertia eſt vni
us diuine perſone ad alterā. ¶ Aſſimilatio aūt creature ad
deū creatoꝛē:vel eſt perfecta:vel ſufficiēs:vel ad ſufficientē
diſponēs. Pꝛima eſt in gloꝛia:que nō cōpatitur diſſimilitu
dinē culpe neqꝫ miſerie. Scđa eſt in gratia: que cōpatit̄ ſe/
cū diſſimilitudinē miſerie non tm̄ culpe. Tertia eſt characte
ris:que ſecū cōpatitur vtrūqꝫ:tm̄ diſponit ad gratiā in qua
eſt ſimilitudo ſufficiēs:licet nō perfecta. Aſſimilat etiā om/
nibus ſimilē characterē habētibus:qđ naturale eſt oī qua/
litati et foꝛme. Similia enim dicūtur in quibus vna eſt foꝛ
ma vel qualitas ſm ſpeciē. Similiter naturale eſt characte
ri ſicut cuilibet alteri rei/diſtinguere ab alijs rem talem nō
habētibus. ¶ Eſt etiā ſignū diſpoſitiuū ad gratiā ſacramē
ti:per qđ impꝛimit̄ tāꝙ cauſa ſine qua nō: et hoc ſolū ex vo
lūtate et oꝛdinatione diuina:et nō ex rei natura. ¶ Eſt ⁊ ſi
gnū rememoꝛatiuū ſeu recoꝛdatiuū ſacramēti percepti. Si
militer ex diuina oꝛdinatione:qua per characterē inducere
voluit ſuſcipientē in noticiā ſeu memoꝛiam ſacramēti ſuſce
pti. ¶ Eſt ſexto ſignū obligatiuū ad obſeruantiam diuine
legis: eo modo quo ſuſcipiēs ſacramētū per eius ſuſceptio
nē plus obligatur ꝙ̄ nō ſuſcipiēs: ſicut habitus religionis
eſt ſignū/ꝙ poꝛtans eū obligatur ad obſeruandū legē chꝛi
ſti/⁊ oꝛdinis ſiue religionis. Ponit̄ etiā ꝙ character ſit q̇d
indelebile in aia reddēs ſacramentū per qđ impꝛimit̄ inite
Nota. 3. rabile. ¶ Tertio notandū/ꝙ character vt hic ſumitur pōt
C bꝛeuiſſime ſic deſcribi. Eſt ſignum ſpirituale a deo ſolo aie
impꝛeſſum:in ſuſceptione initerabilis ſacramēti manēs in/
delebiliter de lege cōi. ¶ Hec deſcriptio habꝫ tres particu
las. Pꝛima ꝙ eſt ſignum ſpūale aie impꝛeſſum:qꝛ eſt quod
dā ſpūale et indiuiſibile pꝛoductū in aia ſignificans gratiā
et ſacramēti ſuſceptionē. Unde ſicut foꝛis hoibus certi ſta/
tus datur qnꝫ certus oꝛnatus/ vel ſignū in coꝛpoꝛe vel ve
ſte: ſicut clericis coꝛona in capite: iudeis qnꝫ circulus in
veſte: quibus cognoſcūtur eſſe illius ſtatus ſiue ſecte. Ita
per ſacramēta quibus ponit̄ homo in certo ſtatu: impꝛimi
tur immediate a deo quoddam ſpirituale ſignū in aia ſuſci
piētis ſacramentū: quo cognoſcit̄ ſuſcipiens eſſe in tali ſta
tu. ¶ Dicit̄ a ſolo deo aie impꝛeſſum:qꝛ reſpectu characte/
ris nulla creatura habet aliquā cauſalitatē actiuā: nō eīm ſa
cramentū foꝛis ſuſceptū:cū ſit ſignū ſenſibile: et ꝑ ɔn̄s ma
teriale. Nullū autē materiale attingit actiue aliquē effectū
ſimpliciter indiuiſibilem et ſpiritualē in aia. Sed ſicut gra
tia a ſolo deo creatur: ita et character a ſolo deo create ani/
me impꝛimit̄. ¶ Scđa particula eſt ꝙ character impꝛimit̄
in ſuſceptione ſacramēti initerabilis: quia tm̄ in illoꝝ ſuſce
ptione puta baptiſmi/cōfirmationis/et oꝛdinis:⁊ nō alio/
rū impꝛimitur:immo nihil iterabile:nec virtus: nec gratia
impꝛimit characterē. Cuius ratio aſſignat̄ duplex. Una/qꝛ
character eſt indelebilis:ideo nō poteſt impꝛimi niſi per ſa
cramentū qđ nō iteratur: qm̄ ſi iteratur ſacramentū nō im/
pꝛimit nouū characterē: alioquin duo characteres eiuſdꝫ
ſpeciei ineſſent eidē ſubiecto:qđ de actibus nō conceditur.
Si vero nō impꝛimit characterē cū iteratur: ergo nec dum
pꝛimo ſuſcipitur:qꝛ eiuſdē virtutis eſt ſacramētum cū itera
tur cū eo quod pꝛimo ſuſcipitur. ¶ Sed hic facile diceret̄
infirmādo iſtā rationē:ꝙ virtus ꝓductiua effectus in ſub/
iecto/ſi hūc inuenit in ſubiecto non pꝛoducit aliū de nouo:
ſed pꝛioꝛem cōſeruat vel intēdit:vt ſi ignis qui ꝓductiuus
eſt caloꝛis certi gradus: ſi applicat̄ paſſo in quo inuenit ca
loꝛē tanti gradus/nō pꝛoducit aliū vel intenſioꝛē caloꝛem:
ſed pꝛoductū cōſeruat. Sic dicet̄ de ſacramēto iterabili/ꝙ
pꝛimo ſuſceptū impꝛimit characterē:et dū iteratur:qꝛ inue
nit foꝛmā in ſubiecto:aliā non pꝛoducit:ſed iam impꝛeſſum
characterē conſeruat. Nec ideo ſacramentū iteratum eſt mi
noꝛis potētie/ꝙ̄ ſi fuerit pꝛimo adhibitū. Alia ratio:qꝛ cha/
racter eſt quedā ſpiritualis poteſtas ad agēdū aliquid ſm
certū ſtatū. Nūc aūt tm̄ tria ſunt ſacramēta/que ponunt ho
minē ad certū ſtatū ad aliquod ſpūale exercēdum. Sic ba/
ptiſmus ponit baptizatū in ſtatu fideliū et membꝛoꝝ eccle
ſie:quo diſtinguit̄ ab infidelibus. Cōfirmatio ponit in ſta/
tu bellātiū:quo diſtinguitur ab infirmis. Et oꝛdo ponit in
ſtatu miniſtrātium in tēplo dn̄i: ſiue multiplicantiū pꝛoles
ſpūales et mēbꝛa eccleſie:quo diſtinguit̄ a laicis. Et iō tan
tū per hec tria ſacramēta impꝛimit̄ character. ¶ Uel (vt di
cit ſctūs Bonauē. et redit in idē) his ſacramētis impꝛimit̄
character:que dicūt ſtatū fidei determinatū. Sunt aūt hec
tria:baptiſmus/cōfirmatio/et oꝛdo: qꝛ triplex eſt ſtatus fi
dei:ſcilicꝫ genite/roboꝛate/multiplicate. Et ſm hoc eſt tri
plex diſtinctio in populo:ſcꝫ bonoꝝ a malis:foꝛtiū ab infir
mis:clericoꝛū a laicis. Et qꝛ tm̄ ſunt iſta tria ſacramēta que
reſpiciūt ſtatum fidei determinatū. Baptiſmus in quo fi/
des gignitur: ⁊ homo ab egyptijs.i.ab infidelibus ſepara
tur. Cōfirmatio in quo fides roboꝛat̄:⁊ in pugilē homo in
ungitur. Oꝛdo in quo multiplicādi fidelē populū dat̄ vir/
tus: et vt homo ſanctus.i.ad miniſteriū tēpli et altaris de/
putatus/a laicis ſeparat̄:ergo ⁊c̄. Hec Bonauē. ¶ Et per
hoc virtutes et gratia in aia nō impꝛimunt characterē:qꝛ li
cet ſint perfectiones aie: tm̄ habēs eas nō cōſtituit̄ per eas
in certo gradu in eccleſia:qꝛ ſunt cōmunia oibus membꝛis
in quocunqꝫ gradu. Hec Sco. ¶ Tertia particula eſt ma/
nēs indelebiliter:⁊ per hāc excluditur virtus ⁊ gratia: que
licet cōferantur per ſacramēta:non tm̄ manēt indelebiliter:
ꝙ̄uis etiā per pꝛimā particulā poſſent excludi: qꝛ nō confe
rūtur ſemper ꝑ ſacramētū initerabile:nec ſolū per tale. Un
de aūt ſit iſta indelebilitas characteris: varij varie dicunt:
vt recitat et repꝛobat Alex.q.xix.mēbꝛo.v. tandē illam aſſi/
gnās: quia eſt in ſubiecto perpetuo nullā habēs oppoſitio
nē:et per ɔn̄s ſicut ſubiectū nō deſinit: ita nec ipſe deletur.
Qđ nō habeat aliquod oppoſitū ſimpliciter:nec demerito
rie:patet. Nō ſimpliciter:quia cū character ſit ſignū diſtin
ctiuū:cui licet opponatur ſignū oppoſitū ſignificans:hoc
tm̄ ſignū oppoſitū charactere nō impꝛimeret̄ niſi a deo/ſi/
cut nec

cut nec character. Sed ſignũ oppoſitũ deus nõ impꝛimit: hoc em̄ nõ eſſet niſi character beſtie: qđ deus non impꝛimit: nec hꝫ oppoſitũ demeritoꝛie: q: hoc maxime eēt peccatũ moꝛtale: ſed hoc nõ: q: actu moꝛtaliter peccãti impꝛimitur character: iõ ꝑ moꝛtale pctm̄ nõ tollit. Quia ergo character nõ deletur virtute creata: q: eſt foꝛma ſupnaturalis. nec a deo: q: nihil donoꝝ ſuoꝝ infuſoꝝ tollit niſi ꝓpter demeritũ: ⁊ reſpectu characteris nullũ eſt demeritũ: ſequit̃ ꝙ ſit indelebilis. Et illud põt ſuſtineri de potentia dei oꝛdinata: ſed nõ de potentia abſoluta: ſm hãc em̄ nihil a deo creatũ vel ꝯtingẽter ꝓductũ eſt indelebile: potentia em̄ qua creat: poteſt ⁊ creata annihilare. Eadem potentia põt etiã oẽ poſitiuũ creare ſaltẽ qđ nõ eſt deus. Et ſic etiã in eo q̇ a fide aut charitate recedit: poſſet aliqđ ſignuꝫ tale ꝓducere velut characterem beſtie: quo diſcerneret̃ a fidelibus ⁊ mẽbꝛis eccleſie. Et ideo ratio indelebilitatis characteris/eſt ſola diuina voluntas ⁊ oꝛdinatio/qua oꝛdinauit ꝙ character poſt impꝛeſſionẽ nõ deleatur: ſicut oꝛdinauit/ꝙ angelus vel aĩa poſt ſui pꝛoductionẽ nõ deſinat eſſe: licet ipm annihilare poſſet. Et ideo additur in diffinitione: de lege cõmuni. i. ſm oꝛdinatam dei potentiã. ¶ Quarto notandũ/ꝙ de quidditate characteris plures fuerũt opiniones/ſuppoſito ꝙ ſit ponendus: quas recitat Alexan. vbi ſupꝛa. Ipſe tamẽ tendit ad illã opinionẽ/ꝙ ſit qualitas abſoluta: quẽ imitatur ſanct⁹ Tho. ⁊ ſan. Bonauẽ. ¶ Rationes q̇bus ꝓbant characterẽ nõ eſſe relationẽ: ſed qualitatem abſolutam: in hoc fundãtur. Tum q: relatio non eſt ſignũ: q: nõ facit deuenire in cognitionẽ alterius: character vero eſt ſignũ. Tũ q: mutatio nõ eſt niſi ad foꝛmã abſolutã. v. Phyſi. ſed ad characterẽ eſt mutatio. Nã ficte baptizat⁹ nihil nouũ recipit niſi characterẽ: ⁊ ita iſta baptizatio q̄ eſt mutatio quedã: eſt ad characterẽ. Tum tertio: q: relatio nõ põt eſſe fundamentũ relationis: al's eſſet ꝓceſſus in infinitũ: character aũt eſt fundamentũ multarũ relationũ: ſcꝫ diſtinctionis/configurationis/aſſimilationis/obligationis. Tum quarto: q: ſimilitudo fundat̃ in vnitate qualitatis. v. Metaph. ſed character fundat ſimilitudinẽ. Tum q̇nto q: relatio nõ eſt ṗncipiũ agẽdi vel patiendi: character autẽ eſt poteſtas aliqua: vtpote character baptiſmi/potentia paſſiua: ꝑ quã hõ fit capax alioꝝ ſacꝛoꝝ. Character vero oꝛdinis eſt ptãs quedã actiua ad multos actus ſacros in ecclĩa. Et poteſtas ꝯfirmationis ad militandũ cõtra diabolũ/carnẽ ⁊ mũdũ. Tũ ſexto q: in quolibet ſacꝛo cauſat̃ aliqua relatio in aĩa ſuſcipientis ad xp̄ꝫ: ⁊ tñ nõ impꝛimit̃ in quolibet ſacꝛo character. ¶ Quãuis aũt ꝯcluſio ſit vera illius opinionis ponendo characterẽ eſſe entitatẽ poſitiuã vt dicetur: tñ rõnes p̄dicte hoc nõ ꝓbant: q: cũ ſm illos opinãtes relatio ſit quedã entitas diſtincta a fundamento/⁊ qualibet re abſoluta: oĩa q̄ dicũtur de charactere/ita pñt cõuenire relationi ſicut abſoluto. ¶ Nã quoad ṗmũ ita relatio põt eẽ ſignũ ſicut accidẽs abſolutum. Patet: q: relatio põt eſſe ſignũ naturale ⁊ etiã ex inſtitutione. Naturale: q: ſicut ꝑ cognitionẽ intuitiuã accident̃ abſoluti deuenitur ad cognitionẽ ſubiecti ſuſcipientis accidẽs. Ita ſi videret̃ relatio aliqua intuitiue: poſſet vidẽs deuenire in cognitionem ſubiecti ſuſcipientis relationẽ: q: magis dependet relatio a ſubiecto/q̄ꝫ accidẽs abſolutũ: nec ſolũ depẽdet a ſubiecto: ſed etiã a fundamẽto ⁊ termino. Et ꝑ hoc duꝫ intuitiue videt̃ relatio: inducit ad cognitionẽ fundamenti ⁊ termini. Similr̃ põt ſignificare ex inſtitutione: q: ita põt quis relationẽ imponere ad ſignificandũ hoc vel illud ſicut accidẽs abſolutũ. ¶ Similr̃ ſi relatio diſtinguitur ab abſoluto: põt ad relationẽ fieri mutatio: ſicut ad abſolutuꝫ/ſicut ad pꝛimũ terminũ: vt patet de vnione ⁊ q̄ualiter de relatione extrinſeca: q̄ nõ neceſſario ſequitur fundamentuꝫ poſito termino. Illa em̄ relatio põt oĩno eſſe noua ſine quacũq; mutatiõe fundamẽti ⁊ termini: ⁊ ad illam põt eſſe mutatio per quã ipſa relatio de nouo incipit ſine inceptione vel deſitione cuiuſcunq; abſoluti. ¶ Qđ vero philoſophus negat motũ eſſe in adaliquid ſm ponẽtes relationes diſtinctas ab abſolutis: verũ eſt quoad relationes intrinſecas: tales em̄ dũtaxat ponit in adaliq̇d. Nam manifeſtũ eſt/ꝙ ponit motuꝫ ad vbi: ⁊ tñ vbi eſt relatio extrinſeca. Et ita ad characterẽ q̄uis eſſet relatio: poſſet fieri mutatio. Eſſet em̄ relatio extrinſeca: que nõ neceſſario ſequit̃ fundamentũ ⁊ terminũ: poſſet em̄ deus ſuſpendere actionẽ ſuã reſpectu characteris in baptizato: ⁊ tñ cauſare gratiã ſicut in alijs ſacꝛis: ⁊ tunc eſſet verus baptiſm⁹ ſine charactere. Similr̃ falſuꝫ eſt ꝙ relatio nõ fundat relationẽ. Nã ſi ponit̃ relatio diſtincta ab abſoluto: ipſa fundat diſtinctionẽ eius ab alia relatione: ſimilr̃ ab alio abſoluto. Itẽ diſtantiã/ꝓpinquitateꝫ/⁊ plurimas alias habitudines relatiuas. Nec eſt cõueniens in accidẽtaliter oꝛdinatis eſſe poſſibilem ꝓceſſum in infinitũ. Similr̃ ꝙ arguit̃ de ſimilitudine q̄ fundatur in vnitate qualitatis. Dicẽdũ ꝙ ſimilitudo q̄nq; accipit̃ ſtricte: vt diſtinguit̃ contra idẽ ⁊ equale: vt idẽ p̄ciſe fundat̃ in ſuba: equale in quãtitate: ⁊ ſimile in q̄litate: ⁊ tũc accidẽs nõ idẽtificaret̃ ſibiipſi: nec vna quãtitas eẽt ſimilis alteri: nec q̄litas equalis. Alio mõ accipiunt̃ illi termini largius: vt oĩ generi attribuũtur: quomõ dicim⁹ accidentia diſtincta eſſe idẽ: ⁊ duas foꝛmas habẽtes v̇tutes eiuſdẽ gradus ſiue eq̄ intẽſas eſſe eq̄les ſiue equalis virtut̃ aut intenſionis: ⁊ quãtas: quarum neutra excedit aliam ſm intenſionem eſſe ſimiles: ⁊ hoc modo etiam relatio fundat ſimilitudinẽ. Et ſic character configurat ⁊ aſſimilat baptizatũ xp̄o: nõ ṗmo mõ. Phus. v. metaph. loquit̃ ſm ſtrictã terminoꝝ acceptionẽ. Qđ q̇nto đ: relationeꝫ nõ eſſe ṗncipiũ agendi aut patiendi: ſi accipit̃ ṗncipium agendi ꝓ cã ꝓpꝛia ſine qua nõ/poſſet fieri actio: ſic character nõ eſt ṗncipiũ agendi: q: quẽcũq; actũ põt facere characterizatus: eundẽ realiter poſſet facere nõ characterizatus. Põt em̄ nõ baptizatus/nec oꝛdinat⁹ facere oẽm actionẽ quã põt facere baptizatus ⁊ oꝛdinatus: licet de⁹ iſtis aſſiſtat ad ꝓductionẽ effectus vt gr̃e ad quẽ nõ aſſiſteret illis. Tamẽ illoꝝ effectuũ nec baptizatus: nec non baptizatus eſt ṗncipiũ ꝓpꝛie actuũ. Alio mõ accipit̃ ṗncipiũ agendi ꝓ ṗncipio ſeu ptãte miniſtri: qua aliquis ſit idoneus miniſter ṗncipalis agentis: talem ptãtem non opꝫ eſſe foꝛmã abſolutã: imo q̄nq; ſufficit ſola relatio rationis: ſicut in iudice cõſtituto a ṗncipe q̇ eſt idoneus miniſter iudicãdi: ⁊ tñ nihil recipit a ṗncipe niſi relationeꝫ rõnis q̄ oꝛitur ex volitiõe qua ṗnceps vult illũ eſſe iudicem. Qđ ſexto arguit̃ ꝙ in qualibet ſacꝛi ſuſceptione oꝛitur relatio ⁊c. nihil aliud arguit niſi ꝙ nõ q̄libet relatio oꝛta ex ſacꝛi ſuſceptiõe/in ſuſcipiẽte eſt character. Sicut nõ q̄libet foꝛma abſoluta inducta ꝑ ſacꝛm eſt character. Non em̄ oꝛnatus ille: quẽ ſm eos ſacꝛa impꝛimũt iterabilia (lꝫ ſit foꝛma abſoluta) eſt character. Et ita patet ꝙ rationes ille ſunt inefficaces ad ꝓbandũ characterẽ eẽ foꝛmã abſolutã. ¶ His ṗmiſſis quãtum ad iſtũ articulũ eſt ꝯcluſio ṗma. Characterẽ eẽ ponendũ eo mõ quo diffinitus eſt: nec rõ neceſſaria demonſtrat: nec euidẽs autoꝛitas ꝓbat. Pꝛimũ ptꝫ ꝙ oẽs autoꝛitates q̄ adducunt̃ ad pꝛobandũ characterẽ ſiue ex Diony. ſiue Aug. ſiue Damaſc. ſiue magr̃o vere ⁊ magis ptinenter ad mentẽ ponentiũ/exponũtur de baptiſmat̃ ſacꝛo/aut foꝛma ſacꝛali q̄ꝫ de aliquo realiter aĩe impꝛ̃ſſo. Naꝫ autoꝛitates Diony. q̄ adducũtur ex lib. de eccl'iaſtica hierarchia. c. ij ꝙ venienti ad baptiſmũ datur ſacꝛi ſignaculũ a ſummo ſacerdote: nõ per ſignaculũ a ſummo ſacerdote: nõ ꝑ ſignaculũ intelligũt characterẽ. Sed magis ad intentionẽ Diony. intelligit̃ quoddã ſignũ. ſ. manus impoſitio: quo hierarcha ante baptiſmũ ſignauit baptizandũ/p̄cipiens ſacerdotibus/ꝙ tam ipm/q̄ꝫ eius ſuſceptionẽ deſcribãt vt habuit ritus grecoꝝ in pꝛimitiua eccl'ia: vt latius oſtendit Sco. ⁊ clare habet tertus Diony. Qđ etiã Alexan. allegat ex lib. de eccl'iaſtica hierarch. character eſt ſignũ ſan

Nota. 4 D

Cõcl. 1 E

ctum cōmunionis fidei ⁊ ſancte ordinationis datū a hie
rarcha. Dicit ſctūs Tho. ⁊ verū eſt: ꝙ hec verba nō ſunt
a Diony. poſita. ſicut nec illa. character eſt ſignū cōionis
ptātis diuinoꝝ ⁊ ſacre ordinatiōis fideliū a diuina btitu
dine. Utraqꝫ aūt eliciūtur aliquo mō ex verbis bti Dio-
ny. Sed nō pōt elici ꝙ ſit intentio ſua/ꝙ ſignū illud ſit
aliqd impſſum aīe: ſed magis ꝙ ſit ſignū aliqd foris ad-
hibitū: vt īpoſitio man⁹ hierarche .i. pōtificis. Sūt autē
hec verba diony. ſm trāſlationē nouā: ex qbus dictas de
ſcriptiōes eliciūt. Hunc ita accedentē diuina maieſtas in
ſui ꝯſortiū interadmittit: eiqꝫ lucē ſuā ꝑinde ac ſignū ali-
qd tradit/ſanctū efficiens ⁊ ſctōꝝ ſctis ordiniſqꝫ partici-
pem. Sed ſicut ptꝫ ex cōtextu ōronis cū priorib⁹: loquit
ibi de ſigno qd tradit ante baptiſmū. Un Diony. deſcri-
bens ritū baptiſmatis/bis facit mentionē de ſigno bapti
ʒando īpoſito. Primo dū baptiʒādus adducit ad ponti
ficē: preparādus ad baptiſmū pōtifex īponit eius capiti
manus cōſignāſqꝫ illū ſacerdotib⁹ mādat vt deſcribant.
Deinde poſtꝙ baptiʒatus eſt/rurſus ad pontificē ducit
qui tūc illū vnguēto ſignās/ſacratiſſime cōionis partici
pē facit: harū ꝯſignationū vna ꝑcedit baptiſmū: altera ſe
quit. Un in neutra character īprimit: ille em̄ ſm ponen-
tes eū in baptiſmo imprimit: nō ante: nec poſt. Un patet
ꝙ btūs Diony. ꝑ illas ꝯſignatiōes nō intelligit impſſio-
nē characteris. ¶ Simil'r qd de Damaſ. allegat ex li. iiij.
c. j. ꝙ ponit ſigillū in diffinitiōe baptiſmi. Sigillū autem
nihil aliud eſt ꝙ character: incōueniēter allegat: tum q:
nō diffinit baptiſmū: ſed hec ſunt verba eius. Nūc quidē
ꝑ baptiſma ꝑmitias ſanctiſpūs accipim⁹: ⁊ ꝑncipiū alte-
rius vite ſit nobis regeneratio ⁊ ſigillū ⁊ cuſtodia ⁊ illu
minatio. Tum q: ꝑ ſigillū intelligit impſſionē ſigni cru-
cis in fronte: vt expreſſe. c. ſequenti dicit. Hec crux nobis
ſignū data eſt ſuꝑ frontē: quō iſraeli circūciſio: per ipam
em̄ fideles ab infidelibus diſtam⁹ et cognoſcimur. Hec
galea eſt ⁊ ſcutū ⁊ tropheū aduerſus diabolū: hec ſigil-
lum vt nō approximet nobis ouiū vaſtatoꝝ. Uult ḡ dice-
re ꝙ crux nobis īpreſſa ſit ſigillū cōtra inimicū: qd nihil
eſt ad ꝓpoſitū de charactere. ¶ Preterea btūs Aug. qui
diligētiſſime de baptiſmo ſcribit: nullā facit mentionem
de charactere ad ſenſuꝫ quo docto. de illo loquūtur: qm̄
lꝫ lib. vj. de baptiſmo ꝯtra donatiſtas aliqd dicat de cha-
ractere. Ait em̄. Edurit ouem q̄ foris dn̄icū characterem
accepit: venientē ab errore ad ſalutē corrigit: quē tn̄ cha-
racterē multi lupi lupis infigūt q̇ intus vident. Item ſi-
cut baptiʒat⁹ ſi ab vnitate receſſerit: ſacr̄m baptiſmi non
amittit. Sic ordinat⁹ ſi receſſerit ſacr̄m dādi baptiſmum
nō amittit. Nulli em̄ iniuria faciēda eſt: ſed ibi character
accipit conuenienter ꝓ ſacro baptiſmi. Sic ḡ ptꝫ ꝙ neqꝫ
autoritates ſacre ſcripture: neqꝫ ſctōꝝ patruꝫ originalia
cogūt ponere characterē ad hūc intellectū in quo accipi
tur a recentiorib⁹ doctorib⁹. Eſt tn̄ vna autoritas cano-
nis de q̄ poſtea videbit in ſcđa ꝯcluſione. ¶ Nō etiam
ratio neceſſaria eſſe ſeu impmi characterē nō demōſtret:
ſic ptꝫ: q: illud qd ſolū dependet ex volūtate diuina con-
tingēter cauſante ⁊ libere: nō pōt ꝓbari rōe naturali eē
vel nō eſſe/niſi ſola experientia. Nā poſita cā ꝯtingēter
agēte ⁊ libere: nō ꝓpter hoc neceſſario ſequit effectus.
Nulla em̄ experientia ꝓbat characterē eſſe: q: oīa q̄ attri
buūtur characteri puta ſignificare/ꝯfigurare/diſtingue
re/diſponere/rememorari/obligare/eque ſoluunt ſine
charactere ſicut cū charactere. Oīa em̄ operatur ſacr̄m
ipſum ſine charactere. ¶ Preterea hec ita inueniūtur in
ſacro euchariſtie: ⁊ ceteris nō imprimētib⁹ charac. ſicut
in his q̄ imprimūt characterē. Nā ſignificare eſt de rōne
ſacri ⁊ ꝯfigurare/diſtinguere ⁊c. manifeſte conuenit eu
chariſtie ⁊ ceteris ſacris. ¶ Preterea hec oīa conueniūt
circūciſioni: ⁊ tn̄ negat ꝙ circūciſio impmat characterē
vt in dubijs dicet. Et oēs rōnes que adducunt: ꝑſuaſio-
Cōcľ. 2. F — nes ſunt/nō ꝓcedētes ex neceſſarijs: vt patebit in ſequē
ti ꝯcluſione. ¶ Scđa ꝯcluſio. Per rōnes ꝑſuaſiuas ⁊ ec

cleſie autoritatē oſtendi pōt ꝓbabiliter ponēdū eſſe cha
racterē. Perſuaſiones ſunt ille: vt ponit Sco. Cōgruum
eſt ad formā ꝑfectā ſuꝑnaturalē ponere aliquā diſpoſi-
tionē naturalem ex parte ſubiecti recipientis: grā eſt for
ma ſuꝑnaturalis ꝑfecta: q: ſufficiēs ad ſalutē: ḡ congruit
ad eā ponere diſpoſitionē ſuꝑnaturalem: ⁊ hec eſt chara
cter ⁊ nō ſacr̄m: q: ſacr̄m eſt qd naturale: q: oꝑatio hūa-
na. Sed hec congruitas eq̄ locū hꝫ in ſacro pnīe: ſicut in
baptiſmate: q: vtrūqꝫ ꝯfert ꝑmā grām: ⁊ in alijs ſacris: ſi
cut in ꝯfirmatione ⁊ ordine: q̄ ꝑexiſtentē grām augmen-
tant. Scđa. cōgruit deū nō inſtituiſſe ſacra vana ſaltē ꝓ
tꝑe noue legis q̄ eſt ꝑfecta: ḡ cōgruit ꝙ ſemꝑ ſacra ſua ha
beant aliquē effectū in ſuſcipiente: ſed non ſemꝑ habent
grām: vt ptꝫ in ficte accedēte: ḡ aliquē alium q̇ eſt chara-
cter. Sed iſta cōgruitas ſicut prior locum hꝫ in oībus ſa
cramētis: q: oīa ſacra noue legis ſunt ꝑfecta: etiaꝫ q: ſm
alios in oībus ſacris iterabilibus imprimit qdā ornatus
⁊ non character: ita dici poſſet de ſacris initerabilib⁹ ꝙ
īprimerēt ornatū ⁊ nō characterē. Tertia q̄ eſt magis ra
tionabilis: q: cōgruit vt recept⁹ in familiā xp̄i/vel certū
ſtatū familie xp̄i diſtinguat a nō recepto ꝑ aliqd intrin-
ſecū ꝑmanens in eo: q: lꝫ xp̄s poſſet diſtinguere ſine tali
intrinſeco: tn̄ ꝑfectior eſt diſtinctio in ſe ⁊ cōparatiōe ad
oēm eccl'iam militantē ⁊ triūphantē/ſi fiet per aliquam
formā intrinſecā ꝑmanentem: ꝙ ſi nō ſic fieret: talis aūt
forma ponit character. Autoritas eccl'ie hr̄ ex̄ de baptiſ-
mo ⁊ eius effectu. c. maiores. vbi Innoc. iij. dicit. Qui ſi-
cte ad baptiſmū accedit: characterē recipit xp̄ianitat' im-
preſſum. Et infra i in fine. Tunc characterē ſacralis imp
mit oꝑatio cū obicem volūtatis ꝯtrarie nō inuenit obſi-
ſtenteꝫ. Et lꝫ ꝑ characterē intelligi poſſit baptiſm⁹: tn̄ q:
loquit de charactere tanꝙ de aliquo impſſo: videt ꝙ ꝑ
characterē intelligat aliqd impſſum aīe pter ſacr̄m: verū
gloſa nihil ponit circa illū terminū character. Illa ḡ ſo-
la autoritas aliqd facit lꝫ poſſet exponi ꝙ ꝑ characterez
intelligat ipm ſacr̄m qd dꝛ impmi ſuſcipiēti ꝓ quāto na-
tum eſt in ſuſcipiēte cauſare aliqd ſcꝫ grām. ¶ Tertia cō Cōcľ. 3. G
cluſio. Character ſacralis nō eſt relatio rōnis vel realis:
ſed forma abſoluta de gn̄e qualitatis. Prima ps ꝓbatur
q: nō eſt ponēda aliq̄ relatio ab oībus abſolutis diſtin-
cta: vt deductū eſt in ꝑmo diſt. xxxviij. Secūda ps ꝓbat.
q: character eſt forma abſoluta ⁊ nō ſubſtātialis: mani-
feſtū eſt: ḡ accidētalis. Sed oīs forma accidētalis eſt q̄li
tas vt al's deducet: ergo ꝓpoſitum. ¶ Quarta ꝯcluſio. Cōcľ. 4.
Opinio tenēs relationē eſſe entitatē poſitiuā ab oībus
abſolutis diſtinctā/eque ſuſtineri pōt characterem eſſe
relationē realem: ſicut qualitatē abſolutā. Probatur cō
cluſio: q: oīa attributa charac. eq̄ cōueniūt relatiōi ſicut
q̄litati abſolute: vt ptꝫ ex vltimo notabili: ḡ ōccluſio ve
ra. ¶ Quātū ad ſcđm articulū in quo rn̄debit ad q̄ſituꝫ Arti. 2. H
Notādū ꝙ ſacr̄m nō dꝛ irreiterabile: q: idem numero nō
iteratur: q: ſic ſolū euchariſtie ſacr̄m dꝛ irreiterabile: tn̄
em̄ hoc eſt idem numero quoad contentū/quotienſcūqꝫ
⁊ vbicūqꝫ ꝯſecrat: lꝫ neqꝫ ſpēs: neqꝫ cōſecratio ipſa in di
uerſis miſſis ſint eedem numero. Cetera vō ſacra cū cō-
ſiſtunt in operatione que tranſit: quotiēs exhibent alia
ſunt ⁊ alia ſm numerū. Nec ideo: q: eadē ſpecie nō itera
tur: q: ſic baptiſm⁹ nō eſſet irreiterabilis: q: idē ſpē itera
tur circa diuerſos baptiʒandos. Sed dꝛ iō irreiterabile:
q: idem ſm ſpēm ⁊ nomē/nō iteratur circa eandē ꝑſonā
ita ꝙ vna eadēqꝫ ꝑſona nō pōt tale ſacr̄m pluries ſuſcipe
re: puta eadem ꝑſona nō pōt bis baptiʒari: bis ꝯfirmari
bis eūdem ordinē ſuſcipe. ¶ Quo ꝑmiſſo eſt ꝑma cōclu Cōcľ. 1. I
ſio ad hūc articulū. Tn̄ tria ſunt ſacra circa eandē perſo
nā irreiterabilia: que ſunt ordo/ꝯfirmatio/⁊ baptiſma.
Probat: q: nullū hoꝝ pōt licite eidē ꝑſone pluries exhi-
beri: pōt dico licite ⁊ ſine pctō mortali: ꝓbatur de baptiſ
mate: de alijs duobus ſuo loco patebit per illud apl'i ad
Heb. vj. Impoſſibile eſt em̄ eos q̇ ſemel ſunt illuminati:
guſtauerūt etiā donū celeſte: ⁊ participes facti ſunt ſpi-

rituſſcti: guſtauerūt nihilomin⁹ bonū verbum dei: virtu
teſqꝫ ſeculi venturi: ꝛ ꝓlapſi ſunt: rurſus renouari ad pe
nitētiā: rurſus crucifigētes ſibimetipſis filiū dei ꝛ oſten
tui habētes. vbi loquiť de illuminatiōe ꝑ baptiſmū quo
ꝯſequūtur baptizati donū ſpūſſancti ꝛc. vt exponit Da
maſ. lib. iiij. c. ſ. Et btūs Aug. in de vera ꝛ falſa pnīa. c. iij.
pulchꝛe ꝛ efficaciter ꝓbās/ aplm̄ de renouatiōe ꝑ ſacr̄m
baptiſmatis locutū ꝯtra eos q̄ mentiebanť pniam itera
ri nō poſſe poſt baptiſmum. Idem in eplā ad maximū. ꝛ
habeť de ꝯſe. diſt. iiij. Rebaptizare. Rebaptizare hereti
cum hoīem q̄ hec ſancte trinitatis ſigna ſuſcepit q̄ xp̄ia
na tradit diſciplina: oīno pctm̄ eſt. Rebaptizare autē ca
tholicū imaniſſimū ſcelus eſt. Sed q̄reres: qꝛ dictum eſt
baptiſmū iterari nō poſſe licite: an ſimplr̄ iterari poſſet:
hoc eſt an ſi q̄s iterato lauareť in aqua cū debita verbo
rū foꝛma ꝛ intentione baptizandi: vtrū hec ſcd̄a lotio ſit
verū baptiſma. Solutio ſtat in quid noīs: tm̄ pōt dici ſi
ne p̄iudicio melius ſentientis/ ꝙ illa iterata lotio nō eſt
baptiſma ſimplr̄: ſed analogice: quia ſimilis baptiſmo:
ꝛ ita noīant ſancti eā baptiſmū ſicut moꝛtuū hoīem/ ho
minē. Rō: qꝛ illa lotio nō ſignificat ex diuina inſtitutiōe
efficaciter ablutionē aīe a pctīs. nō em̄ inſtituit de⁹ hmōi
lotionē ſcd̄o factā ad ſignificandū ablutionē efficaciter
quā nunq̄ efficit: etiam ſubiecto qualitercūqꝫ diſpoſito:
qm̄ etſi aliq̄s baptizat⁹ neſciēs ſe baptizatū: imo credēs
ſe nō baptizatū/ peteret cū deuotione ſe baptizari: ſi ite
ratur baptiſma/ nō eſt verū baptiſma: qꝛ nihil ꝯfert ba
ptizato ex opere oꝑato: q̄uis ſubiectū ſit bn̄ diſpoſitū.
Si vō quis vtiqꝫ cōtendit ꝙ ſit baptiſma/ addens ꝙ iſta
lotio efficaciter ſignificat gratiā quātum eſt ex ſe/ ſi ſub
iectū fuerit diſpoſitū. Sed in caſu ſubiectū ſicut in ficte
accedente nō eſt diſpoſitū ad ſuſcipiendū effectū baptiſ
malē: nō ꝓpter pctm̄ qd̄ ineſt: ſed ꝓpter p̄cedens baptiſ
ma libens cedo: nolēs ſeruire ꝯtentioni verbali: dum ſa
Cõcl. 2. tis de re ipſa ꝯſtat. ¶ Scd̄a ꝯcluſio. Initerabilitatis ſa
L cramentoꝝ p̄ncipalis ratio nō eſt charac. imp̄ſſio: ſed ſo
la diuina inſtitutio. Pꝛobať ꝯcluſio: qꝛ nō impꝛeſſio cha
rac. qꝛ cum nō ſolū charac. ſit effectus baptiſmi: ſed ma
gis gr̄a ablués aīam a pctō: q̄ pōt aīe infundi: ꝛ in ea cō
ſeruari ꝛ augmētari ſine charac. vt ptꝫ de baptizatis ba
ptiſmo flaminis aut ſanguinis. item de iuſtificato per in
terioꝛis pnīe ꝯtritionē. Iō cū baptiſm⁹ poſſit habere ef
fectum p̄ncipalē ſine imp̄ſſione charac. nō ideo eſt inite
rabilis: qꝛ iteratus nō impꝛimit charac. ſicut ſi baptizan
dus modo habeat oēm gr̄am ad quā eſt p̄uiſus: nihilo
min⁹ eſt baptizandus: licet baptiſma in eo nō habeat ef
fectū p̄ncipalē ſcꝫ gr̄e infuſionē/ aut infuſe augmentatio
nē ꝑ eo ꝙ hꝫ effectū min⁹ p̄ncipalē. ſ. charac. imp̄ſſionē.
Minus ḡ repugnat iterari ſi pōt hr̄e effectū pꝛincipalē:
lꝫ nō habeat effectū min⁹ p̄ncipalem. ¶ Et poſſet ratio
ſic foꝛmari. Oīs cauſa q̄ iterari pōt dum effectū pōt hr̄e
minus p̄ncipalem: licet nō habeat effectū p̄ncipalē: etiā
iterari poterit dum habere pōt effectū p̄ncipalem: lꝫ nō
habeat effectū p̄ncipalem: talis eſt baptiſmus: ergo ſibi
nō repugnat iterari ex parte effectus: ꝛ ſic non ex parte
characteris. Itē min⁹ manifeſtū eſt characterē eſſe q̄ ba
ptiſmū poſſe iterari. Scd̄m em̄ ab inſtitutione baptiſmi
fuit certū. Pꝛimū hodie nō eſt euidēter certum. Scd̄a ps
ꝯcluſionis ptꝫ: qꝛ q̄ inſtituit ſacr̄a eodē modo inſtituit q̄
voluit: nec eſt alia cā cur ſic vel ſic inſtituit: niſi qꝛ ſic vo
luit. Et diuine volūtatis cā pꝛioꝛ querenda nō eſt. iij. de
trini. Fuit tm̄ illa inſtitutio rōnabilis p̄mo ex moꝛbo con
tra quē inſtitutū eſt. Nam p̄ncipalr̄ inſtitutū eſt ꝯtra oꝛi
ginale pctm̄: qd̄ non eſt niſi vnicū: qd̄ iterari nō poteſt:
ergo nec remediū. Etiā ex fine p̄ncipali ad quē eſt inſtitu
tum: q̄ eſt plena remiſſio pene ꝛ culpe: q̄ ſi ſepius haberi
poſſit ꝑ tale leue remediū eſſet magnū delinquēdi incen
tiuū. Secus de pnīa que nō eſt leuis vt deleat vtrūqꝫ/ pe
nā ꝛ culpā: ſed cū magno laboꝛe ꝛ digna ſatiſfactiōe agē
da/ vt tollat vtrūqꝫ. Alia ratio ex ſacramēti ſignificatiōe

quā tangit Augu. ꝛ Damaſ. locis ſupꝛa allegatis: qꝛ per
baptiſmū cōmoꝛimur xp̄o ꝛ cōſepelimur: vt dicit aplus
ad Rom̄. vj. Quicūqꝫ baptizati ſum⁹ in xp̄o ieſu: in moꝛ
te ipſius baptizati ſumus: ꝯſepulti em̄ ſumus cuꝫ illo ꝑ
baptiſmū in moꝛte: vt quō xp̄s ſurrexit a moꝛtuis ꝑ glo
riam p̄ris: ita ꝛ nos in nouitate vite ambulem⁹. Chꝛiſt⁹
aūt tm̄ ſemel moꝛtu⁹ eſt ꝛ ſemel reſurrexit. Et lꝫ etiam ce
tera ſacr̄a efficaciā habeāt ex paſſione ꝛ moꝛte xp̄i: nō tm̄
ita appꝛopꝛiate illa ſignificāt ſicut baptiſmus. Nā imer
ſio baptizati in aqua ſimilitudinē hꝫ ſubmerſiōis et moꝛ
tis. Et eleuatio ac ſuſceptio ſimilitudinē hꝫ reſurrectio
nis ꝛ reſtitutionis vite: qd̄ non eſt in alijs ſacr̄is. Iō ſub
dit apl̄s. Si em̄ cōplantati facti ſumus ſimilitudini moꝛ
tis eius: ſimul ꝛ reſurrectionis erimus. Sumitur etiā ra
tionabilitas ex ꝓpꝛia rōne baptiſmi: qꝛ ꝑ iſtud ſacr̄m: cuꝫ
ſit p̄ncipium ꝛ ianua ꝑ qd̄ intratur in legē chꝛiſtianam:
aſcribitur aliquis familie xp̄i: ꝛ fit membꝛū eccleſie mili
tantis: ideo nō ſepius de nouo iteratur: nec aſcribiť ali
quis vt membꝛū eccl̄ie: lꝫ ſepius ſi in eccl̄ia offendit recō
cilietur. Et lꝫ quādoqꝫ ſepareť ab eccleſia merito: nō tm̄
numero: ꝛ ita bene frequēter fit reconciliatio: nō tm̄ fre
quēter noua ꝛ p̄ma inſcriptio. ¶ Quātum ad articuluꝫ Arti. 3.
tertium/ eſt p̄mū dubiū ꝯtra ꝯcluſionē ſcd̄am p̄mi articu Dub. 1.
li: nā videť ꝙ oīno charac. nō ſit ponendus per illā com L
munē maximā in theologia ꝛ philoſophia. Non eſt ponē
da pluralitas ſine neceſſitate: hoc eſt nihil ponendū eſt
a theologo/ cuius neceſſitas nō apparet ex fide: ſicut na
turalis nihil ponere habet cuius neceſſitas nō apparet
niſi naturaliter ſiue ſm̄ rōnem naturalē notis. Sed oīa
credita tam circa veritatē ſacr̄i baptiſmatis/ q̄ circa alia
credenda ſaluātur/ nō ponendo charac. Similr̄ ꝛ illi ef
fectus ſupꝛa characteri attributi ſaluari poſſunt eq̄ non
ponendo charac. vt in p̄mo articulo oſtenſuꝫ eſt. Et ſi di
cereť ꝙ character eſt diſpoſitio neceſſario pꝛeuia ad gra
tiam: hoc non videť: qꝛ baptiſmus nō eſt minoꝛis virtuť
q̄ circūciſio: ꝛ tm̄ circūciſio contulit gr̄am ſine characte
re: vt dicunt ponentes charac. ḡ ꝛ baptiſmus: cum ꝛ illa
ſicut ꝛ ille ſit ſacr̄m initerabile. ¶ Pꝛeterea gr̄a conferť
ſine ſacr̄is: cōfertur etiam ꝑ ſacr̄a iterabilia vbi nō impꝛi
mitur character: ḡ character nō eſt diſpoſitio pꝛeuia req̄
ſita ad infuſionē gr̄e. ¶ Ad hoc dubiū reſpōdeť: ꝙ theo
logus nō habet aliq̄d ponere tanq̄ certū/ cuius neceſſi
tas nō apparet ex fide. i. ex creditis aut manifeſtis per ra
tionē. Credita quecūqꝫ ꝓbantur ex ſcriptura canonica:
aut per determinationē eccl̄ie: etiaꝫ ſi illud determinate
nō habeatur ex ſcriptura: qꝛ nō pōt errare eccl̄ia in his q̄
fidei ſunt: vt ꝓmiſit dn̄s petro. Ego ꝓ te rogaui vt nō de
ficiat fides tua. Poteſt tm̄ theologus aliq̄d ponere tāq̄
ꝓbabile: qd̄ eſt conſonū ſcripture aut determinationi ec
cleſie: ꝛ in nullo contrariū: dum ad hoc hꝫ rōnes cōgru
entie: lꝫ nō poſſit euidēter deduci ꝛ neceſſario ex his que
fidei ſunt. Unde in ꝓpoſito magis videť conſonare de
terminationi eccl̄ie ponere characterē/ q̄ eius oppoſitū
ꝛ cōiter ſchola theologoꝝ tenet. Sunc etiā ad hoc con
gruentie q̄ dicte ſunt: quare p̄ſumptuoſum foꝛet negare
characterem. Cui nō placet hec ſolutio q̄rat aliā. ¶ Se Dub. 2.
cūdo dubitatur: in quo ſubiecto poni dꝫ character. vtrū M
in eſſentia aīe/ an in potentia. Et ſi in potētia in qua. Re
ſpondetur cū ſm̄ p̄dicta in. ij. diſt. xvj. potentie aīe nō di
ſtinguātur ab eſſentia aīe/ nec inter ſe: ſed ſunt idē omni
bus modis. Ideo quia character eſt in aīa ſubiectiue: eſt
etiaꝫ in eſſentia/ potentia/ intellectu ꝛ voluntate: qꝛ oīa
idem ſunt. ¶ Si vō tenetur alia opinio ſunt diuerſe opi
niones. Poſſet tm̄ dici ꝓbabiliter ꝙ eſt in eſſentia: qꝛ cuꝫ
potentie dicūtur in oꝛdine ad operationes ꝓpꝛias ſibi.
Et character nullius actus eſt p̄ncipiū: nec intellectus:
nec voluntatis. Comparať em̄ habitui religionis: ꝑ quē
diſtinguitur religioſus a cōi populo: ꝛ obligatur ad cer
tas regulas obſeruādas. Ille tamen habitus exterioꝛ nō
eſt p̄ncipium alicuius actus. Sic character eſt ſignū di

Dub.3. N ſtinctiuū ⁊ obligatiuū anime:nō tm̄ ponitur ꝑncipiū ali/
qđ inclinatiuū ad operationē aliquā ſeu actū:⁊ ꝑ ꝯñs cō
uenientius ponit in eſſentia aie/ que nō đ in ordine ad
opationē. Si vo poneret in potētia:cōuenientius pone
retur in volūtate in q̄ ponit ⁊ gr̄a:q̄ eſt realiter charitas
ad quam diſponit. Nam cōuenit ꝙ diſpoſitio ⁊ forma ad
quā diſponit ſint in eodē ſubiecto. ❡ Tertio dubitatur:
ſuppoſito ꝙ character ſit qualitas abſoluta:in qua ſpe/
cie eſt ponēdus qualitatis. Rñdet diſtinguēdo. Aut du
bium querit de illo termino charac. aut de re ſignificata.
Si de termino:ſic đ ꝙ nō ſit in ſpecie q̄litatis:qm̄ ſic eſt
in ꝑdicamēto adaliq̄d:q: in eius q̄d nois ponit ſignū ꝓ
genere. Signū aūt:q: dicit reſpectū ad ſignatū: eſt ī ada
liquid:vñ character ſupponit ꝓ tali accidente abſoluto
⁊ cōnotat ipm ꝑ modū ſigni ꝯfiguratiui ⁊ diſtinctiui; et
ita eſt in adaliquid ſicut ſimilitudo/diuerſitas. Si de re
querit:cum res de ſe nō ſit in ꝑdicamento/niſi inquātuz
ſignificat per terminū alicuiꝰ ꝑdicamenti. Et cū eadem
res pōt ſignificari ꝑ terminos diuerſoꝝ ꝑdicamentoꝝ et
diuerſarū ſpecierū eiuſdē ꝑdicamenti: ſic charac. ponit
in diuerſis ꝑdicamentis ⁊ ſpeciebꝰ:in tot ſcȝ in quot pñt
poni termini ſupponentes pro charactere: ⁊ habentes
cōnotationes diuerſoꝝ ꝑdicamentoꝝ ⁊ ſpecieruz. Et q:
pōt ſignificari ꝑ terminū cōnotantē ipm vt habitū quen
dā.i.qualitatē difficulter mobilem. Nā ſm Alexā. eſt ha/
bitus relucens in aīa impꝛ̄ſſus perpetuo: nō ad agendū
ſed ad diſponendū ad gratiā:⁊ ad diſcernendū ouē dñi/
cam a lupis:⁊ ſic erit in pīma ſpecie qualitatis. Si aūt vt
quoddam infuſuȝ ſupernaturaliter diſponens ſubiectū
naturaliter ad ſuſcipiendū cetera ſacr̄a:erit in ſecūda ſpe
cie. Si vt qualitatem inherentē ꝑciſe erit in tertia ſpecie.
Et ſi vt ꝓductū a deo ꝑciſe/erit in ꝑdicamēto paſſionis.
Si vt obligatiuū diſtinctiuū ⁊c.erit in ꝑdicamento rela/
tionis. Iſta logicalia veris logicis ſunt manifeſta: ideo
Dub.4. O tráſeo. ❡ Dubitat quarto de numero characterū ⁊ eoꝝ
diſtinctione. Reſpondet ꝙ characteres multiplicant et
diſtinguūtur ſm numerū ⁊ diſtinctionē ſacramentorum
characterē imprimentiū. ❡ Sunt aūt tria ſacramenta in
genere q̄ imprimūt characterem: vt dictū eſt ſcilȝ baptiſ/
mus/confirmatio/ordo. Ordo aūt non eſt vnus ſed ſex
tuplex ſpecie: vt infra dicetur. ſm hoc ſunt tres characte
res in genere:ſcȝ baptiſmalis/ ꝯfirmationis/et ordinis.
Sed character ordinis eſt totuplex quotuplex eſt ordo:
⁊ oēs iſti diſtinguūtur ſpecie:ſicut ⁊ ſacr̄a que eos impri
mūt. Qđ ex eo ptȝ:q: plus differūt character baptiſma/
lis/⁊ character ꝯfirmationis/q̄ꝑ duo characteres baptiſ
males duobus baptizat impꝛ̄ſſi:ſȝ duo baptiſmales dif/
ferūt numero:ergo duo/baptiſmalis ⁊ ꝯfirmatiōis dif/
ferūt ſpecie. Qđ etiam ex eo patet:q: characteres eiuſdē
rōnis nō diſtinguunt inter ſuſcipientes diuerſa ſacr̄a: ſi/
cut character baptiſmalis nō diſtinguit a nō ꝯfirmato/
aut nō ordinato:ſȝ dūtaxat a nō baptizato. Si ergo cha/
racter ꝯfirmationis eſſet eiuſdē rōnis cū charactere ba/
ptiſmali:etiā ipſe nō diſtingueret a nō ꝯfirmato: qđ non
Dub.5. est dicendū. ❡ Quinto dubitat:vtrum ſacr̄m circūciſio
P nis. Item baptiſmus ſanguinis aut flaminis impꝛ̄ſſerūt
characterē. De pīmo tenet Alex. ⁊ poſt eū ſan. Tho. Pe.
de palude. diſt.iiij.q.iij. ſctūs Bonauē. ꝙ nō: cuiꝰ rō du/
plex. Prima:q: circūciſio ſacramentū eſt ve.le.que ſunt
ſacr̄a carnalia:character aūt ſignū eſt ſpūale. Scđa: tūc
circūciſus nō poſſet baptizari:q: cū character baptiſma/
lis oībus aliis ꝑſupponit:qui hȝ characterem/iam non
pōt baptizari. Item vel character circūciſionis eēt eiuſ/
dem rōnis cū charactere baptiſmali:⁊ ſic baptiſmus nō
imprimeret charac. circūciſo poſt baptizato: q: duo acci
dētia eiuſdē rōnis nō ſunt in eodē ſubiecto. Nō poſſunt
eſſe diuerſe rōnis:q: gr̄a circūciſionis ⁊ gr̄a baptiſmalis
ſunt eiuſdē rōnis: ſicut dicit Be. ꝙ idem ſalutifere cura/
tionis remediū qđ ꝯfert baptiſmus:olim cōtulit circūci/
ſio. ❡ Aliter dicit Sco.q.ix.diſt.vj.lib.iiij. Concedi pōt

inquit de circūciſione/ꝙ imprimebat characterem ſicut
baptiſmus. ita em̄ circūciſio erat pīma ianua ſalutis in le
ge moyſaica ſicut baptiſmus in noua. Conſequēter dici
poſſet:ꝙ character impꝛ̄ſſus in circūciſione eſſet eiuſdem
rōnis cū eo qui imprimit in baptiſmo. Et ꝑ hoc đ ꝙ duȝ
circūciſus baptizatur non imprimit nouus character:q:
in ſubiectū habens actu in ſe formā nō impꝛīmit iteruȝ ta
lis forma:etiā a cauſa que alr̄s nata eſſet impꝛīmere talem
formā vt ſupra tactum eſt. Et hoc ideo:q: ſubiectum non
eſt in potentia:ſed in actu ſm illam formā. Producēs ve
ro formā nouā in ſubiecto/requirit ꝙ ſubiectū ſit in po/
tentia ad formā ꝓducendā:nō in actu. Poſſet etiaȝ dici/
ꝙ nō obſtante ꝙ circūciſio nō imprimeret characterem:
nihilominꝰ ⁊ baptiſmus imprimeret characterē eiuſdem
rōnis/quātum ad ſpēm eſſentialem: nō aūt accidentalē.
Differt em̄ iſte ab alio ſicut ꝑfectuȝ ab impꝑfecto:quēad/
modū gr̄a illius differt a gr̄a iſtius. Et tunc in ſuſceptiōe
baptiſmi quo baptizaret prius circūciſus:nō imprimere
tur ſimplr̄ nouꝰ character:ſed prior ꝑficeretur. Qđ vo
adductū eſt ꝓ opinione ꝯtraria: ꝙ ſacr̄a ve. le. ſunt car/
nalia:nihil facit:q: vel carnalia dicūtur: q: in carne exhi
bita:ſic ⁊ baptiſmꝰ eſſet ſacr̄m carnale: q: caro lauat. Si
aūt dicūtur carnalia tm̄ ꝓpter carnalem effectum: puta
q: nō ꝯtulerūt gr̄am:ſed tm̄ ordinabant ad emundatio/
nē carnis:vt loquit apl̄s ad Hebre.ix. hoc nō reſpicit cir
cūciſionē (que ꝯtulit gratiā circūciſo ex oꝑe oꝑato) ſȝ ce
tera cerimonialia illius legis q̄ nō fuerūt ſacr̄a ꝓprie di/
cta. Alia rō ſoluta eſt. Vtrūqȝ ḡ dici pōt. pro nulla parte
ſunt rōnes neceſſarie:ſed tm̄ ꝑſuaſiue ⁊ debiles: ſicut in
tota iſta materia de charactere. ❡ De ſcđo đ cōiter, ab Q
oībus ꝙ baptiſmus ſanguinis ⁊ flaminis nō imprimunt
characterē:q: character nō imprimit niſi ꝑ ſacr̄m ſenſibi
le:ſed baptiſmꝰ ſanguinis ⁊ flaminis nō ſunt ſacr̄a ſenſi/
bilia:nec illa tradit aliqua poteſtas actiua vel paſſiua re
cipiēdi alia ſacr̄a:neqȝ ad actus hierarchicos in eccl̄ia ex
ercendos. Nā alia ſacr̄a participare nō pōt baptizatꝰ ba
ptiſmo flaminis aut ſanguinis:niſi prius baptizet baptiſ
mo aque. Vnde baptizati baptiſmo flaminis et ſangui/
nis:ſi poſt tēpus ⁊ cōgruitas accedit baptizandi ſunt ba
ptiſmo aque. Et ꝑ idem đ ꝙ virtutes ⁊ cetera dona ſpi/
ritualia nō imprimūt characterem. Nō em̄ imprimit cha
racter niſi per ſacr̄m ſenſibile. Cuius finalis ratio nō eſt
niſi inſtitutio diuina. Sed vñ illa inſtitutio cognoſcatur
ſeu reuelata ſit nō eſt certuȝ. Sicut oīa de charactere di/
cta ꝓ magna parte voluntaria ſunt: ⁊ modica rōne fulci
ta. ❡ Sexto dubitat: Vtrū character fuerit impꝛ̄ſſus aie Dub. 6. R
chriſti/⁊ beate vginiī eoꝝ baptizationibꝰ ſeu baptiſma/
tibus. Credit em̄ virgo gl̄ioſa baptizata:lȝ nō legat vbi
vel a quo. Rñdetur de xp̄o ꝙ nō:q: baptizatꝰ eſt baptiſ/
mo iohānis:q̄ nō impreſſit characterē:q: non fuit ſacr̄m:
nec ꝯtulit gr̄am ex opere oꝑato:ſed fuit q̄dā preparatio
ad baptiſmū chriſti. ❡ Preterea cū character ſit quedā
ptās ſpūalis ad agendū vel recipienduȝ aliq̄d in eccl̄ia.
Chriſtus aūt ab inſtanti conceptionis habuit plenitudi
nem ois ptātis. ſm illud Iohā.i. Plenū gr̄e ⁊ veritatis.
Iō lȝ fuit ſacerdos in eternū ſm ordinem melchiſedech.
non tm̄ propter ſacr̄m ordinis. Non em̄ indiguit ſacro ſa
cramētoꝝ inſtitutor:q̄ etiā ſine ſacr̄is potuit aliis cōfer/
re oēm ꝑfectionē quā ꝯtulit mediantibus ſacr̄is: q: potē
tiam ſuā nō alligauit ſacr̄is. Nec iō minꝰ ꝑfectꝰ fuit: quia
charactere caruit: qm̄ ſicut in natura creata ſunt alique
ꝑfectiones nō ſimplr̄:ſed in tali natura:q̄ ſunt ꝑfectiōes
ſupplentes impꝑfectionem. Ita ⁊ in gratuitis dici pōt/ꝙ
eſt ꝑfectio ſupplēs impꝑfectionē:⁊ iō talis nō cōuenit ſim
pliciter ꝑfecto. Neqȝ etiā illi ꝑſone in q̄ eſt aliqua maior
ꝑfectio ſupplēs impꝑfectionē/q̄ꝑ ſit illa impꝑfectio:⁊ ita ca
rentia charac. in talibus nō eſt impꝑfectionis:ſed argumē
tum maioris inexiſtentis ꝑfectionis. Et ꝑ idem pōt dici
de beata virgine ꝓpter ꝑfectionē gr̄e quā habuit tantā/
ꝙ baptiſmus nihil gr̄e ei attulit; ſi vt pleriqȝ opinant in

conceptione cōſecuta ſit oēm gratiā ad quā fuit preuiſa. Et p̄ hoc q: baptiſm⁹ nullā grām addidit: characterē nō īmpſſit. Nam vt arguit L ho. Character eſt regeneratoꝝ accipientiū aliq̄d a ſacr̄is. ❡ Videt̄ tn̄ q̄ eque ꝓbabile foret de btā virgine q̄ etiā recepit characterē baptiſmalem: lʒ nō recepiſſet gr̄e augmentū in eius baptizatiōe.

Dub.7. ❡ Septimo dubitat̄. Utrū ſacr̄a iterabilia imprimāt aīe aliquē ornatū loco characteris. De hoc dubio habitū eſt

Dub.8. S ſupra diſt.j.q.j.ↄclu.iij.arti.ij.⁊ ideo ibi videat̄. ❡ Ultimo dubitat̄ q̄ ſit pena iteratōis baptiſmi. Rn̄detur poſt Sco.q.viij.diſt.vj.p̄mittendo q̄ iteratio baptiſmi pōt fieri ignoranter vel ſcienter tā ex parte ſuſcipiētis q̄ ex parte ↄferentis. Et lʒ cōiter diſtinguat̄ duplex ignorātia/iuris ⁊ facti: hic tn̄ ſolū de ignorantia facti. In ꝓpoſito em̄ ignorātia iuris poſitiui nō excuſat etiā ſi foret inuincibilis. Cui⁹ ratio: q: ignorantia iuris poſitiui infligētis penam ꝓ trāſgreſſione legis diuine neminē excuſat q̄n pena canonica incurrat̄. Qn̄ em̄ ſup̄ aliquo qd̄ iure diuino illicitū eſt: addit̄ pena canonica vt illud euitet̄: amplius non eſt neceſſariū ad hoc vt illa pena incurrat̄ ſciā iuris poſitiui: ſed ſufficit q̄ teneat̄ ſcire p̄ceptū diuinū. Et ſi illud trāſgredit̄ incurrit penā canonicam: etiā ſi neſciat illam a iure poſitiuo inflictā: hoc em̄ mō p̄cutiēs clericū: q: facit ↄtra diuinū p̄ceptū de fraterna charitate: ⁊ ſi neſciret excōicationē latā a canone ſup̄ tali facto: tn̄ incurreret eam. Sic occidēs hoīem: lʒ ignoret canonē punientem homicidā: tn̄ irregularis eſt. Et eſt eadē ratio in oībus iſtis: q: talis dat operā rei illicite: quā ſcire dʒ eſſe illicitā: ideo in ꝓpoſito nō opʒ diſtinguere niſi de ignorātia facti. Valet ad ꝓpoſitū Palu.q.iiij.diſt.vj. qui videt̄ ↄcordare cum Sco. Diſtinguit̄ igitur: aut factū ignorat̄ aut ſcitur: hoc eſt aut ignorat̄ illū prius eſſe baptizatum vel nō ⁊ nūc baptizari. Et ſm̄ hoc r̄ndet̄ ad dubiū: p̄mo q̄ ſcienter ſuſcipiēs vel ↄferens iterato baptiſmū/eſt irregularis: vt habet̄ de apoſtatis ca.ex lr̄arū. vbi dʒ: q̄ talis ad maiores ordines nō pōt ꝓmoueri ſi publicuʒ eſt: niſi ad religionē intrauerit: vt fauore religionis circa eū valeat diſpenſari. Et hoc verū eſt ſi fiat iteratio abſolute. Si em̄ ꝓpter dubiū ꝓbabile reiteret baptiſma ſub forma cap̄. de qb⁹ eſt dubiū. de baptiſ. ⁊ ei⁹ effectu.ſ. Si baptizat⁹ es nō te rebaptizo. Sed ſi nōdū baptizat⁹ es: ego te baptizo ⁊c. Scd̄o dʒ ſi rebaptizatio fiat ignorāter: ſuſcipiens iterato lʒ ignorāter/eſt irregularis ⁊ nō conferens: vt habet̄ de ↄſe diſtin iiij. Qui bis vbi dʒ: Qui bis ignoranter baptizati ſunt: nō indigēt ꝓ eo penitere: niſi q̄ ſm̄ canonē ordinari nō poſſunt/niſi aliqua magna neceſſitas cogat. In tali em̄ neceſſitate diſpēſari poſſet. Et loquūtur.c de ignorantia facti: q: ſi eſſet ſola ignorantia iuris oporteret penitere. Verū ca. illud: q: nō eſt ſummi pontificis: q̄ ſolus habet infligere irregularitatem toti eccleſie tanq̄ caput eccl̄ie: ſed Theodori ep̄i Cātuarien̄. nō videt̄ ſufficere ad probandum quod dictum eſt: vnde poſſet dici q̄ ignorantia facti nō truſatica/ſed probabilis: ſicut totaliter excuſat conferentem a pena illa irregularitatis: ſic etiam ſuſcipientem. Et de hoc latius vide Sco.

Queſtio iij.

A **Ertio querit̄ vtruʒ** ad rite ſuſcipiendū baptiſmatis ſacramentum/congruat cathecíſmo ⁊ exorciſmo predíſponere baptizandū. ❡ More ſolito tribus articulis terminabit̄ queſtio. ❡ Quātum ad articu-

Arti.2. Concl.1. lum primū. Notandū p̄mo ſm̄ ritū baptizandi quedam p̄cedunt baptiſmū: quedā concomitant̄: quedam ſubſequūtur p̄cedentia: vt recitat venerabilis Hugo lib.ij de ſacr̄is. parte vj.ca.iiij. Tria ſunt vſq̄ ad ſuſceptionē noui tatis.i. baptiſmi ꝑficienda: hoc eſt tria ſunt p̄cedentia baptiſmū quo hō renouat̄: q̇bus baptizandus ad rite ſuſcipiendū baptiſmū preparat̄. Et conſequēter annumerat hec/ ſubdens quibus baptizandus quaſi ↄcipitur ⁊ nutritur: ⁊ vſq̄ ad integritatē noue vite ꝓmouet̄. Hec autē ſunt cathecíſmi/exorciſmi ⁊ orōnes. Primū itaq̄ cathecizatur baptizandus vt ad fidē ꝓprio moueat̄ voluntatis arbitrio. Deinde exorcizat̄: vt ab eo diaboli ptās iniqua pellatur. Addit̄ etiā orō: vt p̄ueniat gr̄a ⁊ ſubſequatur q̄ vires tribuat libero arbitrio: ⁊ qua p̄cul fiat vniuerſa maligni ſpūs illuſio. De ↄcomitantibus ⁊ ſequētib⁹ dicetur in dubijs. ❡ Secūdo notandū q̄ cathezizare grecum eſt/valens tantū ſm̄ magr̄m Hugo. vbi ſupra.c.ix. Nota.2.
ideſt inſtruere. Vn̄ cathezizatus interp̄tatur inſtructus vel audiēs. Et accipitur qn̄q̄ generaliter ꝓ qualibet inſtructione: qn̄q̄ ſpālitér ꝓ illa qn̄ baptizandi pri⁹ inſtruuntur ⁊ docent̄ q̄ ſit forma fidei xp̄iane: in qua eos ſaluos fieri ⁊ ſacr̄m ſalutis ſuſcipere opʒ. Exorcizare ⁊ exorciſmus ſimil'r greca ſunt: vt dicit Hugo vbi ſupra.c.ix. Exorciſmus adiuratio dʒ. Exorciſte em̄ ſunt q̇ ſupra cathecuminos ſeu energuminos: ideſt eos q̇ habent ſpiritum immūdum: inuocant nomē dn̄i noſtri ieſu xp̄i/diuina virtute obiecta adiurantes eū vt egrediatur ab illis. Eſt autem vt ait Alexā q.x.parte.iiij. alius ordo hoꝝ in adultis ⁊ alius in paruulis. In adultis em̄ p̄cedit cathecíſmus: vt ipſi inſtruātur: nō ſolū ad baptiſmū ſuſcipienduʒ: ſed etiā exorciſmū. q̄liter em̄ intelligerent exorcizationē ſupra ſe: niſi ipſi prius inſtructi intelligerent q̇d eis fieret. Et hūc ordinē ꝓſequit̄ Hugo. vn̄ dicit. Recte poſt cathezizationē exorciſm⁹ ſequit̄: vt ab eo q̇ iam inſtructus eſt fide: aduerſaria virtus pellat̄. Alius eſt ordo in paruulis q̇ nō habēt vſum rōnis/nec intelligere poſſunt. Vn̄ primo datur exorciſmus ne diabolus impediat ꝓceſſum ad baptiſmū. Hec Alex. ❡ Tertio notādū q̄ vt ex diſt.j.ptʒ Nota.3. B
hec q̄ circa ritū baptiſmi adhibent̄ ſiue p̄cedāt ſiue cōcomitentur/ſiue ſequātur: nō ſunt ſacr̄a ꝓprie dicta: quia ipſa nō ↄferūt grām ex ope op̄ato efficaciter ex diuina inſtitutiōe. Sed ſacr̄alia dici pn̄t: ꝓ quāto preparāt ad congruā ſacr̄oꝝ ſuſceptionē: vel ad ſignificationē effect⁹ ſacramēti: aut ad vſum vel exercitium gr̄e in ſacr̄o ſuſcepte vel īpedientiū remotionē: q̄ effectū h̄nt ex inſtitutiōe eccleſie ⁊ ei⁹ orōne ⁊ hoc in lege gr̄e. ❡ Videndū eſt g̊ de cathecíſmo baptiſmū p̄cedente. Ubi notandū q̄ cum cathezizatio ſit inſtructio: triplex diſtingui pōt inſtructio. Una ad cōuerſionē fideliū. Alia ad digni⁹ ſuſcipiendū ſacr̄m baptiſmi q̄ ex vſu dʒ cathezizatio. Tertia ad inſtruendū baptizatū. Et q̄uis oēs ille fieri poſſint p̄ ſacerdotes: p̄ma tn̄ maxime eis cōuenit: q: ad eoꝝ effectū ꝑtinet fidem p̄dicare: iuxta illud Aggei.ij. Interroga ſacerdotes legē. Scd̄a etiā q̄uis fuerat antiq̇tus p̄ diacones exhibita: qn̄ adulti ad baptiſmū veniebāt: ⁊ magna inſtructione indigebāt: ne īpedirent̄ ſacerdotes a maioribus circa q̄ erant occupati: tn̄ q: q̇cquid pōt diaconus: pōt ⁊ ſacerdos: etiā talis cathezizatio ad ſacerdotes pertinet: maxime mō: q: ↄſuetū eſt. vn̄ de ↄſe. diſt iiij.c. cathecíſmi. Cathecíſmi baptizandoꝝ a ſacerdotib⁹ vniuſcuiuſq̄ eccleſie pn̄t fieri: ſicut in hac ſctā romana eccl̄ia ſolēniter fieri cōprobatur. Tertia ꝑtinet ſpāliter ad anadochuʒ i. patrinū in particulari: q̄uis ꝑtineat ad prelatum in cōi. Hec Richar. ar.v.q.iij. Inſtructio aūt cathezizandorum variāda eſt ſm̄ diuerſas ↄditiōes eoꝝ. Vn̄ vt dicit Alex. aliter rudes: aliter intelligentes: aliter p̄uuli rōnis vſum habentes: aliter adulti: generaliter aūt h̄re debēt inſtructionē allectiuā ad baptiſmi ſuſceptionē. Et ſi intelligentes fuerint/inſtruēdi ſunt: q̄liter a p̄ncipio mūdi deo cura eſt de ſalute humana: ⁊ q̄liter p̄figurauit noſtrā redēptionem ⁊ ſalutem p̄ ſacr̄a habendā: ⁊ pueri p̄ baptiſmi ſacr̄m: ⁊ ad fidē noſtre redēptionis facte p̄ xp̄m ⁊ glorificationis in aīa ⁊ corpore p̄ ip̄m future. Et ſm̄ hoc btūs Augu. edidit libellū de cathezizandis rudibus ad quendam dictum Deo gr̄as: qui frequēter inſtruxit cōuerſos ab infidelitate ad fidem: in quo ait. Narratio plena eſt: cū quiſq̄ p̄mo cathezizatur ab eo qd̄ ſcriptū eſt. In p̄ncipio creauit deus celū ⁊ terram, vſq̄ ad p̄ntia tp̄a eccl̄ie:

⁊ hoc in quodã ſummario ⁊ generali ſermone/nõ reuol
uendo oẽs libꝛos biblie: ſm ꝙ tp̄s/etas/pſone conditio
patitur: vt ibi oſtẽdit. Et hoc q̇dem obſeruandũ eſſet ho
die: dũ iudeus vel gẽtilis ad fidẽ cõuerſus baptizandus
eẽt aliquot dieb⁹ ante baptiſmi ſuſceptionẽ: vt ad q̄ſtio
nes ante baptiſmũ mouẽdas. Credis in deũ patrem ⁊c.
poſſet ex intentiõe rn̄dere. Mõ vo cũ paruuli baptizan
tur: ſufficit foꝛmã ſeruare q̄ in agẽdis deſcribit̃. de q̇bus
Nota. 4 infra in ꝯcluſionib⁹ dicet̃. ¶ Cõſequẽter notãdũ quar-
E to circa exoꝛciſmũ ꝙ diabolus q̇ ſemꝑ iuidet ſaluti hoĩm
ſm illud. j. Pe. v. Tanq̄ leo rugiẽs circũit querẽs quem
deuoꝛet: ꝑpter pct̄m hoĩs ptãtem recepit in hoĩem et in
oĩa que ad vſum hoĩs veniũt in ipſius nocumẽtũ. Unde
circa oĩa q̄ ad hoĩs ſalutẽ oꝛdinant̃: inſidiat̃ ad impediẽ
dũ eoꝝ effectũ. Et eapꝛopter q: nulla eſt conuentio xp̄i
ad belial: qn̄cũq; aliq̄d ſanctificandũ eſt ad cultum diui
nũ: ⁊ ad hoĩs ſalutẽ cõquirendũ: illud pꝛius exoꝛcizatur
ne diabolus impedire poſſit ſanctificatiõis effectũ. ſicut
patet in bn̄dictione aque ⁊ ſalis eccl̄ie/fontis baptiſma
lis ⁊ ceteroꝝ ſanctificatoꝝ. Un̄ cũ in baptiſmo hõ ꝓpꝛie
deo cõſecrat̃/longe magis q̄ res inaĩate (q̄ cultui diui-
no applicant̃ ac benedicũtur) etiã baptiſmo exoꝛciſmus
p̄mittitur: vt diaboli poteſtas fuget̃: ne baptiſmi ꝑfectio
D nẽ impediat. ¶ Sed vtrũ exoꝛciſmus qui baptiſmo pꝛe-
mittitur: effugationẽ diaboli tm̄ ſignificet vt fiendã in
baptiſmo: an etiam ſtatim efficiat: fuere opiniones: vt
recitat Alexãder parte. iiij. q. x. mẽbꝛo. ij. arti. ij. Nam qui-
dam dixerũt ꝙ exoꝛciſmus tm̄ p̄mittitur ad ſignificãdũ
expulſionẽ demonis a baptizando: q̄ fit in baptiſmate:
eo ꝙ ibi tollitur cã ſcʒ pct̄m: per qđ diabolus poteſtateʒ
accepit in hoĩes: ⁊ in ea que vſui eius accõmodata ſunt.
Et effectus nõ tollitur manente cauſa. Unde oẽs auto-
ritates ſonantes ad hoc/ꝙ per exoꝛciſmũ expellatur ſeu
cohibeatur poteſtas demonũ: exponũt ꝙ loquũtur per
ſignificationẽ: ita ꝙ exoꝛciſmus ſignificat expulſionem
poſtea in baptiſmo fiendã: ⁊ ideo dꝛ expellere. ¶ Alia
eſt opinio cõtraria/que tenet ꝙ exoꝛciſm⁹ nõ ſolũ ſigni-
ficat: ſed etiã cohibet ptãtem demonis ⁊ demonẽ expel-
lit a baptizando: aliter tm̄ q̄ baptiſmus. Nam baptiſmus
(q: tollit culpam tam oꝛiginalem q̄ actualem) penitus
aufert ptãtem diaboli a baptizato: ita vt eum tenere nõ
poteſt ad cõſoꝛtium ſue dãnationis: niſi per ſubſequens
actuale peccatũ ſe ſponte de nouo ſubdat eius poteſtati
Et ſic nõ expellit exoꝛciſmus: quoniã exoꝛcizatus ſi moꝛi
tur ante baptiſmũ: nõ eſt liberatus ab hac poteſtate dia
boli. Non em̄ exoꝛciſmus tollit culpã: nec ꝑ ꝯſequẽs dã-
nationẽ. Tollit autem exoꝛciſmus diaboli poteſtatẽ quã
tum ad impediẽdum baptiſmũ: inſidiatur em̄ diabolus
baptizãdo: ⁊ quãtum valet ⁊ permittitur: impedit ne ba
ptizandus conſequatur gratiã baptiſmalem: vel occidẽ
do paruulum: vel mutando adulti ꝓpoſitum: aut alijs
doli ſui artibus. Et ideo exoꝛciſmus debet pꝛecedere ba
ptiſmũ: vt tollatur poteſtas impediendi baptiſmum: lʒ
nõ tollatur cauſa/ſcilʒ peccatum vnde cõſecutus eſt de-
mon poteſtatem. Nec vniuerſaliter verum eſt ꝙ nõ tol-
latur effectus manente cauſa. Poteſt em̄ tolli effect⁹ ma
nente cauſa tam in naturalibus q̄ in voluntarijs. Unde
ſuꝑueniente cauſa foꝛtioꝛe effectus cõtrarij tollit effectũ
⁊ non cauſam: ſicut influentia frigefactiua tollit caloꝛeʒ
inductum a ſole/ſole non ſublato: ſic ignis tollit frigidi
tatem a luna ⁊ ſideribus inductam/luna ⁊ ſiderib⁹ non
mutatis. Sic in volũtarijs ꝙ peccatum eſt cauſa per quã
diabolus recepit poteſtatem in hoĩem: nõ eſt ex natura
pctĩ: ſed ex voluntaria ꝑmiſſione diuina/ꝓpter demeri-
tum peccati. Jdeo poteſt cohiberi poteſtas demonis in
Arti. 2. nocendo homini ſine dimiſſione peccati. ¶ Quãtuʒ ad
Cõcl̃. 1. ſecũdum articulum eſt ꝯcluſio p̄ma. Nec quãtum ad ba-
E ptiſmi ſubſtantiã: nec quãtum ad eius effectum/neceſſe
eſt p̄cedere cathecíſmũ vel exoꝛciſmum. Patet: quia ſine
his verus eſt baptiſmus ⁊ efficax. Uerus/quia ſine his

poteſt eſſe materia debita/miniſter et intentio requiſita
ex q̇bus conſtat baptiſmatis ſacramentũ efficax: q: ſine
his tollit culpam ⁊ penam: ⁊ cõfert regenerationis gra
tiam: alioq̇n non ſufficeret ad ſalutem his q̇ vꝛgente ne-
ceſſitatis articulo al̓s rite baptizantur: ꝯtra illud Mar.
vlti. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹ erit. ¶ Se Cõcl̃. 2.
cũda ꝯcluſio. Expedit euʒ pꝛius cathezizari: qui debet ꝑ
baptiſmũ ad vitam ſpũalem regenerari. Patet cõcluſio
tam de adultis/q̄ de paruulis rõnis vſu carentibus au-
toꝛitate ⁊ rõne. Autoꝛitate xp̄i Mat. vlti. Euntes doce-
te oẽs gentes/baptizantes eos in nomĩe patris ⁊ filij ⁊
ſpũſſancti. Dicturus (baptizantes eos) p̄miſit: docete:
vt notetur ꝙ inſtructio fidei pꝛecedat baptiſmuʒ. Unde
Hugo. Docete: ad fidem ꝑtinet. baptizantes ad emũda-
tionem. Jtem Rabanus de inſtitutione clericoꝝ de ꝯſe.
diſt. iiij. Ante baptiſmũ. ait: Cathezizandi debet hominẽ
p̄uenire officium: vt fidei pꝛimũ cathecumin⁹ accipiat ru
dimentum. Jtem in eodem. Chꝛiſtus pꝛius ceci nati ocu
los luto ex ſputo facto ſuperliniuit: ⁊ ſic ad aquas ſiloe
miſit: quia pꝛius debet baptizandus de fide incarnatio-
nis xp̄i inſtrui: ⁊ ſic ad baptiſmũ iam credulus admitti:
vt ſciat cuius gratie in eo eſt particeps: ⁊ cui iaʒ debitoꝛ
fiat deinceps. Ratione ꝓbatur: quia diſpoſitio pꝛecede
re debet id ad qđ diſponit: ſed per cathecíſmũ cathecumi
nus diſponitur vt ſit magis idoneus ad baptiſmi ſuſce-
ptionem: ergo. Jtem ſpãliter quãtum ad adultos ꝓbat̃
concluſio poſt Duranduʒ ⁊ Pe. de palu. q: in baptiſmo
fit obligatio ad obſeruationeʒ fidei ⁊ eoꝝ que ad fidem
pertinẽt: ſed nullus debite obligatur ad aliquid niſi ſci-
ens ⁊ volens: ergo congruũ eſt ꝙ ea que ſunt fidei pꝛo-
ponãtur baptizando ſaltem in generali: vt ipſe pꝛofitea
baptiſma: quod probant per locū a ſimili per illud. c. de
conſe. diſt. iiij. qui bis. Sed aliter tenet Sco. vnde dicit:
Uniuerſaliter nulla pena canonica que non eſt inflicta
a papa

a papa condēte ius incurritur ipſo iure: nec ꝓpter argumē-
ta exponentiū cano. ſiue a ſimili: ſiue a cōtrario ſenſu eſt ali
quis aſtrict⁹ tali pena: qꝛ expoſitores pñt exponere ius con
ditū: nō aūt condere nouū per ſuas expoſitiones. Uñ Jn-
no. papa: cū feciſſet magnū opus exponēdo ius canonicū:
requiſitus ab alijs quale robur voluit illū tractatum habe
re: dixit ꝙ noluit ipm eſſe autēticum: ſed tātūmodo magi-
ſtralē. Cū ergo nō inueniat̄ in iure canonico expreſſa pena
irregularitatis inflicta ꝓ iteratione confirmationis: ſequit̄
ꝙ nō incurratur ipſo facto: ⁊ hoc maxime: qꝛ cōſtitutiones
penales ſunt reſtringēde nō ampliāde. Et cōfirmat̄ ex eo:
quia capitulū illud de cōſe. diſt. v. dictū. nullā penā infligit
epo iterū confirmanti: ſed nec ſuſcipiēti: niſi ꝙ ſoli deo ſub
habitu religionis vel clericali ipſum religioſiſſime famula
ri decretū eſt. Hoc aūt non innuit penā irregularitatis: ſed
magis eius oppoſitū: qꝛ famulari deo religioſiſſime in ha-
bitu ⁊c̄. eſt famulari deo in miniſterio ſacramentoꝝ/maxi-
Dub. 6. D me in euchariſtie celebratione. Hec Sco. diſt. pñti. ¶ Du-
bitat̄ ſexto: vtrū ſacramētū ꝯfirmationis ſit excellētius ba
ptiſmate ac ceteris ſacramētis. Pro cui⁹ ſolutione notādū/
ꝙ plura cōſiderant̄ in ſacramētis. ſ. res contēta: effectus: ⁊
hoc vel in collatione boni vel remotiōe mali. Significatio
ſtatus/in quo conſiſtit: et miniſter/qui diſpēſat. Et ſm̄ hoc
diuerſimode pñt adinuicē cōparari. Et ſm̄ diuerſas cōpa-
rationes habēt ſe vt excedētia ⁊ exceſſa: nā qđ ſm̄ vnā com
paratione excedit: ſm̄ aliā exceditur. Jgit̄ ſi fiat cōparatio
quoad cōtētum: euchariſtia eſt digniſſimū: qꝛ realiter et ve
re cōtinet gratiā ſubſtātialē ſiue effectū gratuitū: qui eſt ve
rū chriſti corpus ⁊ ſanguis deitati vniti: cetera nō cōtinent
realiter gratiā nec ſubſtātialē nec accidentalē. Si fiat cōpa
ratio quoad effectū quē operant̄ in ſuſcipiēte in collatione
boni: qđ eſt gratia gratū faciēs: hoc pōt fieri dupliciter vel
quātū ad effectū gratie: q̄ preciſe cōfert̄ virtute ſacramenti
cū excluſione gratie quā preſupponūt. grā exēpli: cetera ſa
cramēta preſupponūt baptiſmū/et ſic gratiā baptiſmalē: ⁊
addūt aliquē gradū gratie. Uel ſcđo quantū ad effectū gra
tie cū incluſione gratie quā preſupponūt. Primo mō excel
lit baptiſmus: ⁊ deinde penitētia: hec em̄ conferūt primam
gratiā: que eſt gratia viuificās: ꝑ quā cōſtituit̄ hō in eſſe ſpi
rituali. Cetera cōferūt gratiā perficientem. Nūc aūt maior
eſt gratia ꝑ quā res habet eſſe ſpūale ſimpliciter: ꝙ̄ illa pre
ciſe per quā habet bene eſſe. Si vero ſit cōparatio quantū
ad effectū gratie cū incluſione grē preſuppoſite: ſic confir-
matio ⁊ cetera ſacramēta excedūt baptiſmum: qꝛ maior eſt
gratia ꝑfecta/ꝙ̄ gratia perficiēda. Si fiat cōparatio quoad
remotionē mali: ſic excellētiſſimū eſt baptiſmi ſacramētū:
qđ tollit oēm culpā et penā. Et poſt hoc penitentia que tol
lit oēm culpā actualē/mortalē et venialē: licet nō omnē pe-
nā: qꝛ ꝙ̄uis perpetuā: nō tamē omnē penā tēporalē. Cetera
tm̄ culpam venialē et penā temporalē: licet nō oēm. Si fiat
comparatio quoad ſignificationem: ſic excedit matrimoni
um: quia expreſſius ſignificat incarnationem dñi/vnionē
ſcilȝ diuine nature et humane in verbo: que eſt digniſſimū
ſignificatū. Propter quod apl's dicit matrimoniū eſſe ma-
gnum ſacramentū: et hoc in chriſto ⁊ eccleſia. ad Ephe. v.
id eſt in ſignificando coniunctionē chriſti et eccleſie: que fa
cta eſt per incarnationē verbi. Si fit comparatio quoad ſta
tū in quo ſuſcipientē inſtituit: ſic ordo excellit: ſi penes mi-
niſtrū/ſic excellit confirmatio et ordo: que cōferuntur a ſo-
lis epis: cōparatio tamen que fit penes contentum et effe-
ctum eſt magis propria ſacramentis. Hec eſt ſentētia Aler.
Dub. 7. P et omniū ſequacium. ¶ Dubitatur ſeptimo de ſuſcipienti-
bus qui poſſunt hoc ſacramentū ſuſcipere/et quo etatis tē
pore. Reſpondetur/ꝙ oēs ſuſcipere poſſunt et debent qui
ſunt capaces effectus huius ſacramēti. Eſt aūt eius effect⁹
(vt patet ex dictis) perfectio gratie ⁊ ſanctiſpiritus ad ro-
bur pugnandi ⁊ confitendi fidem ⁊c̄. hoc aūt omnibus ba
ptizatis conuenit cuiuſcūꝙ fuerint ſexus/etatis/aut cōdi-
tionis. Cōuenit em̄ oibus vt in eis baptiſmalis gratia au-
geatur: quo maioris premij in beatitudine ſint participes.

Cōuenit etiā oibus roborari ad ferendū perſecutionē pre-
ſentē vel futurā: qꝛ oēs qui pie volūt viuere in chriſto ieſu:
perſecutionē patientur. ij. ad Timo. iij. Et ꝑ hoc nec mulie
res excludūtur: que apte ſunt ad pugnā ſpūalē. Nec pueri:
licet ante vſum rationis nō ſint in pugna: expectāt tm̄ futu-
rā: ⁊ cōgruit armari ante pugnā. Nec tranſeūtes: qꝛ in mor
te eſt pugna grauiſſima: et maxime neceſſariū eſt robur cō-
ſtātie in fide et charitate. Nec muti: qꝛ ſi nō verbo tm̄ opere
et nutu cōfiteri pñt fidē. Et per hoc vterꝙ effectus cōuenit
oibus baptizatis. Hinc de cōſe. diſ. v. oēs. Urbanus papa.
Omnes fideles ꝑ manus impoſitionē epoꝝ/ſpiritūſanctū
poſt baptiſmū accipere debēt: vt pleni chriſtiani inuenian-
tur: qꝛ cū ſpūſſanctus infundit̄: cor fidele ad prudentiam ⁊
cōſtātiam dilatat̄. Dilatat̄ habitualiter ꝑ habitū charitatis
(quo dat̄ ſpūſſanctus) infuſum. Concordat Pet. q. iiij. ar.
ij. ¶ Ex illo patet ꝙ ſacramētū cōfirmationis ſtatim poſt
baptiſmū dare cōgruit: nā ⁊ apoſtoli baptizātes continuo
per manuū impoſitionē confirmabāt: et eps baptizans ſta
tim cōfirmat: nec opus eſt vt infantes habeāt memoriā ac-
cepte confirmationis plus ꝙ̄ baptiſmatis: ſed ſufficit ꝙ cū
adoleuerint ex relatione patrinoꝝ vel alioꝝ ſe ſciant confir
matos: ad cauēdū iterationē huius ſacramēti: ⁊ hoc habe-
ri pōt ex. c. melchiadis pape/de cōſe. diſ. v. de his. vbi dicit.
Jta cōiūcta ſunt hec duo ſacramēta: vt abinuicē niſi morte
preueniēte/nullatenus pñt ſegregari: et vnū ſine altero ri
te perfici nō pōt. Deniꝙ qꝛ nō paruo glorie priuat̄ premio
qui ſine cōfirmationis ſacramēto decedit: illo. ſ. gradu glo
rie qui reſpōdet gratie cōfirmationis. Jdeo quātū fieri po
teſt: differēda nō eſt cōfirmatio etiā infantū: ne ſi nō confir
mati decederēt: tāto glorie gradu ꝑpetue ꝓuarent̄: vt vult
glo. in. c. vt ieiuni. de cōſe. diſt. v. Hinc dicit Hug. li. ij. de ſa-
cra. par. vij. c. iij. Ab hac vita ſine manus impoſitione. i. cō-
firmatione migrare oino periculoſum eſt. Debet etiā tra-
di hoc ſacramētum ⁊ ſuſcipi a ieiunis preuia cōfeſſione: vt
habet̄ de cōſe. diſt. v. vt ieiuni. ⁊. c. ſequē. qđ tm̄ conſilij eſt
et honeſtatis non precepti: vt dicūt doc. Excipiunt̄ tm̄ infir
mi et morte periclitātes: quib⁹ nō ieiunis tradēda eſt. Con
ſuetudo tm̄ habet ꝙ epo preſente ieiunis ⁊ nō ieiunis tradi
tur/ꝓpter raritatē epoꝝ cōfirmantiū. ¶ Ultimo dubitat̄: Dub. 8. Q
vtrū neceſſariū ſit in cōfirmatione ad cōfirmādū teneri ab
alio. Rñdetur: nō eſt neceſſariū neceſſitate ſacramēti: ſicut
nec in baptiſmate: qꝛ verū eſt ſacramentū ſi nullus teneat:
eſt tm̄ neceſſariū neceſſitate precepti. Statuit em̄ eccleſia ꝙ
cōfirmādus teneat̄ ab altero ꝓpter ſignificationē: vt oſtē-
dat̄ in ipſo impotētia ſtādi ꝑ ſe in tētationib⁹ ſine gratia cō
firmationis: qꝛ (vt dictū eſt) virtus ⁊ potētia ſtandi ſpūali
ter in pugna tētationū dat̄ in ꝯfirmatione: ſicut dicit Mel
chiades papa: in baptiſmate regeneramur ad vitā: poſt ba
ptiſmū cōfirmamur ad pugnā. de cōſe. diſt. v. Spūſſanct⁹.
Ex quo patet ꝙ nō cōfirmatus aliū ad cōfirmationē tene-
re nō debet. de cōſe. diſt. iiij. in baptiſmate. qm̄ nō eſt confir
matus (qꝛ ipſe impotēs eſt ad ſtandū) impotēs eſt ad aliū
tenēdum vel ſuſcipiendū. Qđ ſi fiat/nō cōtrahitur compa
ternitas: vt dicit glo. in. c. allega. ¶ Et nota ꝙ quilibet cō
firmatus pōt nō confirmatū tenere eiuſdē vel alteri⁹ ſexus:
excepto ꝙ vir vxorem ſuam: et vxor virum ſuum tenere nō
poteſt: nec parens prolem: quia ſic oriretur compaternitas
inter coniuges. Nec plures vnū tenere debent: vt in. c. non
plures. de cōſe. diſt. iiij. ſed vnus vnum. Conſonat Pal. q.
iiij. Et tantum de hac queſtione.

¶ De ſacramento euchariſtie. Diſtinctio. viij.

Oſt ſacramentū ba
ptiſmi ⁊c̄. Poſtꝙ̄ in precedētibus diſtin. ma
giſter egit de ſacramēto baptiſmatis/quo da
tur gratia viuificās eccleſiā catholicā intrāti
bus: ac de ſacramēto cōfirmationis/quo gratia roboratur
ad pugnā ꝓgrediētibus: cōſequēter in ſex diſt. ſequētib⁹ de
terminat de ſacramēto euchariſtie: ꝑ qđ gratia roborata nu
trit̄ ⁊ cōſummat̄ ꝑficiētibus: ordine quo ſequitur. Primo

agit de eucհariſtie materia/forma/re et ſacramēto.diſt.pre
ſenti.Scđo de diuerſo mādu catio nis modo.diſ.ix. Tertio
de reali cõtinētia chriſti ſub ſacramētalibus ſpeciebus non
tanꝙ̃ in ſigno.diſt.x. Quarto de modo exiſtentie corporis
chriſti ⁊ panis in ipm cõuerſione.diſt.xj. Quinto de ſpecie
rū corpus chriſti cõtinentiū ſubſiſtentia/fractione ⁊ partiū
ſignificatione.diſt.xij. Sexto de miniſtri ipm ſacramētū cõ
ficiētis idoneitate.diſt.xiij. ¶ Sentētia aūt preſentis diſt.
viij.in tribus cõcluſionibꝰ colligi põt:que ſequunt̃. ¶ Pri
ma.Sacramentum dñici corporis ⁊ ſanguinis:qđ euchari
ſtia.i.bona gratia dr̃:ſicut per rubrū mare baptiſmus:ita ꝑ
māna deſerti: qđ tm̄ eucհariſtia excellit ſublimiter: tāꝙ̃ per
oblationē melchiſedech figurat̃. ¶ Scđa. Chriſtus ſacra-
mentū eucհariſtie ſub certis materia ⁊ forma poſt cenā vl-
timā inſtituit:qđ tm̄ a ieiunis ſumi debere eccleſia rõnabi-
liter ordinauit. ¶ Tertia. In eucհariſtia ſpecies ſeu forma
panis et vini eſt ſacramentū tm̄:ſacramentū vero et res eſt
corpus chriſti verū:res tm̄ ⁊ nõ ſacramentū:eiuſdē corpus
myſticū . Quarū intellectū textus diffuſius manifeſtat: qꝛ
materiā ſacroſancte eucհariſtie ſacramēti in expoſitione ca
nonis olim in tubingeñ.gymnaſio editi ⁊ ordinarie lecti/la
tius vtcūꝫ potui ex varijs collegi. Idcirco hic breuiꝰ pro-
cedā/frequenter ad dictā canonis expoſitionē tractanda re
miſſurus. ¶ In hac ergo diſt.de tribus ꝑ̃ncipaliter eſt que
rēdum iuxta materias trium concluſionū premiſſarū. Pri-
mo de ſacramēto eucհariſtie quantū ad rationē ſacramen-
ti et eius inſtitutionē. Scđo quātum ad eius prefiguratio-
nē. Tertio quantū ad eius integritatē/formā.ſ.et materiā/
rem et ſacramentum. Circa primum queritur.

Queſtio.j.

A Trū eucհariſtia no
ue legis ſacramētū cõuenīēter fuerit a chriſto
poſt cenā vltimā inſtitutū. ¶ Solitū proceſ-
ſum ſeruās/tribus articulis.q.preſentē abſol
uā: quoꝝ primus ſuppoſitū:ſcđs queſitū reſpiciet: tertius
Artic̃. 1. dubia mouēda breuiter abſoluet. ¶ Quātū ad primū arti
Nota. 1. culū notādū ꝙ eucհariſtia ſic põt diffiniri. Eucհariſtia eſt
ſpecies panis vel vini/ corpus chriſti ⁊ ſanguinē virtute ſa
cerdotalis cõſecrationis vere ⁊ realiter cõtinēs. Dicit̃ ſpe-
cies: per qđ intelliguntur accidētia ſenſibilia/color/ſapor/
odor/humor/calor/ pondus et ſimilia. Et addit̃ panis vel
vini:qꝛ ſub eis vel alijs qbꝰ ille ſucceſſerūt fuit ſubſtātia pa
nis vel vini. ¶ Ex illo ſequit̃ ꝙ eucհariſtia nõ eſt res ſim-
pliciter vna: qꝛ eſt realiter oīa illa accidētia ſub quibus an
te cõſecrationē fuit ſubſtātia panis vel vini. Vel que ſucceſ
ſerūt accidētibus ſub quibꝰ fuit ſubſtātia panis ⁊ vini:vt ſi
ſiat trāſmutatio aliqua accidētiū/ puta caloris aut frigidi-
tatis:vel etiā coloris poſt cõſecrationē:ſub qbus tamē mā
ſiſſet ſubſtātia panis vel vini: ſi nõ fuiſſet facta cõſecratio:
ille ſpecies prioribꝰ tranſmutatis ſuccedētes eſſent euchari
ſtia:licet ſub illis nõ fuerat ſubſtātia panis ⁊ vini. ¶ Secū
do ſequit̃ ꝙ ſacramētū eucհariſtie nõ eſt actio quedā trāſi-
ens ſicut cetera ſacramenta: ſed eſt res permanēs.ſ.illa acci
dētia panis et vini poſt cõſecrationē remanētia. ¶ Tertio
ſequit̃ ꝙ ſacerdotalis cõſecratio eucհariſtie nõ eſt eucհari-
ſtia:qꝛ trāſit:et illa nõ cõtinet realiter chriſtū: ſed eſt via ad
ſacramētū eucհariſtie:nā per ipſam cõſecrationē corpꝰ chri
ſti ⁊ ſanguis incipit eſſe ſub ſpeciebꝰ:⁊ ideo addit̃:virtute
ſacerdotalis ꝯſecrationis:qꝛ ſine illa preuia nõ eſſet ibi cor
pus chriſti. Dicit̃ corpus chriſti ⁊ ſanguinē realiter ꝯtinēs:
et in hoc includit̃ materia/forma/intentio requiſite ad eſſe
vel fieri huius ſacramēti:nā quicquid hoꝝ deficit nõ conti
netur realiter corpus chriſti et ſanguis. Dicitur etiā panis
vel vini disiunctim ⁊ nõ copulatim:qꝛ tā ſpecies panis ſine
ſpeciebus vini:ꝙ̃ vini ſine ſpeciebꝰ panis ſunt eucհariſtia:
qꝛ vtreꝫ continēt totū chriſtū. Etiā cõiūctim nõ plus cõti-
nēt ꝙ̃ altere ſole. Utrū aūt ꝓpter ſpecierū panis et vini di-
Cõclꝰo ſtinctionē debeāt dici vnū ſacramentū vel plura:dicetur in
B dubijs. ¶ Hac diffinitione premiſſa eſt hec ꝯcluſio ad ſup
poſitū reſpõſiua. Eucհariſtia eſt ſacramentū principale le-
gis noue ⁊ euāgelice. ¶ Qđ ſit ſacramētū probat̃ ex diffi-
nitione ſacramenti.ſ̄.diſt.j q.j.qꝛ eſt ſignū ſenſibile ex inſti
tutione diuina effectū gratuitū efficaciter ſignificās. Sunt
enī ſpecies panis ⁊ vini ſignū ſignificās tā ex naturali ſimi
litudine ꝙ̃ inſtitutione diuina effectū gratuitum duplicē.ſ.
gratiā ſubſtātialē ⁊ accidentalē:ſubſtātialē principaliter:q̃
eſt corpus chriſti verū qđ realiter cõtinet̃ ſub ſpeciebꝰ. Re
preſentāt aūt ſpecies rõne panis cuius fuerūt vel vini. Si-
cut enī panis ex multis granis : et vinū ex multis racemis
cõficitur et confluit:ſic corpꝰ chriſti verū ex multis mēbris:
et corpus chriſti myſticū ex multis fidelibus ꝑſonis. ¶ Et
licet ſit maior diſſimilitudo inter corpus chriſti tā verum ꝙ̃
myſticū:et panē aut vinū ꝙ̃ ſimilitudo:ſufficit tm̄ aliqualis
ſimilitudo ad ſignificādū et maxime in ꝓpoſito:nā ſpecies
ille magis ſignificāt ex diuina inſtitutione/ꝙ̃ ex naturali ſi
militudine. Significāt etiā gratiā accidētalē:que digne ſu
mēti in vſu.i.ſumptione huius ſacramēti cõfert̃: qꝛ ſicut ꝑ
panē et vinū corpus reficit̃ et nutrit̃:ita per gratiā vita aie
cõſeruatur ⁊ fouetur. Iſta tm̄ ſignificatio gratie ſumēti col
late nõ eſt principalis ſed aduēticia:qꝛ eucհariſtia eſt ſacra
mentū verū etiā ſi nõ ſumeretur;licet ad ſumptionē ſit ordi
natū. Significāt etiā ſpecies ille efficaciter corpus verū:qꝛ
cõcurrūt ad preſentiam corporis chriſti ſub eis cõtēti tanꝙ̃
cauſe ſine qua nõ certitudinaliter ex aſſiſtētia diuina: q̇ pa-
ctus eſt cū eccleſia ſemper exhibere ſuam preſentiā:his ſpe
ciebus rite cõſecratis:ſicut.ſ̄.dictū eſt de alijs ſacramentis
in generali.q.j. ¶ Qđ aūt ſit ſacramentū principale patet: C
qꝛ eſt ſimpliciter digniſſimū ⁊ excellētiſſimū ſacramentoꝝ.
Excedit enī alia (vt dicit Sco.diſt.preſenti.q.j.)ſpecialiter
in quattuor:in ſignificādo:in ſignificato:in cõtinēdo ⁊ cõ-
tinēdi modo. In ſignificando:qꝛ certius ſignificat alijs ſa
cramētis:alia enī certe ſignificāt quātū eſt ex ſe: tm̄ qñꝫ nõ
habēt effectū ꝓpter indiſpoſitionē ſuſcipiētis: qꝛ effectum
nõ habēt niſi in ſuſcipiēte. Iſtud aūt nūꝙ̃ caret ſuo ſignifi-
cato.ſ.preſentia corporis chriſti:nec põt impediri ꝑ maliciā
cõſecrātis:nec ꝑ indiſpoſitionē ſuſcipiētis:qꝛ habet effectū
ſuū nõ ſolū in ſuſcipiēte: ſed extra in ſpeciebus illis in pixi-
de reſeruatis. In ſignificato:qꝛ alia ſignificāt gratiā accidē
talē ⁊ creatā:iſtud ſignificat gratiā ſubſtātialē increatam ⁊
gratie ceteroꝝ ſacramētoꝝ creatricē:qꝛ chriſtū fontē gratia
rū. In cõtinēdo:qꝛ alia ſacramēta nõ cõtinēt qđ ſignificāt:
qꝛ gratia nõ eſt formaliter in ſacramētis ceteris:ſed in ſuſci
pientibus ſacramēta:iſtud aūt in ſe realiter continet gratiā
ſubſtātialem quā ſignificat. In modo cõtinēdi:qꝛ cetera ſa-
cramēta nõ continēt gratiā niſi in vſu/ſicut non ſunt niſi in
vſu:iſtud aūt continet permanēter etiā ante vſum: vt ex di
ctis patet. ¶ Eſt etiā principale ſacramentum:qꝛ oīs deuo
tio eccleſie eſt in ordine ad hoc ſacramētum: ꝓpter hoc enī
clericꝰ cū maiori diligentia ꝑſoluit officiū diuinū. Propter
hoc populus deuotiꝰ audit miſſam ꝙ̃ quodcūꝫ aliud offi
ciū eccleſiaſticū. Propter hoc etiā ſinguli diligētius ꝯfluūt
ad ſacramētum penitētie: dū iuxta eccleſie ordinationē/vo
lunt ſaltē ſemel in anno cõmunicare. Et hec de articulo pri Artic̃.2.
mo. ¶ Quātū ad ſcđm de tp̄e inſtitutionis huius ſacramē D
ti fuit altercatio inter grecos ⁊ latinos. Nõ quidem de hoc
ꝙ poſt cenā vltimā dñs inſtituit: in hoc enī cõcordant: ſed
quota die mēſis cena dñi celebrata ſit:diſcordabāt:dicenti-
bus grecis ꝙ dñs.xiiij. luna paſſus eſt: et ideo tāꝙ̃ preſciꝰ
ſue paſſionis cenā anticipauit:⁊ eā.xiij.luna celebrauit. Et
ad defendendū illū errorē/plures alios errores inciderūt:
vt diffuſe tractatū eſt in expoſitione cano. lec.xxxiiij. q̄ hic
nõ repeto ex cauſa dicta. ¶ Illo premiſſo eſt ꝯcluſio reſpõ Conclꝰo.
ſalis ad hūc articulū. Eucհariſtie ſacramētū poſt agni paſ-
chalis eſum/fuit a chriſto in ipſa cena vltima luna.xiiij.pri-
ma die azymoꝝ inſtitutū. Probat̃ cõcluſio: qꝛ Mat.xxvj.
dicit̃. Prima die azymoꝝ acceſſerunt diſcipuli ad ieſum/di
cētes:vbi vis paremus tibi comedere paſcha ⁊c̃.ꝑut diffu Artic̃.3.
ſe loco allegato deducit̃. ¶ Quātū ad tertiū articulū:du- Dub. 1.
bitat̃ de noibus huiꝰ ſacramēti ⁊ noīm rõnibus. Rñdetur E

poſt ſanctū Tho.diſt.preſentis.q.j.ar.iij.ꝙ ſacramētū illud nominatur euchariſtia/ſacrificiū vel hoſtia/ſinaxis et viaticum:non quin ſignificata per hec nomina etiā alijs cōuenire poſſint:nam per omnia ſacramēta cōfert̄ bona gratia: in omnib⁹ etiā aliquid offert̄ deo:⁊ omnia virtutē habēt ex ſacrificio/quo ſe chriſt⁹ obtulit in cruce. Itē per omnia confertur gratia in qua cōmunicāt omnes fideles non reprobi. Similiter omnia nos reficiūt:⁊ viatorib⁹ tm̄ dant̄:vt perueniāt ad patriā. Sed huic ſacramēto cōueniūt ꝑ antonomaſiā et excellentiā: iō hoc ſacramētū primū dicit̄ euchariſtia: ab eu quod eſt bonū:⁊ charis gratia/quaſi bona gratia:q: excellēter per ipſum nō ſolū preſtat̄:gratia: ſed etiā cōtinet̄ fons gratiarū. ¶ Dicit̄ ⁊ ſacrificiū vel hoſtia:q: eſt ſimpliciter inſtitutū in memoriā ſummi ſacrificij in cruce oblati: ⁊ idē ſacrificiū continet:⁊ per ipſum iterū fili⁹ patri offert̄/ ⁊ ſacrificij fructus ſuſcipiēti applicat̄. Dicit̄ ſinaxis.i.cōmunio:q: per ipſum cōmunicāt omnes fideles ſumētes nedū in eadē gratia ſpecie ſed in eadē numero:quia ab omnibus idem chriſt⁹ numero ſumit̄. Dicit̄ ⁊ viaticū:non ſolū q: tm̄ viatorib⁹ dat̄:ſed q: a chriſto iam eūte ad patrē datū eſt:et q: principaliter dat̄ tranſeuntibus ex hoc mūdo ad patriā/ tāꝗ̄ cibus cōfortans et deducēs ad mōtē dei beatitudinis: vt fuit figuratū per panē ſubcinericiū datū helie: in cuius fortitudine ambulauit ad mōtē dei oreb.iij.Reg.xix. Conſonat Pal.q.j.diſt.preſentis. Preter tn̄ illa noīa habet hec ꝓpria:quib⁹ dicit̄ panis vite:panis angelorū:et ſacramētū corporis ⁊ ſanguinis chriſti. Et alijs diuerſis reſpectib⁹ plura alia noīa ſibi attribuūtur in ordine ad fructus quos operat̄:et finē quo cōducit:⁊ originē vn̄ ꝓcedit. Unde d: celeſte eduliū:antidotū ſpūalis vite:mirabiliū memoriale:arra aīe:dotaliciū ſpōſe: et ſic de alijs: de quib⁹ late tractatur
Dub.2. F lec.lxxxv.⁊.lxxxvj.in cano.expo. ¶ Scōm dubiū. Utrū cōſideratio euchariſtie ſit ꝓprie ſacramentū. Qḋ ſic videt̄ ex diffinitione ſacramēti: q: eſt ſignū ſenſibile ⁊ efficax gratie ſiue effect⁹ gratuiti.ſ. corporis chriſti ſub ſpeciebus cōtēti: et hoc ex diuina inſtitutiōe:ergo:nā tota diffinitio ſacramēti ſibi cōuenit. Itē ex diuina inſtitutione habet determinatā materiā:et determinatā formā:determinatūq̄ miniſtrū: intētionē debitā:⁊ effectū gratuitū certiſſimū ex opere operato. Et illa ſufficiūt ad ſacramentū ꝓprie dictū. In oppoſitū eſt:q: tūc eſſent plura ſacramenta ꝗ̄ ſeptē:nā preter illa cōiter numerata/baptiſmū/confirmationē ⁊c̄. eſſet cōſecratio euchariſtie. ¶ Pro dubij ſolutione notādum/ꝙ vt patet ex diffinitione euchariſtie:cōſecratio realiter diſtinguit̄ ab euchariſtia: nā cōſecratio eſt quid ſucceſſiuū.ſ. prolatio verborū ſuꝑ debita materia ⁊c̄.ſed euchariſtia eſt quid ꝑmanēs poſt ꝓlationē verborū:q: ſpecies panis ⁊ vini:que etiā fuerūt ante cōſecrationē: licet ante cōſecrationē nō fuerunt euchariſtia neq̄ ſacramētū:de hoc in cano.lec.xxxviij.vn̄ in locutionibus de hoc ſacramēto caute attēdēdū eſt/quid de euchariſtia:q̄d de cōſecratione intelligat̄ ſeu dicat̄: ne vnū pro alio accipiat̄:vt cū querit̄ de materia ⁊ forma:aliud eſt querere de materia ꝯſecrationis/et aliud de materia euchariſtie.ſic cū loquimur de vſu hui⁹ ſacramēti:aliud eſt loqui de vſu cōſecrationis:qui nō diſtinguit̄ a cōſecratione:ſicut nec vſus baptiſmi a baptiſmo:nā vtrunq̄ eſt lotio facta in aquis ⁊c̄. ſic vſus cōſecrationis eſt ipſa cōſecratio: q: nihil aliud eſt niſi ꝓlatio verborū. Et aliud de vſu euchariſtie:hic em̄ eſt perceptio ſeu ſumptio euchariſtie. Et vſus conſecrationis ſeu cōſecratio via d: ad ſacramentū:vt dicit Sco.q: in termino ꝓlationis verborū incipiūt ſpecies eſſe ſacramētū. Uſus aūt ſacramēti qui eſt ei⁹ ꝑceptio eſt via qua ſacramētū applicat̄ mēbro eccleſie:⁊ eſt via ad nō eſſe ſacramenti:et ad eſſe gratie gratū faciētis:que dat̄ ſuſcipienti. Et q: tā cōſecratio ꝗ̄ ꝑceptio ordinat̄ ad hoc ſacramētū vel ipm preſupponit:ideo cōſecratio nominat̄ a doc.q̄d ſacramētale:q: requiſitū ad eſſe ſacramēti. Et ſumptio ei⁹ d: actus ſacramētalis:q: ad hūc actū ſacramentū ordinat̄. Sed ad dubiū cū timore rn̄deo:q: nō legi illud a doc.deciſuꝫ:nō itaq̄ aſſerēdo;ſed tāꝗ̄ examinandū corrigēdūq̄ peritiorib⁹ offero. Cōſecratio euchariſtie eſt ſacramētū ꝓprie:q: oēs diffinitiones ſacramēti date a ſctis ⁊ doc.ſ̄.diſt.j.q.j.poſite ſibi cōueniūt. Eſt ſignū viſibile.i.ſenſibile/inuiſibilis gr̄e:cui⁹ ſimilitudinē gerit ⁊ cā exiſtit/exponendo eā vt expoſita eſt. Et probat̄ idē rōne ante oppoſitū:niſi em̄ dētur alie diffinitiones ꝗ̄ magiſtri. Hug. Augu. Sco.et aliorū ſacramēta noue legis deſcribētiū:nihil inuenio qḋ nō cōueniat conſecrationi. Et de quo predicabitur diffinitio:de illo et diffinitū.
¶ Sed q̄d de vſu ſacramēti.ſ.ei⁹ ꝑceptione. Videt̄ ſimiliter dicendū ex eiſdē motiuis:nā iſta ꝑceptio ſacramenti eſt quoddā ſignū ſignificās gratiā ad ſpūalē nutritionē ſuſcipienti collatā ex oꝑe operato: ⁊ hoc ex inſtitutione diuina: de⁹ em̄ inſtituēs ꝙ hac ꝑceptione ſacramēti ꝑcipiēs ſpūaliter nutriat̄ ꝑ gr̄e augmentū: dedit ipſi ſumptioni ſignificationē: ſic in hoc inſtituit baptiſmū ad ſignificādū gratiā regenerātē: q: inſtituit ipm ad cōferendū hmōi gratiā eo modo quo ſacramēta cōferūt gratiā. Hec aūt difficultas nō habet locū in alijs ſacramētis:q: in eis nō diſtinguit̄ ſacramētū ab vſu ſacramēti:q̄ eſt ei⁹ ꝑceptio. ¶ Sed ad rōnē in oppoſitū d:/ꝙ in veritate ⁊ ſimpliciter loquēdo plura ſunt ſacramēta ꝗ̄ ſeptē:vt patet de ſacramento ordinis: qḋ ſub ſe cōtinet ſeptē vel octo ſacramēta a ſeipſis diſtincta:ſic ⁊ ſpecies panis ⁊ ſpecies vini:vt.j.q.iij.dicet̄:ſꝫ illa ſacramēta q̄ ad idē ordinant̄:lꝫ in ſe ſint plura:dicunt̄ tn̄ aggregatione et ordine ad eūdē finē ꝓximū vnū ſacramētū. Sic q: conſecratio euchariſtie/euchariſtia ⁊ ſumptio ei⁹ ordinantur ad ſpūalē hoīs nutritionē: habent̄ ſeu numerant̄ ꝓ vno ſacramēto. ¶ Tertio dubitat̄ de cauſis cōgruētie inſtitutionis. Dub.3. D
Ad hoc d: ꝙ tot p̄nt reddi cauſe cōgruitatis (nulla em̄ eſt cauſa neceſſitatis:q: de⁹ nihil ad extra neceſſario agit) quot ſunt ei⁹ fruct⁹. Sunt aūt illi duo in genere. Un⁹ p̄ſtatio cōuenietis nutrimenti aīe ad vitā ꝑ baptiſmū regenerati. Secūdus ordinatio cōuenietis placamēti iudicis ⁊ ſatiſfactio ꝓ penis ꝓ pctō debitis. Primū cōuenit ſacramēto vt eſt cibus aīe vitalis:ſcōm vt eſt ſacrificiū ⁊ hoſtia ꝓ pctis. Quibus adiūgunt̄ ⁊ alie:vt inuitatio ad guſtū diuinitatis:excitatio ad chriſti reuerētiam et deuotionē:vt dictū eſt in ar.j. hec autē reducūtur ad ſpūaliū nutritionem. Itē paſſionis chriſti cōmemoratio:et quotidianorū pctōrū ablatio. Et hec reducunt̄ ad ſacrificij efficaciā. Itē figurarū et ſcripture impletio:⁊ vtriuſq̄ appropriata ſignificatio: ⁊ ad vtraq̄ premiſſa reducunt̄.ſ.ad rōnē cibi ⁊ ad rōnē ſacrificij. Et de his in genere habes lec.xxxv.et ī ſpecie lati⁹ lec.lxxxv.⁊.lxxxvj. Quare aūt ſub illis ſpecieb⁹ inſtitutū eſt/quere vbi.ſ̄.lec.
xxxv. ¶ Quare aūt poſt cenā vltimā īmediate ante paſſionē inſtitutū ſit:btūs Tho.ponit quattuor rōnes:⁊ cōſonat I
Pal.q.j.ar.iij. Prima:q: ad ꝑfectionē eccleſie congruebat ꝙ caput ei realiter cōiūgeret̄. Et ideo ꝗ̄diu ſub ꝓpria ſpecie cū hoīb⁹ cōuerſatus eſt: nō oportebat hoc ſacramētū inſtitui. Sed qn̄ ei⁹ corporalis preſentia ſubtrahenda erat:vt tāgit̄ in littera: nec tn̄ iō ante xp̄i incarnationē in veteri teſtamēto inſtituēdū erat: q: nōdū erat corpus xp̄i in naturali cōſiſtētia:q̄ precedit ei⁹ cōſiſtentiā in ſacramēto. Scḋa rō: q: veritas ſequi debet figurationē:⁊ adueniēte veritate ceſſare debet figura. Chriſt⁹ autē legalia ſeruare voluit ꝗ̄diu fuit in terra:q: fact⁹ ſub lege:vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret. Et iō poſt vltimā cenā (q̄ figurā in comeſtione paſchalis agni q̄ fuit figura hui⁹ ſacramēti terminauit) inſtitui debuit:tūc em̄ figure ac legalia terminānda erāt. Tertia rō eſt q: hoc ſacramētū eſt memoriale dn̄ice paſſionis:⁊ ideo cōgrue paſſione iā imminēte inſtituit̄/et cōueniētius ꝗ̄ poſt: q: diſcipuli magis afficiebant̄ ad ipm/paſſione iā imminēte/ꝗ̄ poſt paſſionē peractā propter gaudiū reſurrectionis. Quarta rō:q: cū hoc ſacramētū frequētādū erat:iō vltimo iā dn̄o recedēte tradit̄:vt ſic arctius memorie imprimeret̄. Et q: eſt precipuū amoris ſignū: iō in receſſu amici debuit inſtitui;dū maior motus dilectionis ſentit̄. Principalis tn̄ rō eſt diuina volūtas:cui placuit tūc inſtituere:et q: ſic placuit:bene et congrue inſtitutum fuit;voluntatis enim diuine prior cauſa querenda non eſt.

Queſtio.ij.

A Ecundo queritur
vtrū cū figurarū pꝛecedentiū pluralitate
ſaluetur vnitas ſacramenti euchariſtie.
¶ Moꝛe ſolito trib⁹ articulis termina-
bitur hec queſtio: ſcꝫ notabiliū pꝛemiſſio
Artic. 1. ne: concluſionū aſſertione: ⁊ dubioꝝ ſolutione. ¶ Quoad
Nota. 1. pꝛimū notādū ſm ſanctū Bonauē.q.j. hui⁹ diſt. duplici ra-
tione/ſacramēta pꝛefigurant.ſ.rōne ſue dignitatis: et rōne
difficultatis. Figura em̄ atteſtat dignitati figurati. Quo
em̄ res digniOꝛ: eo magis eā cōgruit pꝛefigurari: vt ſic pꝛe-
currētibus figuris famoſioꝛ fieret ei⁹ dignitas. Sic quo ali
quid difficilius credit: eo magis indiget figurarū manudu
ctione: quibus hoīes aſſueſiāt ad credendū. Et licet oīa ſa
cramēta aliquo modo in lege fuerūt pꝛefigurata: iſta tamē
duo baptiſm⁹ ⁊ euchariſtia pꝛecipue pꝛefigurari debuerūt:
tū ꝓpter difficultatē in credendo: que eſt in baptiſmo: q̄ eſt
pꝛimū ſacramētū ⁊ fidei ianua. In euchariſtia ꝓpter plura
miracula. Tū ꝓpter dignitatē que eſt in baptiſmo pꝛopter
efficaciā. In euchariſtia ꝓpter cōtinētiā. Tū ꝓpter eccleſie
vnitatē: in baptiſmo quātū ad inchoationē: in euchariſtia
quātū ad cōſummationē. Vel in baptiſmo quātū ad ſigna
culū chꝛiſtianitatis: in euchariſtia quātū ad cultū diuinita
Nota. 2. tis. ¶ Scḋo notādū/ꝙ quāto maioꝛ eſt ꝑfectio figurati et
figurarū imꝑfectio: tāto plurib⁹ figuris op⁹ eſt: vt plenius
figurati ꝑfectio aperiat. Unde cū venerabilis euchariſtia
ſit oīm ſacramētoꝝ ꝑfectiſſimū: ideo pluribus ac multipli-
cibus figuris eſt figuratū: et quātū ad materiā et quātū ad
cōtentū: quantū ad rē tm̄: et quantū ad effectū: vt habet in
pe. vbi. s̄. De cuius latiſſima ꝓſecutione vide lec.lv. in qua
plurime figure quantū ad oīa pꝛefata cū ſuis rōnibus colli
Nota. 3. gūtur. ¶ Tertio notandū ꝙ licet plures ſint hui⁹ ſacramē
B ti figure: magiſter tñ ex illis oībus elegit quattuoꝛ: quas cō
memoꝛat tāq̄ magis pꝛincipales: ſcꝫ māna: agnū paſchalē:
oblationē melchiſedech: ⁊ effluxū ſanguinis de chꝛiſti late-
re. Et hoc quātū ad leges: et quātū ad figurata que in hoc
ſacramēto vel ſunt realiter vel ſignificant ꝑ ipm̄. ¶ Quo-
ad leges: nā ī lege nature fuit figura oblatio melchiſedech
In lege moyſi agn⁹ ⁊ māna. In lege gratie/ſanguis fluēs
de chꝛiſti latere. ¶ Quātū ad figurata: nā in hoc eſt viſibi
lis foꝛma/ſpecies videlꝫ panis ⁊ vini: ⁊ hoc figurat ī obla
tione melchiſedech/ qui panē ⁊ vinū obtulit. Geneſ.xiiij.
Eſt et res contēta.ſ. coꝛpus chꝛiſti verū: et hec in agno paſ-
chali figurat: qui ſua oblatiōe et ſanguine fuſo quo poſtes
et ſuperliminaria domus liniebant: ⁊ ſic a ꝑcuſſoꝛe angelo
liberabātur. Exo.xij. Sic coꝛpus chꝛiſti in cruce oblatū ſuo
ſanguine nos liberauit ab angelo exterminatoꝛe. ¶ Eſt et
res ſignificata et nō contēta.ſ. coꝛpus chꝛiſti myſticū qḋ eſt
eccleſia: ⁊ hoc pꝛefigurabat in māna: nā māna erat tanq̄ ſe
men coꝛiandri: qḋ collectū ⁊ cōtuſum coquebat in panes:
vt habet Exo.xvj. Eſt etiā ibi virtus ⁊ efficacia: ⁊ figurata
eſt in effluxu ſanguinis de latere chꝛiſti. Illud tñ vltimum:
vt dicit ſctūs Bonauē. magis tenet rōne cauſe: tenet tñ eti
am rationē figure penſatis circūſtātijs.ſ. ꝙ de paſſo ⁊ moꝛ-
tuo pꝛofluxit ſanguis et aqua. vñ Augu. ſuꝑ illud ad Eph.
v. Sacramentū hoc magnū eſt: ego aūt dico in chꝛiſto ⁊ in
eccleſia. dicit: Doꝛmit adā vt fiat eua: moꝛit chꝛiſtus vt fiat
eccleſia. Doꝛmiēte adā fit eua de latere: doꝛmiētis chꝛiſti ꝑ-
cutit latus ⁊ pꝛofluūt ſacramēta: quib⁹ foꝛmat eccleſia. Iō
aūt magis dicunt fluxiſſe de latere/q̄ de pedibus vel mani
bus ꝓpter cōuenientiā in ſignificādo: q: ſimul ꝓfluxit ſan-
guis ⁊ aqua ⁊ de moꝛtuo. ſanguis in redēptionis pꝛeciū: ⁊
aqua in lauacrū: que virtutē ſoꝛtiūtur ex moꝛte chꝛiſti. Sūt
et alie applicationes harū quattuoꝛ figurarū: que habētur
Not. 4. in expoſitione cano. loco allega. ¶ Quarto notandum/ꝙ
C vnū multipliciter. v. ⁊. x. Meta. accipit. Uno modo ꝓpꝛijſ
ſime/vt dicit vnitatē indiuiſibilitatis: et hoc modo nullum
diuiſibile eſt vnū: ſed ſolū indiuiſibilia: vt deus/angelus/
aīa. Alio modo accipit ꝓpꝛie/vt dicit vnitatē cōpoſitiōis;
et ſic homo et cōpoſita ſubſtātialia dicūtur vnum. Tertio
mō impꝛopꝛie/vt dicit vnitatē aggregationis vel collectio
nis: quō multa ſeparata abinuicē loco ⁊ ſubiecto dicuntur
vnū: vt vnus populus/vnus cumulus: ⁊ illi modi nō ſunt
ad ꝓpoſitū. ¶ Sꝫ adhuc accipit quinq̄ modis ad noſtrū
pꝛopoſitū. Uno modo vt dicit vnitatē ſacramēti: et ſic que
cūq̄ requirunt ad cōſtitutionē ſacramēti: ſine quib⁹ nō eēt
ſacramentū dicūtur vnū ſacramētum. Scḋo modo vt dicit
vnitatē ſignificationis: et ſic multa idē ſignificātia: vel ad
idē ſignificandū oꝛdinata/dicūtur vnū ſignificans. Tertio
modo vnitatē cōtinētie: ſic dicūtur idē que idem continēt.
Quarto modo vnitatē effectus: ſic vnū dicūtur que idem
efficiūt. Quinto modo vnitatē oꝛdinis ſeu finis: ſic vnum
dicūtur que ad idē oꝛdinant tanq̄ ad finē. Et hec de articu
lo pꝛimo. ¶ Quātū ad ſcḋm articulū eſt hec pꝛima conclu- Arti. 2.
ſio. Scḋm diuerſas cōſiderationes ſacramenti euchariſtie Cōcl. 1.
pꝛeceſſerūt figure multiplices in oī lege. Patet concluſio: D
q: alijs figuris pꝛefiguratū eſt cōſideratū vt cibus: alijs vt
hoſtia vel ſacrificiū: alijs vt ſalutariū effectuū operatiuū:
ꝓut hec late declarata ſunt lec.lv. in expoſitione ſacri cano
nis. Qḋ etiā alie pꝛeceſſerūt figure in lege naturali: alie in
lege moyſaica: et alie in lege grē: iā dictū eſt in articulo pꝛi-
mo. ¶ Scḋa cōcluſio. Sicut ſpecies panis et ſpecies vini Cōcl. 2.
non ſunt vnū ꝑ ſe ſimpliciter ⁊ ꝓpꝛie: ita nec ſunt vnū ſacra
menti vnitate. Pꝛima pars eſt manifeſta: q: nō ſunt vnū in
diuiſibile: nec cōpoſitū per ſe vnū: ſed accidētia plura inter
ſe realiter diſtincta: puta coloꝛ/ſapoꝛ ⁊c̄. Scḋa pars pꝛoba
tur: q: ſpecies panis ſine ſpecieb⁹ vini ſunt ſacramētū: alio
quin laicus cōmunicās nō acciperet ſacramētū. Similiter
ſpecies vini ſine ſpecieb⁹ panis ſunt ſacramentū: alioquin
ſumpto ſacramēto ſub ſpeciebus panis: ſpecies vini in cali
ce nō eſſent ſacramētū: que patēt eſſe falſa: et ꝑ ꝯñs nō ſunt
vnū ſacramētū vnitate ſacramēti: eo ꝙ vtreq̄ ſpecies tā pa
nis/q̄ vini ſole ſunt verū ſacramētum. ¶ Tertia cōcluſio. Cōcl. 3.
Licet ſpecies panis et vini nō ſint vnū ſacramentū vnitate
ſignificati ⁊ ꝯtēti per ſe ⁊ pꝛimo modo: ſunt tñ vnū vtroq̄
modo loquēdo de totali ſignificato ⁊ cōtēto. Pꝛimū patꝫ:
q: ſpecies panis/et ſpecies vini habēt diuerſa/et nō vnū ſi
gnificatū ⁊ cōtentū ꝑ ſe ⁊ pꝛimo. Nā ſignificatū per ſe ⁊ pꝛi
mo/ſpecierū panis/eſt coꝛpus chꝛiſti: vt coꝛpus non inclu-
dit ſanguinē: ſed vt tm̄ dicit ſubiectū aīe immediatū. Et ſpe
cierū vini/eſt tm̄ ſanguis: que ſunt diuerſa ⁊ nō vnū. Secū
da pars pꝛobat: q: vtrarūq̄ ſpecierū panis ⁊ vini/eſt vnū
ſignificatū ⁊ cōtentū totale: ſcilꝫ coꝛpus chꝛiſti: accipiendo
coꝛpus vt includit ſanguinē: q: vtrobiq̄ cōtinet coꝛpus et
ſanguis: deitas ⁊ aīa: nō quidē ꝑ ſe et pꝛimo.i. vi cōſecratio
nis: ſed quedā ꝑ ſe: quedā per cōcomitantiā: vt infra pate-
bit: et de his require lec.liij. ¶ Quarta cōcluſio. Non ſolū Cōcl. 4.
ſpecies panis ⁊ vini: ſed ipſe ſimul cū euchariſtie conſecra-
tione ⁊ ſumptione ſunt vnū ſacramētū ſinis pꝛopꝛij ⁊ oꝛdi-
nis vnitate. Pꝛobat: q: oīa hec oꝛdinant in ſpūalē hoīs re-
fectionē ⁊ nutritionē tāq̄ ad finē ꝓpꝛiū: ergo ſunt hac vni
tate vnū. Cōſequētia tenet ex vltimo notabili: ⁊ antecedēs
eſt ſatis manifeſtū. De vnitate effectus dicit ſicut de vnita
te ſignificati ⁊ cōtēti. ¶ Quantū ad tertiū articulū/eſt du Artic. 3.
biū. Utrū ſacramētū euchariſtie poſſit cōſecrari: aut ſumi a E
nō ieiunis licite. Notādū ꝙ duplex eſt ieiuniū: nature ⁊ ec-
cleſie: vtrunq̄ deſcribit in expoſitione cano. lec.x. Quo pꝛe
miſſo rñdet/ꝙ tā ad celebrandū q̄ ad māducandū licite ⁊
oꝛdinate.i. ſine peccato requirit regulariter ieiuniū nature
Pꝛobationem require vbi. s̄. addito. c. nihil. vij. q.j. vbi dꝛ.
Nullus poſt cibū potūq̄ quēlibet minimū ſumptū miſſas
facere pꝛeſumat. ¶ Dicit regulariter: q: in caſu pōt ſumi ⁊
cōſecrari a nō ieiuno: ⁊ ſunt caſus duo. Unus quātū ad ſu-
mētes eſt infirmitas: qua timet periculū moꝛtis. In hoc ca
ſu cōmunicādus eſt infirmus: licet nō ſit ieiunus. ¶ Sed
quid ſi imminet neceſſitas alicuius moꝛituri: ⁊ non ſit par
ticula reſeruata: et ſacerdos iā ſit pꝛanſus: nūquid pōt cōſe
crare nō ieiunus ⁊ ꝓuidere infirmo. Credo ꝙ in caſu nō de
bet: ſicut in ſimili pꝛanſus nō debet ſupplere defectū ſacer

dotis in miſſa deficiētis:q2 ſuppletio fit tm̄ vſqꝫ ad horam
nonā:vt dicit glo.vij.q.j.nihil. Nec tūc eſt infirmus in peri
culo:q2 excuſat eū impoſſibilitas ſumendi: cui ipē cauſam
nō dedit. Sicut qui patiꝛ vomitū/cōmunicādus nō eſt:ſed
ſufficit illi fides cū deſiderio.ſm illud Augu. Crede ⁊ man
ducaſti. ¶ Secūdus caſus eſt/ſi ſacerdos i calice poſt ſum
ptionē aquā tm̄ in calice habuiſſe deprehendit:⁊ ita ipm ſu
mēdo/ieiuniū ſoluit:teneꝛ tn̄ tūc (ne ſacrificiū imperfectū
relinquat)de nouo vinū ꝯſecrare ⁊ ſumere nō ieiunus. De
quo latius vide loco quo.ſ̄. ¶ Poſſent addi tres caſus:vt
ſi q̇s facta cōſecratione meminit ſe nō eſſe ieiunū:debet ꝓ
cedere ⁊ miſſam perficere:q2 in periculis qđ maius eſt:mā
gis eſt cauendū: ſed maius eſt relinquere ſacramenta eccle
ſie impfecta(hoc em̄ ſacrilegiū eſt) ꝙ deficiēte debita qua
litate ſeu diſpoſitione ſacerdotis ſumere. Sic etiam ſi ante
cōſecrationē recoleret ⁊ immineret graue ſcandalū/niſi ꝓ
cederet:in hoc caſu procedere debet cū cōtritione cordis ⁊
ꝓpoſito cōfitēdi. Si vero ſcādalū nō imminet:tuti⁹ eſt ceſ
ſare. Hec Aſtexanus in ſum.li.iiij.ti.xv. vide Petrū.q.ij.

Queſtio.iij.

A Ertio queritur vtrū
a chriſto inſtituta ſit certa verboꝝ forma ad
eſſentiā eucharistie: vel eius cōſecrationis ne
ceſſaria. ¶ Notabilibus premiſſis/cōcluſio
Artic. I. nes ſubnectētur cū dubijs. ¶ Quoad primū preſupponi
Nota. I. tur: ꝙ multū refert loqui de euchariſtia ⁊ de cōſecratione:
Nota. 2. vt habitū eſt.ſ̄.q.ꝑxima.dub.ij. ¶ Scđo ſupponiꝛ: ꝙ hic
nō loquimur de forma ꝓprie/prout dicit aliq̇d inherēs ma
terie vel ſubiecto. Sed accipiꝛ hic metaphorice pro verbis
ad veritatē ſacramenti requiſitis:ſicut etiā materia accipiꝛ
pro ſigno ſenſibili ſiue elemēto cū verbis ad eſſe ſacramen
Nota. 3. ti requiſito:de quo.ſ̄.diſt.iij.q.vnica. ¶ Tertio notandū
ꝙ euchariſtie nulla verba pn̄t aſſignari ꝓ forma: quia etſi
ſint quedā verba requiſita ad fieri euchariſtie. i. ad hoc vt
ſpecies incipiāt eſſe euchariſtia: nulla tn̄ verba requirūtur
ad eius eſſe:q2 ſine verbis manet euchariſtia. Verba autē q̄
requirūtur ad eius fieri: ſunt forma cōſecrationis nō eucha
riſtie:vt diceꝛ. ¶ Et ſi dice. In omni ſacramēto eſt aſſigna
re materiā ⁊ formā:ſm illud Augu. Accedat verbū ad ele
mentū ⁊ fit ſacramentū.per verbū intelligit formā:per ele
mētū materiā:ergo ſic erit in euchariſtia. Rn̄detur. Dictū
Augu. habet veritatē de ſacramētis ceteris/que cōſiſtūt in
vſu ſeu quadā operatione. Nō aūt de euchariſtia q̄ ſola in
ter ſacramēta habet eſſe permanēs. Nā et ipſe loquiꝛ ibi de
ſacramēto baptiſmi:nō generaliter de oībus:vt patet.j.q.j.
Detrahe. vbi poniꝛ hec autoritas. Vel dicitur ꝙ ad fieri cu
iuſlibet ſacramenti requiriꝛ materia ⁊ verboꝝ forma:⁊ ad
hoc ſonāt verba Augu.dicit em̄. Accedat ⁊c̄.et fit ſacramē
B tū.nō dicit:et eſt vel manet ſacramētum. ¶ Sed ſi queris:
an in ſacramento euchariſtie poſſet aliqua forma ſignari:li
cet illa nō ſint verba. Ad hoc đ2 ꝙ ſole ſpecies poſt cōſecra
tionē ſunt ſacramentū euchariſtie/oībus alijs ſemotis:ipſe
aūt ſpecies ſunt forme quedā ſimplices:nō cōpoſite ex ma
teria ⁊ alia forma:que etſi naturaliter haberēt materiam in
qua videlꝫ ſubiectū cui inhereret:in ſacramēto tn̄ ſubiectū
nō habēt:vt infra diceꝛ. Nihil em̄ ab eis diſtinctū eſt de eſ
ſentia ſacramēti: et ideo huic ſacramēto euchariſtie non po
teſt aſſignari materia neqꝫ forma/ que ſint de eſſentia ſacra
mēti. ¶ Et ſi replicaꝛ de ſignificatione:q2 illa ſit forma: vt
dicit Sco. Dicendū ꝙ ſignificatio actualis nō eſt de eſſen
tia ſacramēti. Significatio aūt habitualis nō diſtinguitur
a ſpeciebus: ſed eſt ipſemet ſpecies nate ſignificare ex diui
na inſtitutione. Idē aūt nō eſt forma ſuꝑiꝰus: nō em̄ pono
relationē eſſe quid diſtinctū a rebus abſolutis:ſicut ponit
ille doctor:⁊ de hoc in ex.ca.lec.xxxviij. Et ideo cōſequēter
Artic. 2. loquēdū eſt de forma cōſecrationis euchariſtie. ¶ Quātū
Cocl. I. ad articulū ſcđm eſt cōcluſio prima. Cōſecrationis diuerſa
C rū ſpecierū euchariſtie/diſtincte ſunt verboꝝ forme. Pro
baꝛ:q2 alia eſt forma cōſecrationis ſpecierū panis;alia ſpe
cierū vini:ergo. Cōſequētia nota:et antecedēs ꝓbaꝛ:q2 di
ſtinctarū cōſecrationū diſtincte ſunt forme: ſed conſecratio
ſpecierū panis diſtinguiꝛ a conſecratione ſpecierū vini:qđ
patet per earū ſeparationes:nō em̄ ſimul fit ꝯſecratio vtra
rūqꝫ: vt patet:nec vna quātū ad effectū cōſecrationis (que
eſt preſentia corporis ⁊ ſanguinis chriſti)expectat aliā. Nā
cōſecratio ſpecierū panis et eius effectus tpe precedūt cōſe
crationē ſpecierū vini; alioquin adorātes euchariſtiā in ele
uatione ſpecierū panis/ante conſecrationē calicis cōmitte
rēt idolatriā qđ falſum eſt:et cōtra eccleſie ritū. Poſſunt tn̄
ambe cōſecrationes dici vna cōſecratio: et due earū forme
vna forma:eo modo quo hec duo ſacramenta dicūtur vnū
ſacramentū/et vna euchariſtia:de quo queſtione preceden
ti habitū eſt. ¶ Scđa cōcluſio. Forma neceſſaria ad conſe Cōcl. 2.
crādū panis ſacramentū/his verbis cōſtat: Hoc eſt corpus
meū. Cōcluſio hec late ꝓbaꝛ in ex.ca.lec.xxxviij. Nā coniū
ctio(em̄)que addiꝛ:nō eſt de neceſſitate cōſecrationis:ſed
de neceſſitate cōſecrantis:quia ea etiam volūtarie dimiſſa
vera eſt cōſecratio:licet cōſecrans mortaliter peccet: vt ibi
dē patet. ¶ Tertia cōcluſio. Forma cōſecrationis ſpecierū Cōcl. 3.
vini neceſſaria ⁊ preciſa ex ſcriptura canonica nō eſt ſufficiē
ter determinata. Probatur: q2 dubiū eſt: an aliqua verba
preter illa:hic eſt calix ſanguinis mei: ſint de neceſſitate cō
ſecrationis. An etiā ſequētia ſint neceſſaria.ſ.noui et eterni
teſtamēti:qui pro vobis ⁊ pro multis effundeꝛ in remiſſio
nē peccatoꝝ. Certū tn̄ eſt:ꝙ verba chriſti in perſona chriſti
prolata in cano.miſſe.ſ.hic eſt calix.vſqꝫ ad illa:hec quotieſ
cunqꝫ feceritis:continēt in ſe formam cōſecrationis. Vnde
certū eſt/ꝙ his a ſacerdote debita intētione ſuꝑ debita ma
teria prolatis/fit cōſecratio: et tranſſubſtātiatio vini in ſan
guinē chriſti. Et de hoc require i ex.ca.lec.xv.⁊.liij. ꝑ totū.
¶ Quantū ad tertiū articulū in quo mouēda ſunt dubia: Artic. 3.
Aduertendū ꝙ plura dubia hic occurrūt mouenda: quoꝝ D
ſolutiones longū exigūt tractatū:⁊ in dicta cano.expoſitio
ne late ſunt tractata. Ideo dūtaxat mouebo quedā:et deci
ſionē eoꝝ remittā ad locū predicte expoſitionis in quo tra
ctātur. ¶ Eſt ergo primū dubiū de ſignificatione ſingulo Dub. I.
rū verboꝝ in vtraqꝫ forma contentoꝝ: et de veritate ipſarū
formarū. Et an ſint vt cōſecratiue vere vel falſe: vel vt mate
rialiter tente.de hoc habes lec.xlviij.et ſpecialiter de forma
cōſecrationis ſanguinis.lec.liij. ¶ Scđm dubiū de cōgrui Dub. 2.
tate ipoꝝ verboꝝ in ordine ad rem ſacramēti.de hoc habes
lec.xlviij. ¶ Tertiū dubiū. Vtrū illa verba que a celebran Dub. 3.
te in perſona chriſti ꝓferūtur(ſcꝫ: Accipite et mādacate ex
hoc oēs:hoc eſt corpus meū: quoad cōſecrationē ſpecierū
panis:et illa:accipite ⁊ bibite ex eo oēs:hic eſt calix ſangui
nis mei noui ⁊ eterni teſtamēti: myſteriū fidei qui pro vo
bis ⁊ ꝓ multis effundetur in remiſſionē peccatoꝝ:hec quo
tieſcūqꝫ feceritis:in mei memoriā facietis)ſufficiāt ad effe
ctū cōſecrationis. Aut an etiā alia verba canonis preceden
tia vel ſequētia ſint de eſſentia ſeu neceſſitate cōſecrationis.
Cuius ſolutionē require leck.xxxviij. ¶ Quartū dubiū de Dub. 4.
mutatione forme/ſeu verboꝝ in forma cōtentoꝝ: cui⁹ deci
ſionē habes leck.xxxviij. vbi late habes que mutatio tollit
effectū cōſecrationis et que nō. Etiā ſimile habitū eſt.ſ̄. de
mutatione forme baptiſmi.diſtinc.iij. ¶ Quintū dubium. Dub. 5.
Vtrū chriſtus hac forma vſus fuerit in cōficiēdo hoc ſacra
mentū in vltima cena/dū ipſum inſtituit: de quo req̇re lec.
xxxvj. ¶ Vltimo dubitaꝛ. Quid in ſacramēto euchariſtie Dub. 6.
ſit ſacramentū tm̄:quid ſit res tm̄: et quid ſit res ⁊ ſacramē E
tū. Ad hoc reſpondet magiſter in tex.ꝙ forma.i.ſpecies pa
nis ⁊ vini:qua frequēter rerū que ante fuerunt:ſcꝫ panis ⁊
vini vocabula tenēt ſunt ſacramētum tm̄:q2 ſunt ſigna viſi
bilia effectus gratuiti inuiſibilis:quoꝝ officium eſt tm̄ in ſi
gnificādo et continēdo. Nō autē ipſe ſunt gratia vel effect⁹
gratuitus:aut aliquid ſignificatū per ipſum ſacramētū: nā
per rē nihil aliud intelligiꝛ: ꝙ id qđ ſignificaꝛ per ſacramē
tū:et ita ſunt ſacramētū tm̄.i.ſigna ſignificātia et nō gratia
ſignificata. Corpus chriſti myſticū eſt res tm̄: q2 eſt id qđ ſi
gnificatur per ſacramētū.i.ſpecies panis ⁊ vini:q2 ſicut pa

nis ex multis granis conficitur: et vinū ex multis racemis cōfluit: ita eccleſia ex multis fidelibus adunatur: ſignificatur etiā per corpus chriſti ibi cōtentū et verū: quia ſicut corpus chriſti ex mēbris diuerſa officia habētibus cōſtituitur: ita eccleſia ex diuerſis fideliū gradibꝰ diuerſa officia habētibus aggregat̄. Ipſa aūt eccleſia ſignificata nō eſt alicuiꝰ alterius ſignificatiua: et ſic dicitur res tm̄ et non ſacramentum. Corpus aūt chriſti qđ ſub ſpeciebus cōtinetur: eſt res cōtenta et per ſpecies ſignificata: ⁊ etiā ſignū corporis myſtici: vt dictum eſt: et ſic dicitur res ⁊ ſacramentum: non capiendo ſacramentū proprie. Sic em̄ corpus chriſti ſub hoſtia nō eſt ſacramentū: quia nō eſt viſibile ſignū: vt dictum fuit in diffinitione ſacramenti. q. j. diſt. j. ſed eſt ſacramētum large. i. ſacrum ſignum. Et per hoc patet: ꝙ huius ſacramēti eſt gemina res: vna ſignificata et contenta. ſ. corpus chriſti verum: et alia ſignificata et non cōtenta: ſcꝫ corpus chriſti myſticum: et hec plane declarantur in textu.

Diſtinctio. ix.

## Et ſicut due res ſunt.

Diſtinctio nona / in qua magr̄ agit de diuerſo māducationis modo. Et cōprehēditur ſentētia textus in ſubiectis tribus cōcluſionibus. ¶ Prima. Duabus rebus ſacramēti correſpōdēt duo modi euchariſtiā manducandi. Hi ſunt manducare ſacramentaliter: et manducare ſpiritualiter. ¶ Scđa. Ab vtriſꝙ bonis et malis / corpus chriſti vere et realiter ſumit̄: ſed a malis ſacramentaliter tm̄: a bonis autem ſacramētaliter ⁊ ſpiritualiter manducatur. ¶ Tertia cōcluſio. Per diſtinctionem modoꝝ manducandi ſacramentaliter et ſpiritualiter / exponende ſunt ſanctorū autoritates catholice et fideliter. Has declarat plane textus. ¶ Circa hāc diſtinctionem de duobus queritur. ſcilicet de ipſa manducatione. Secundo de manducantium diſpoſitione.

Queſtio. j.

A Circa primum queritur: Utrū māducatio euchariſtie ſacramētalis aut ſpiritualis / ſit de neceſſitate ſalutis. ¶ Tres articuli huius queſtionis: terminorum declarationes: reſponſiue cōcluſiones: et dubioꝝ ſolu-

Artic. 1. tiones / ſubmouebūt queſtionis difficultates. ¶ Quantū

Nota. 1. ad primū notādū / ꝙ licet magiſter in textu ponat tm̄ duos modos māducationis huius ſacramēti. ſ. manducare ſacramētaliter: et māducare ſpiritualiter: ex quibus elicitur tertius. ſ. māducare ſacramētaliter et ſpiritualiter: pōt tm̄ addi quartus modus. ſ. māducare ſacramentū: ſed nō ſacramentaliter: vt tangit Sco. diſt. viij. q. iij. Et ſic in vniuerſo erūt quattuor modi manducādi hoc ſacramentū. ſ. māducare ſacramentū et nō ſacramētaliter. Māducare ſacramētaliter et nō ſpūaliter. Tertio manducare ſacramētaliter ⁊ ſpūaliter. Quarto māducare ſpiritualiter et nō ſacramentaliter. Quintū ſuperflueret mēbrū / ſcꝫ māducare nec ſacramētaliter nec ſpūaliter: q: coincidit cū primo: q: quicūꝙ māducat hoc ſacramētum / et nō ſacramētaliter: etiā non manducat ſpiritualiter: quia in manducante ſacramentaliter / preſupponit māducare ſpiritualiter: licet māducare ſpūaliter in nō manducāte ſacramentū / nō preſupponat māducationem ſacramentalē: etiā nō poteſt poni ſextus modus manducādi carnem chriſti corporaliter ſeu carnaliter per diſcerptionē corporis chriſti: quō manducantur carnes empte in macello: quō iudei intellexerūt chriſtū predicantē. Niſi māducaueritis carnē filij hoīs: et biberitis eius ſanguinē / nō habebitis vitā in vobis. Joh. vj. q: illo modo non eſt in ſacramēto / vt deſcribi poſſit / aut ſenſibus apprehēdi: nec ex-

B tra ſacramētū datur alicui in cibū. ¶ Māducare ſacramētum ⁊ nō ſacramētaliter / eſt māducare hoſtiā cōſecratā: que realiter ⁊ vere ꝯtinet corpus chriſti: et tñ nō vt talē / hoc eſt (ſm̄ Richar.) ſine intētione generali vel ſpeciali implicita vel explicita ſumēdi ipſam: vt ſignū tale cōtinēs corpꝰ chriſti. Hoc modo ſumunt bruta aīalia / infideles / heretici. Circa hoc ſacramētū etiā mali chriſtiani ſumētes cibum illum ſicut aliū nō diſcernētes eum a cōmuni cibo: de quibꝰ apl̄s j. Cor. xj. dicit: ꝙ talis iudiciū ſibi manducat nō dijudicās corpus dñi. i. nō diſcernēs a cōmunibus cibis: vt exponit Sco. Et hoc fieri pōt ex ignorātia: vt ſi quis ſumeret hoſtias neſciens eas cōſecratas: quia forte inueniret eas expoſitas extra locū conſuete reſeruationis: vel ex infidelitate: ſicut paganus / ſi daret̄ ſibi. Et ſicut mulier illa (de qua legitur in legēda ſancti Greg.) que panes cōſecratos coxerat: nec credidit ibi eſſe corpus chriſti: vel ex contēptu etiā ſtante fide: vt a malo chriſtiano. Poſſet tamē capi māducare ſacramētaliter largius: vt dicit Richar. ꝓ māducatione ſpeciei / que eſt ſacramētū: et ſub qua realiter cōtinet̄ chriſtus: ſm̄ quē modū māducatur ab oī manducāte ſpecies predictas / ſiue hoīe ſiue bruto: et ſic non refert dicere: ſumere ſacramentū / et ſumere corpus chriſti ſacramētaliter. Sed ita nō accipit̄ cōmuniter: q: cū đr: māducare ſacramētaliter / ly ſacramētaliter magis determinat ly māducare quātum ad modū māducandi / ꝙ̄ ad rem manducatā. Sed māducare ſacramētū ſacramētaliter / eſt manducare ſacramentū / vt ſignū corporis chriſti in eo realiter cōtenti: ⁊ ita recipiūt fideles credētes cōtineri ſub ſpeciebus quas ſumūt corpꝰ chriſti ſiue ſint boni ſiue mali. ¶ Manducare ſacramentū ſpiritualiter / dupliciter pōt accipi. Uno modo ex parte modi: et ſic eſt māducare corpus chriſti: nō ſub propria ſpecie viſibiliter: ſed ſub tegumēto accidētium panis inuiſibiliter: et ſic q̇cūꝙ ſumit ſacramētaliter / ſumit ſpūaliter. Alio modo ex parte effectus: vt eſt manducatio quā ſequit̄ ſpūalis refectio ⁊ nutritio aīe quō ſumūt qui digne accedunt: ⁊ de hac diſt. vide latius in expoſitione ca. lec. xxxvj. ¶ Sed nota / ꝙ refert dicere: māducare ſacramentū ſpūaliter: et manducare corpus chriſti ſpūaliter: q: māducare ſacramentum ſpūaliter / includit māducare ſpecies / que ſunt ſacramētū: ſed māducare corpus chriſti ſpūaliter / nō. Un̄ ſpūaliter mā- C ducant / qui etiā ſacramentū nō manducāt. Et ſic manducare ſpūaliter eſt chriſto incorporari: quomodo māducāt quicūꝙ in chriſtū credunt: ac per charitatē ei vniūtur: et ꝑ hoc corpori ſuo myſtico incorporātur: ſm̄ illud Augu. Crede ⁊ māducaſti. crede fide formata. ¶ In māducatione corporali duo ſunt / maſticatio ⁊ incorporatio. In ſpirituali maſticatur per fidem. Incorporatur per charitatē: non cibus māducāti: ſed manducans cibo. i. ſumēs chriſto: ſm̄ illud Augu. Cibus ſum grandium: creſce et manducabis me: non ego in te: ſed tu mutaberis in me. lib. vij. confeſ. Et de hoc latius vbi. ſ̄. Et illo modo manducant ſpiritualiter / etiam qui non ſuſcipiunt ſacramētum: immo quicūꝙ ſunt in gratia. Māducant etiam ſpiritualiter infantes baptizati / qui credunt in chriſtum fide formata non eliciēdo actum fidei aut charitatis: ſed habendo fidem et charitatem infuſas. ¶ Ex his patet quid eſt manducare ſacramentaliter tm̄: ⁊ quid ſpiritualiter tm̄: et manducare ſacramentaliter et ſpiritualiter ſimul: etiam quid eſt manducare ſacramētum / et nec ſacramētaliter nec ſpiritualiter. ¶ Secundo notādum Nota. 2.

D poſt Duran. ꝙ ſacramentū eſſe de neceſſitate ſalutis dupliciter cōtingit. Uno modo ratione ſui. Alio modo rōne precepti. Ratione ſui: quando effectus eius eſt neceſſarius ad ſalutem: ſiue communitatis: ſiue perſone ſingularis. Communitatis vt ab aliquo vel ab aliquibus de cōmunitate ſuſcipiatur: non autem a qualibet eius perſona. Talia ſunt ordo et matrimonium. Nam effectus cuiuſlibet iſtoꝝ neceſſarius eſt cōmunitati: quia ſine ordine non eſſet qui miniſtraret communitati ſacramenta ad ſalutem neceſſaria: preſertim penitentie. Sine matrimonio nō maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus: niſi per matrimonium aliqui generarentur educandi ad cultum diuinū. Quia tamē cōmunitati ad hos actus aliqui ſufficiūt: ideo nō quelibet ꝑſona ad hec obligatur ſacra: niſi in caſu vbi tota cōmunitas deficeret: niſi ꝑſona hec ſuppleret. ¶ Unꝙ effectus ſacramenti eſt neceſſarius cuilibet perſone ſingulari de cōmuni

tate:vt eoꝝ qui ordinant̃ ad tollendū defectū ſaluti incō/
poſſibilem aut cōferunt effectum ſaluti neceſſarium. Defe/
ctus incōpoſſibilis eſt pctm̄ originale: vel mortale: effectꝰ
neceſſarius eſt gratia iuſtificans.i.gratia ꝑ quā iniuſtus fit
iuſtus:que etiā dicit̃ ꝑma gratia:qa aliā nō ꝑſupponit:qm̄
ipſa peccator iuſtificatur. Et ſic ſacramēta ꝑ que cōfert̃ pri
ma gratia:ſunt neceſſaria ad ſalutē: vt baptiſmus ⁊ peni/
tētia. Baptiſmus quoad oēs:qa eo tollit̃ pctm̄ originale:
Cōc. 1o lec.xlvij. ¶ Decima ꝯcluſio. Corpus xp̄i nō moueꝛ a ſa/
Z cerdote hoſtiam mouēte: nec ꝑ ſe nec ꝑ accidēs mediate
vel imediate:ſed a ſolo deo primo ꝛ imediate: vel ab aīa
xp̄i cū deo ꝯcurrente. Primū patet: q: cuꝫ mobile eſt pe
nitus improportionabile motori/nullo modo mouetur
ab eo:ſed corpus xp̄i in hoſtia eſt improportionabile vir
tuti mouētis:ergo. Secūdum patet:q: deus q̄ ordinauit
ꝙ corpus ſuū eſſet vbicūꝗ forent ſpecies:nec eis manē/
tibus ab eis ſepareꝛ:aſſiſtit ſue ordinationi: ꝛ ideo moꝝ
ſpeciebus ipſe imediate mouet corpus ſuū: ſic ꝛ aīa xp̄i:
quia glorioſa ꝛ diuine voluntati cōſentanea/habēs cor
pus ſuū in plena poteſtate ip̄m mouere pōt ad omnē lo
cum in quo nouit deum ipſum velle mouere. Hui⁹ decla
rationē latiorem require lec.xlvij.in expo.cano. Quādo
aūt corpus xp̄i incipiat eſſe ſub ſpeciebus: ꝛ ꝙdiu mane
Cōc. 11 at ſub eis:ſequēti diſtin.dicetur. ¶ Vltima ꝯcluſio. Non
oīs proprietas logicalis cōueniens corpori xp̄i vt eſt in
celo:cōuenit eidem vt eſt in ſacramento:ꝛ ecōuerſo. Pa
tet:q: in celo eſt localiter ꝛ circūſcriptiue:in ſacramento
non ſic:ſed diffinitiue. Item ſtat ipſuꝫ in celo moueri lo
caliter:ꝛ in ſacramēto quieſcere ꝛ viceuerſa. Item in ce/
lo ſentit corporaliter ꝛ organice:nō ſic in ſacramento:vt
ex p̄miſſis patet:ꝛ ſm̄ hoc nō eadem p̄dicata ſibi cōueni
unt:vt eſt in celo:ꝛ vt eſt in ſacramēto: licet eadem cōue
niant hic ꝛ ibi:q: dum mouetur in celo: verū eſt dicere/
ꝙ corpus xp̄i exiſtens in ſacramēto moueꝛ:ſed non vt in
ſacramēto:ꝛ ſic de aliꝭ. Et tantum de articulo ſecundo.
Arti.3. ¶ Quātum ad articulū tertiū dubitatur p̄mo:vtrū con
Dub. 1. cedi poſſit ꝙ videns hoſtiā ꝯſecratā corporali oculo:vi/
Z deat xp̄m ſiue corpus xp̄i. Et querit de viſione corpora/
lis oculi:q: non eſt dubium q̄n fidelis videns hoſtiā cō/
ſecratam/videat xp̄m oculo fidei: qd̄ nihil aliud eſt niſi
credere ꝙ ſub viſis ſpeciebus cōtinetur realiter chriſt⁹.
¶ Sed pro reſpōſione/de oculi corporalis viſione/no
tandū ꝙ quadrupliciter aliquid dr̄ videri oculo corpo/
rali. Vno modo ꝑ ſe:qd̄ non per aliud viſibile a ſe diſtin
ctum videꝛ:quo remoto nō videretur. ſic tm̄ lux ꝛ color
videtur. Scd̄o modo ꝑ accidens: q̄n accidenti ꝑ ſe viſibi
li ſubiectatur:ſic corp⁹ coloratū vel lucidū videꝛ. Tertio
mō ꝓpter ſpālem cōiunctionē cū viſo altero primoꝝ duo
rum modoꝝ:ſic deus viſus eſt in terris viſa xp̄i humani/
tate cui ipſa diuinitas ſpeciali vnione.ſ.hypoſtatica eſt
vnita. Quarto mō ꝓpter ſpālem ordinē ipſius ad viſum
per ſe:vt cōtenti ad ꝯtinens vel annexi aut adherentis/
nō inherētis:hoc em̄ ꝑtinet ad ſcd̄m modū: ꝛ iſto quar/
to mō corpus xp̄i videꝛ oculo corporali ſicut ꝯtentum in
ꝯtinente ꝛ nō aliꝭ trib⁹ modis. Nō em̄ p̄mo/nec ſecūdo
manifeſtū eſt:nec tertio mō:q: corpus xp̄i nō hꝫ ſpālem
vnionē ad ſpēs q̄ videnꝛ:cuꝫ nec ſint partes corꝑis xp̄i:
nec informēt ip̄m:nec ſuppoſitanꝛ ab eo:neꝗ ecōuerſo:
ſed dūtaxat ꝯtinent:nō ſicut locus locatū:ſed ſic rē/vt ꝑ
Dub. 2. indiſtantiā ſibi p̄ſentē.de hoc lec.xlv. ¶ Scd̄o dubitaꝛ.
M Chriſtus ſeu corp⁹ xp̄i ſub ſpēbus ſacr̄alibus:an ſub con
ditione ſit adorādus vel adorādū. ¶ Duo h̄ eſſent vidē
da. Primū vtrū xp̄s ſeu corp⁹ xp̄i ſub ſacro ſit adorādus
ſeu adorandū:ꝛ refert dicere:xp̄s adorādus:ꝛ corp⁹ xp̄i
adorandū:ſicut refert q̄rere an hō xp̄s ſit adorādus:vel
an humanitas xp̄i ſit adoranda. De quo habitū eſt in.iij.
diſ.ix. ꝛ in ex.c.lec.xlix. ꝛ ſpāliter ad ꝓpoſitū lec.l. ¶ Se
cundū eſt ꝙ error ꝯtingere pōt in ꝯſecratione ꝑ quē effe
ctus ꝯſecratiōis impediꝛ:ita vt ſub ſpecieb⁹ nō ſit veruꝫ
corp⁹ xp̄i:vtputa ſi fuerit error in forma vel materia/in/
tentiōe aut miniſtro/req̄ſitis neceſſario ad ꝯſecrationeꝫ
q̄ a vidēte ſacr̄m ſciri nō p̄nt ſi ibi ꝯcurrāt: ꝛ per ꝯn̄s an
ꝯſecratio ſit rite facta:vtrū ſub ꝯditione ſit adorandū.ſ.

ſi rite facta ſit ꝯſecratio. Et de hoc dr̄ ſm̄ Sco. ꝙ adoran
dū eſt ꝯtentū in ſacro ſub conditiōe ſtatim poſita:ꝛ hoc
actuali vel habituali/tacita vel exp̄ſſa. Non aūt requiriꝛ
appoſitio actualis:ſꝫ ſufficit habitualis: ꝑ quā vult ado
rare ſub ꝯditione:dū actualis cogitatio apponēde cōdi
tionis occurrit. Nec forte vtile eſſet maxime ſimplicibus
ſemꝑ apponere:ne dubitationi circa fidē ſacr̄i locū dare
aſſueſcāt:de quo lec.l.latius:vbi etiā tractaꝛ q̄d agendū
in viſionib⁹ alicui ſpāliter occurrentib⁹: in q̄bus frequē
ter angelus ſathane trāſfigurat ſe in angelū lucis:in cu/
ius adoratione neceſſario eſt actualis appoſitio ꝯditio/
nis:ꝛ nō ſufficit habitualis:nec leuiter ꝛ ſtatim hm̄oi ap
parētiꝭ eſt credēdū:vide ibi. ¶ Dubitaꝛ tertio iuxta cō/ Dub.3.
cluſionē ſeptimā/ꝙ corpus quodlibet pōt eſſe in diuer/ N
ſis locis circūſcriptiue:vtrū poſito ꝙ a eſſet hic ꝛ rome:
an poſſet ſimul tp̄e peccare mortaliter ꝛ mereri: ꝛ videꝛ
ꝙ ſic:nā hic poſſet hr̄e gr̄am:ꝛ ex ei⁹ inclinatiōe dare ele
moſynā:ꝛ ſic mereremꝛ:ꝛ eodē tp̄e poſſet rome cōmittere
furtū:ꝛ ita peccaret mortaliter. Sed in oppoſituꝫ eſt:q:
ſi mereꝛ accept⁹ eſt deo: ſi mortaliter peccat/nō eſt acce
ptus deo:q̄ ſunt ꝯtradictoria. Reſpondeꝛ ꝙ ſm̄ abſolu
tam dei potentiā/illi actus dationis elemoſyne/ꝛ furtū
etiā cum gr̄a/poſſunt ſimul ſtare:q: pctm̄ mortale ꝛ gr̄a
nō opponūtur ex ꝓpria natura: ſed tm̄ ſm̄ ordinationē
diuinam:nec eſt eſſentiale pctō mortali facere hoīem di/
gnū dānatione:nec eſſentiale eſt gratie reddere haben/
tem acceptū deo ad vitā eternā:ſed hec conueniūt eis ex
ordinatione diuina: vn̄ hos actus poſſet ſic replicat⁹ ad
diuerſa loca:imo in eodē loco ſimul tp̄e facere/adminꝰ
actu interiori volūtatis:ꝛ tamen nō ſequiꝛ neceſſario/ꝙ
ſic faciens vtrūꝗ vel alterū eoꝝ ſit acceptus vel nō acce
ptus deo:ꝛ nō ſimul acceptus ꝛ nō acceptus:ꝛ ideo etiā
ſm̄ abſolutā potentiā dei nō pōt ſimul peccare ꝛ mereri
Sed nec ſm̄ ordinē inſtitutum/pōt quis ſimul mereri et
peccare:q: hoc icludit ꝯtradictionē: vt argutū eſt: ꝛ tūc
ad rationē ꝯcediꝛ/ꝙ quis poſſet hic dare elemoſynam ꝛ
rome furari:ſed ſi peccat rome nō pōt dare elemoſynam
ex gratia:q: vbicūꝗ quis peccat mortaliter:ſtatim defi/
nit informare gr̄a peccantē:vn̄ ſi a ſit rome ꝛ hic: ꝛ gra/
tia informet aīam ſuā tm̄ hic:ita ꝙ gratia nō replicatur/
nihilomin⁹ eſt acceptus ad vitam hic exiſtens/et ſimilr̄
exiſtens rome:q: ordinauit deus ꝙ quicūꝗ habet gr̄am
acceptus eſt illi:ꝛ exiſtens rome habet gratiā ſibi inhe/
rentē:licet nō rome:ꝛ per ꝯſequēs eſt acceptus deo. Si
ergo a rome peccat mortaliter:in eodē inſtanti ꝑdit gra
tiam hic informantē:q: ꝛ hoc ordinauit deus/ꝙ vbicūꝗ
peccat hō mortaliter: ꝑdit ſimplr̄ gr̄am vbicūꝗ habeat
illam:ꝛ ita negandū eſt ꝙ aliquis poſſet rome furari: et
hic ex gr̄a dare elemoſynā:q: ſi furaꝛ rome ꝑdit hic gra/
tiā. ¶ Dubitatur quarto ꝯtra ſeptimā ꝯcluſionē. Nā vi/ Dub.4.
detur ꝙ ſacerdos mouēs hoſtiā ꝯſecratā ſua virtute na O
turali:eadem virtute moueat corp⁹ chriſti ſub ea ꝯtentū
ꝛ ita ꝯcluſio falſa. Antecedēs ꝓbatur:q: quicūꝗ mouet
aliq̄d mobile:mouet etiā oīa illi inſeparabiliter adherē/
tia:nam mouēs mouet ꝯtentū ꝛ oīa ſibi alligata:ſed cor
pus chriſti inſeparabiliter adheret ſiue ꝯtineꝛ ſub ſpecie
bus:ergo mouens ſpecies eadē virtute mouet ꝛ corpus
chriſti. ¶ Et ſi dr̄ ꝙ vera eſt maior/quādo id qd̄ adheret
eſt ꝓportionatū virtuti mouētis:ſic aūt non eſt in ꝓpo/
ſito. Cōtra/ſi corpus xp̄i ſub hoſtia eſt improportionatū
virtuti motiue ſacerdotis: hoc eſt tm̄ ꝓpter eius graui/
tatem ponderantē: ſed hoc nō: q: vel ibi nō eſt grauitas
vel ſi eſt/nō ponderat:ꝛ ꝑ ꝯſequēs non reddit corp⁹ xp̄i
ponderoſum. Antecedens patet: q: deus ſuſpendit oēs
qualitates corporis a ſuis naturalibus actionib⁹: vnde
ſicut calor corporis nō calet: nec ſiccitas circūſtantiali/
ter ſiccat: nec humiditas humectat:ita nec grauitas na/
turalis in ſacramēto ponderat. Etiam experientia mani
feſtū eſt/ꝙ non plus ponderāt ſpecies poſt ꝯſecrationē
cum oībus contentis/ꝙ prius ponderauerūt ante con/

ſecrationem. Reſpondeo cum ſupportatione ꝙ argumē
tum hoc ꝯcludit ꝯtra concluſionē: ſed poſui eam ad imi
tationē Sco. Ockam ⁊ Petri de aliaco. Unde ſtante di
uina voluntate/q̄ vult corpus chriſti nō ſeparari a ſpe/
ciebus: ⁊ ſuſpenſa naturali grauitate corporis in eucha/
riſtia a ſuo actu ponderandi: ꝑ cuius ſolā ponderationē
corpus chriſti mobile redditur improportionatū virtuti
mouenti ſacerdotis (non video quin iam corpus xp̄i eſt
ꝓportionatū) quia in nullo reſiſtit mouenti: ⁊ per cōſe/
quens mouetur a ſacerdote. Nec impedit ꝙ corpus xp̄i
contingenter per actū voluntatis diuine cōiungat ſpe/
ciebus: q: quicquid cōiungitur mobili ſiue neceſſario ⁊
naturaliter/ſiue ꝯtingenter ⁊ voluntarie/manente con
iunctione cū mobili: quicq̇d mouet mobile/mouet etiaȝ
cōiunctum ſibi/ſi nō fuerit improportionatum: qḋ ſi fue
rit improportionatū: nec mobile mouebit manente con
iunctione: nec cōiunctum ꝑ aliud moueret. Et ſic totus
pūctus in illo ſtat. An corpus xp̄i ſit ꝓportionatum: qḋ
vtiqȝ videt: eo ꝙ nō eſt in eo grauitas ponderans. Un̄
videt ꝯcluſio intelligenda eſſe/dimiſſis qualitatibꝰ cor/
poris xp̄i in ſuis naturalibus actionibꝰ: ⁊ illo ſuppoſito
puta ꝙ grauitas corporis xp̄i ponderat quātum natura
liter pōt: tunc corpus xp̄i eſſet mobile improportionatū
virtuti mouēti ſacerdotis: ⁊ ita volo moderari: quod in
Can̄. expoſitione ſcripſi. lec. xlvij. ¶ Poſſet hic dubitari
de virtute verboꝝ formaliū: quā habeant reſpectu effe/
ctus ſacramētalis. ¶ Sed hic r̄ndet ſicut gn̄aliter reſpō
ſum eſt de ſacris diſt. j. q. j. ꝙ in verbis nulla eſt virtus ſu
pernaturalis inſiſtēs: ſed eſt virtꝰ diuina aſſiſtēs: q̄ opat
effectū ad ꝓlationē verboꝝ ſup materia debita ⁊c. Et ꝑ
hoc v̄ba ſunt cā ſine qua nō: q: ſine eis nō fieret trāſſub
ſtantiatio virtute diuina: que ſic ordinauit ꝙ nō ſine ver
bis ⁊c. vult tranſſubſtantiare panē in corpus chriſti. Et
tantū de hac queſtione. Diſtinctio. xj.

# Si autē querit. Egit

magiſter de euchariſtie ſacro/quātum ad
eius inſtitutionē/vſum ⁊ veritatē/in ꝑmiſ
ſis tribus diſtinctionibꝰ. In hac diſtin. xj.
agit de eodē quantū ad exiſtentie modū/⁊ panis et vini
in corpus ⁊ ſanguinē xp̄i cōuerſionē. ¶ Et colligit ſen/
tentia textus in tribus ꝯcluſionibus q̄ ſequūtur. ¶ Pri
ma. Conuerſio panis in corpus/⁊ vini in ſanguinē/ſine
augmēto vtriuſqȝ: nō formalis: ſed a q̇buſdā ſubſtantia
lis dicit: q̄ tm̄ varijs modis a doc. expⁱmi īuenit. ¶ Secū
da. Ad cauendū fidei experimentū/ſumēdi horrorem/ac
infideliū irriſionē/ſub aliena ſpecie xp̄i corpꝰ ⁊ ſanguis
cōſecrātur: ſub duplici tm̄ ſpecie: ſub quarū vtraqȝ totus
xp̄s cōtinetur: vt in xp̄o aīe ⁊ corporis ſuſceptio ſignifi/
cetur: ⁊ vtraqȝ natura in nobis tueatur. ¶ Tertia. Non
niſi de vino: cui aqua admiſcenda eſt: ⁊ de grano frumē/
ti in panem redacti/corpus ⁊ ſanguis tale quale xp̄s hȝ
ꝯficitur: qḋ tm̄ nulli intinctū miniſtrandū eſſe perhibet.
Has materias textus q̇buſdā additis latius ꝓſequitur.
¶ Circa hāc diſtinctionē de duobꝰ q̄rendum eſt. Primo
de ipſa cōuerſione/ꝑ quā corpus dn̄i ⁊ ſanguis ꝑincipiūt
eſſe in ſacro. Scdo de materia: q̄ ad ꝯficiēdū euchariſtiā
requirit: neceſſaria. Queſtio. j.

A

# Circa primū querit

vtrū ſubſtātia panis ⁊ vini in corpus ⁊ ſan
guinē xp̄i ꝯuerſa/maneat cū eiſdē ſub ſacri
forma. ¶ Premiſſis notabilibꝰ quoad ar
ticulū primū: ⁊ ſubiūctis ꝯcluſionibus quoad ſcdm: mo
Arti. 1 uebūtur ac ſoluent dubia quoad tertiū. ¶ Quātum ad
Nota. 1. primū notandū/ꝙ cōuerſio eſt trāſitio vniꝰ in aliud: in
quo duo notantur: ſcȝ deſitio vniꝰ ⁊ ſucceſſio alteriꝰ. Nā
ſi q̇d in ſe aut in ſua natura ac ꝓprietatibꝰ manet: nō con
uertitur in aliud: ⁊ licet dum album cōuertit in nigrū: id
qḋ cōuertit ſcȝ ſubiectū albedinis manet: nō manet tm̄ al
bedo ſm̄ quā cōuertitur. Igitur ſine deſitione vnius: et
ſucceſſione alterius nō eſt cōuerſio. ¶ Succedere auteȝ
eſt ad deſitioneȝ alicuiꝰ de nouo incipere eſſe: aut in eſſe
ſuo ꝯſeruari quō nō inciperet vel in eſſe conſeruaret niſi
aliud deſineret. ¶ Unde pōt deſcribi cōuerſio. Eſt deſi/
tio alicuius entitatis poſitiue: ad quā ſequit inceptio vel
cōſeruatio alterius rei: als nō ꝓducende vel ꝯſeruande
ſimplr̄ vel ſm̄ quid. i. quātū ad aliquē modū ſe habendi.
Ex quo ſequit ꝙ cū. a. cōuerti in. b. nō eſt. a. fieri. b. Nam
aere cōuerſo in ignē/aer nō fit ignis: ſed eſt aerē deſine/
re ⁊ ignē ſuccedere. ¶ Scdo ſequit ꝙ in rem ſimplr̄ ne/
ceſſariā nihil pōt cōuerti. Patet: q: qḋ ſimplr̄ eſt neceſſa
riū: nō incipit nec cōſeruatur ad deſitionē alterius nō cō
ſeruandū: niſi aliud deſineret: q: cuȝ ſit neceſſariū: ſemꝑ
manet īmutabiliter ſiue aliud deſinat ſiue nō. Et qm̄ ſo/
lus deus eſt ſimplr̄ neceſſarius: ſequit ꝙ in deū non pōt
fieri cōuerſio cuiuſcūqȝ creature. ¶ Sequit tertio/ꝙ q̄/
libet creatura pōt ꝑ diuinā potentiā in quālibet cōuerti
q: pōt deus quālibet creaturā deſtruere: ⁊ ad eiꝰ deſtru/
ctionē aliā de nouo ꝓducere aut ꝓductā conſeruare. Et
hec omnia latius declarata inuenies lec. iiij. in expo. ca.
¶ Scdo notandū ꝙ cōuerſio eſt duplex: q̄dā ſubſtantia Nota. 2. B
lis: q̄dam accidētalis. Accidentalis eſt/cū ad deſitionem
alicuiꝰ/incipit aut ꝯſeruat aliqḋ accidēs vel accidētalis
habitudo: vt in calefactione aque/ad deſitionē frigidita
tis aque/incipit de nouo eſſe calor in aqua: ⁊ ſic cōuerti/
tur frigiditas in calorem. Similr̄ aqua frigida conuertit
in aquā calidā: ſed frigiditas cōuertit ſimplr̄ in calorem
q: ſimplr̄ frigiditas deſinit ⁊ ſuccedit calor. Sed frigidū
cōuertit in calidū ſm̄ quid: q: frigidū nō deſinit ſimplr̄
ideſt res q̄ eſt frigida: puta aqua non deſinit ſimplr̄: nec
aqua calida in caſu incipit ſimplr̄: ſed ſm̄ denoīationem
accidentalem. Deſinit em̄ aqua eſſe frigida: ⁊ incipit eſſe
calida. ¶ Sed cōuerſio ſubſtātialis eſt/dum ad deſitio
nē alicuius incipit eſſe ſubſtātia q̄ prius nō fuit: vel con/
ſeruatur q̄ prius fuit. ¶ Et dr̄ notāter in vtraqȝ diffinitio
ne: ad deſitionē alicuiꝰ: ⁊ nō ſpecificat illud alicuiꝰ: q: ſi/
ue ſit ſubſtantia: ſiue accidens qḋ deſinit: cōuerſio dr̄ ac
cidentalis: ſi terminus ad quē eſt accidēs ⁊ ſubſtātialis.
Si terminꝰ ad quē fuerit ſubſtātia: conuerſio em̄ ſicut ⁊
mutatio denoīatur a termino ad quē. Verū: q: noīa ſunt
ad placitū: pōt etiā cōuerſio denoīari ab vtroqȝ termino
a quo ⁊ ad quē: ⁊ ſic oporteret ponere quattuor ſpēs cō
uerſionis. Una qua accidēs cōuertitur in accidēs. Secū
da qua ſubſtātia cōuertitur in ſubſtātiā. Tertia qua ſub/
ſtantia cōuertitur in accidēs. Quarta qua accidēs cōuer
titur in ſubſtantiam. de hoc lectione. xl. ¶ Cōuerſio ſub
ſtantialis eſt duplex. Quedā fit ſm̄ partem eius qḋ con
uertitur: ⁊ eius in qḋ cōuertitur: ⁊ hoc contingit in his q̄
habent materiā cōem: vt in generatiōe ſubſtātiali ignis
ex aere: aer cōuertitur in ignē: nō ſm̄ ſe totū: q: nō ſm̄ ſe
totuȝ ſyncathegorematice: ideſt quodlibet ſui deſinit. q:
nō ſm̄ materiā: materia em̄ eadē nūero manet in vtroqȝ
ſed cōuerſio fit ſm̄ formas tm̄. ¶ Alia fit ſm̄ totū: quan
do illud qḋ cōuertit ſm̄ ſe ⁊ qḋlibet ſui/deſinit eē: ⁊ ter/
minus ad quē ſm̄ ſe ⁊ quodlibet ſui/recipit eſſe nouum
vel cōſeruatur in eſſe prehabito. Et illa cōuerſio dr̄ trāſ/
ſubſtantiatio. ¶ Et pōt ſic deſcribi ſm̄ Ockam ⁊ dn̄m
Petrū de aliaco/ſupplentē deſcriptionē Ockam. Trāſ/ C
ſubſtantiatio eſt īmediata ſucceſſio ſubſtantie: ad aliqḋ
poſitiuū deſinēs eſſe: ſm̄ ſe ⁊ quodlibet ſui/ſub eiſdē ac/
cidentibus: vel loco eius qḋ deſinit eſſe. ¶ Dicit primo:
immediata ſucceſſio: quia inter deſitionem eius qḋ trāſ/
ſubſtantiatur: ⁊ ſucceſſionē eius in qḋ tranſſubſtantiat:
nō debet cadere tp̄s mediū: alioq̇n ſi aliq̇d ante centum
annos deſijſſet: ⁊ in locū eius nūc ſuccederet aliq̄ ſubſtā
tia: eſſet tranſſubſtantiatio: qḋ nō ꝯcedit: ⁊ forte hoc in/
cludere voluit Ockam in ly ſucceſſio. ¶ Dicit ſucceſſio:
q: ſi ſubſtantia aliqua annihilata/alia crearetur nō in or
dine ad iſtam annihilatam: nō eſſet ibi trāſſubſtantiatio:

quia nulla ſucceſſio. ¶ Dicitur ſubſtantie/ad excluden⸗
dū tranſaccidentationē: ſcꝫ dum aliq̄d cōuertitur in acci
dens. ¶ Dicit̄ ad aliquid poſitiuū: q꞉ ſiue id q̄ð definit
ſit ſubſtātia ſiue accidēs: duꝫ tm̄ ſuccedit/ſub̄a ð꞉ trāſſub
ſtantiatio. Verū Ocham vult dicere/ꝙ requirit̄ ꝙ etiaꝫ
termin⁹ a quo ſit ſubſtantia. Nam ꝑm eū trāſſubſtantia⸗
tio eſt tm̄ inter terminos poſitiuos/quoꝝ vterqꝫ eſt ſub⸗
ſtantia. Vn̄ loco illius termini/ad aliq̄d poſitiuū/ip̄e po
nit/ad ſub̄am. Accipit itaqꝫ trāſſubſtantiationē ſtrictius
ꝙ hic diffinit̄. ¶ Dicit̄ definēs ꝑm ſe ⁊ q̄ðlibet ſui: ꝓpter
generationē/in qua genitū nō ꝑm quodlibet ſui incipit
eſſe. Manet em̄ materia cōis vtriuſqꝫ. ¶ Dicit̄ ſub eiſdē
accidentib⁹: q꞉ ſi aliq̄ ſubſtātia in celo ꝓduceret̄ ad deſi
tionē alicui⁹ in terra: nō eſſet trāſſubſtantiatio: lꝫ huius
oppoſitū teneat Sco. ¶ Addit̄/vel loco: q꞉ ſi deus ter⸗
minū a quo tranſſubſtantiatiōis deſtrueret quātū ad ſe/
⁊ oīa accidētia ſibi inherentia: ſufficit ꝙ termin⁹ ad quē
Nota.3. D succedat in eodē loco. ¶ Sed adhuc notandū/ꝙ tranſ⸗
ſubſtantiatio adhuc accipit̄ dupl̄r. Vno mō cōiter: ⁊ ſic
diffinita eſt. Alio mō ſtricti⁹: ⁊ tūc p̄dicte diffinitioni ad
datur p̄mo ⁊ p̄ncipaliter intenti a cōuertente: vt ſic dica
tur. Tranſſubſtantiatio eſt imediata ſucceſſio ſubſtātie
p̄mo ⁊ p̄ncipal̄r intente a cōuertente/ad aliquod poſiti⸗
uū ⁊c. vt prius. ¶ Dicit̄ aūt p̄ncipal̄r intendi a cōuerten
te q̄ð nō intendit̄: q꞉ cōiunctū alteri intento: ſed intende
retur tanq̄ꝫ termin⁹ cōuerſionis/ſi eſſet ꝑ ſe ab aliiſ ſepa
ratū. ¶ Cōſequēter ſupponit̄/ꝙ facta ꝯſecratiōe panis
ſub ſpecieb⁹ panis eſt verū corpus xp̄i: tale quale eſt in
ſua naturali cōſiſtentia pro tp̄e: hoc eſt mō tali quale eſt
ad dexterā patris: viuū/imortale/glorioſum/cōiunctuꝫ
deitati/cū oībus qualitatibus ⁊ accidentib⁹ ſibi inherē
tibus. Si aūt fuiſſet facta ꝯſecratio in triduo mortis: fuiſ
ſet tale corpus quale iacuit in ſepulcro: ſcꝫ exangue ⁊ ex
anime: ſed cōiunctū deitati. Suo modo de ſanguine ſub
ſpeciebus vini: de quo lec. xxxvij. Et dico notanter: corp⁹
Nota.4 E tale nō tantū: q꞉ nō eſt in ſacro quātum: cū ibi nō ſit extē
ſum nec circūſcriptiue: vt priori diſt. tactū eſt. ¶ Quarto
notandū/ꝙ corpus pōt tripl̄r accipi/cū loq̄mur de cor⸗
pore xp̄i. Vno mō vt eſt genus ſubalternuꝫ p̄dicamenti
ſubſtantie. Scđo vt eſt ſpēs p̄dicamenti quātitatis. Ter
tio pro altera parte cōpoſiti ſubſtantialis: ſcꝫ pro illo q̄ð
imediate ſubiicitur forme ſpecifice: ſiue ſit materia nuda
ſiue materia organizata: ſiue cōpoſitū ex materia et for⸗
ma nō ſpecifica ꝑm ponentes plures formas ſubſtantia⸗
les in eodem indiuiduo. De quo latius vide lec. xlij. Et il
lo tertio modo ꝓ eodē capitur corpus humanū ⁊ caro.
Unde indifferēter ð꞉/ꝙ hō cōponit̄ ex corpore ⁊ aīa/et
ex carne ⁊ aīa vt in ſymbolo Athanaſij. Sicut aīa rōna⸗
lis ⁊ caro vnus eſt hō. Tertio mō hic accipit̄. ¶ Ultimo
rememorandū/ꝙ (vt tangit magr̄) olim plures fuerunt
Arti.2. opinio. de queſito: de q̇bus habes in lect. xl. in p̄ncipio.
Cōcl.1. F ¶ Quātum ad ſcđm articulū eſt p̄ma ꝯcluſio. Subſtan
tia panis in ꝯſecratione ſacri eucariſtie trāſſubſtantia⸗
tur in corpus xp̄i: ⁊ partes eius p̄mo ⁊ tertio modo acce
ptum: accipiendo trāſſubſtantiationē large. Probatur:
q꞉ ſic accipiēdo tranſſubſtātiationē/panis tranſſubſtan
tiatur in oīa q̄ ad deſitionē panis/incipiūt eſſe ſub ſpecie
bus panis: ⁊ ibi incipit eſſe totus hō xp̄s: q̄ eſt corp⁹ pri⸗
mo modo: vt eſt ſpēs ſubſtantie: ⁊ ꝑ cōſequēs caro q̄ eſt
corpus tertio modo: incipit etiā eſſe humanitas chriſti ⁊
aīa/q̄ eſt pars corporis primo mō. Incipitqꝫ ibi p̄ns eſſe
ſanguis ⁊ ceteri humores ſubſtantiales: ḡ in oīa illa con
uertitur. Tenet ꝯn̄a ex q̇d noīs cōuerſionis large acce⸗
pte. Non aūt ſit cōuerſio in deitatē: licet veriſſime ſit ibi:
q꞉ nō incipit eſſe ibi: cum ipſa nullibi incipit: ſed ſemꝑ eſt
Cōcl.2. vbiqꝫ. ¶ Scđa ꝯcluſio. Accipiēdo cōuerti large/ꝓpor⸗
tionabiliter ſicut tranſſubſtantiari licet panis ſub̄a in ac
cidentia corpori xp̄i inexiſtentia nō tranſſubſtātietur: tm̄
in ea cōuertitur. Probat̄ ꝯcluſio pro p̄ma parte: q꞉ trāſ⸗
ſubſtātiatio etiā large nō ð꞉ niſi reſpectu ſubſtātie tanq̄ꝫ
termini ad quē. Scđa pars ꝓbatur: quia ad deſitionem
ſubſtantie panis/ſub eius ſpeciebus incipiūt eſſe accidē
tia corporis chriſti ⁊ aīe eius: ergo in ea conuertitur ſub
ſtantia panis. Tenet ꝯſequētia ex diffinitione cōuerſio⸗
nis poſita in p̄mo articulo. ¶ Tertia ꝯcluſio. Accipiēdo Cōcl.3. G
tranſſubſtantiationē ꝓprie ſiue ſtricte: ſubſtantia panis
dum rite ꝯſecratur tranſſubſtātiatur tm̄ in corpus chriſti
tertio modo acceptū: hoc eſt in ſolam carnē xp̄i: vt eſt ꝓ⸗
ximū ꝑfectibile ab aīa intellectiua. Probatur ꝯcluſio: q꞉
ſolū trāſſubſtantiatur in id q̄ð p̄mo ⁊ p̄ncipaliter a con⸗
uertente intendit̄: ⁊ nō vt alteri cōiunctum: ⁊ hoc eſt id
in q̄ð cōuerteretur qualitercūqꝫ corpus chriſti ſe habe⸗
ret in naturali ꝯſiſtentia. Illud aūt ſolum eſt corpus xp̄i
tertio modo: ⁊ nō vt includit aīam ſanguinē aut acciden
tia: q꞉ oībus illis ſemotis a carne chriſti in ſua naturali
exiſtentia/adhuc fieret tranſſubſtantiatio in carnem ſeu
corpus illo mō: ⁊ in nullū p̄dictoꝝ: vt ſupra articulo pri
mo tactū eſt: ḡ ꝯcluſio vera. Simil̄r pōt r̄nderi de cōuer
ſione. Et illa que ſic ibi ſunt ad verboꝝ ꝓlationē/puta ꝑ
ſe ⁊ p̄mo/dicūtur ineſſe ex vi cōuerſionis ⁊ tranſſubſtan
tiationis. Cetera q̄ ibi ſunt dicūtur ibi eſſe per ꝯcomitan
tiā: oīa tm̄ ſunt ibi vere ⁊ realiter. de quo vide latius lec.
xl. clarius lec. liiij. ⁊ lec. xlij. ¶ Quarta ꝯcluſio reſponſi⸗ Cōcl.4.
ua ad queſitū. Subſtantia panis ⁊ vini cōuerſa in corp⁹
⁊ ſanguinē chriſti nō manet cum eiſdem ſub forma ſacri.
Probat̄ ꝯcluſio auto. ꝯſtitutiōis eccleſie: de ſumma tri.
⁊ fi. ca. firmiter. vbi ð꞉: tranſſubſtantiatis pane in corp⁹/
⁊ vino in ſanguinem/p̄tāte diuina. Ad idem adducūtur
multe auto. ſanctoꝝ lec. xl. circa p̄nci. Ex q̇bus habetur
ꝙ panis cōuertitur/trāſſubſtātiatur ⁊ cōmutatur in cor
pus chriſti: ꝑm ꝙ dictū eſt in tribus ꝯcluſionibus p̄miſ⸗
ſis. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ ſubſtātia panis non manet: nam
nihil q̄ð tranſit cōmutatiue vel conuertitur in aliud ma
net in ſua natura: ſed panis cōuertitur ⁊c. ḡ non manet.
Tenet ꝯſequētia: ⁊ maior nota: q꞉ q̄ð tranſit non manet
ſed id q̄ð tranſit: q̇cquid aūt cōuertitur in aliud ſubſtan⸗
tialiter/tranſit in aliud ꝑm ſuā ſubſtantiam: ergo nō ma
net ꝑm ſuam ſubſtantiā: hoc etiā patet ex quid noīs con
uerſionis. ¶ Quātum ad tertiū articulum eſt primū du Arti.3.
bium: q̇bus verbis hec cōuerſio panis in corpus/⁊ vini Dub.1.
in ſanguinem chriſti/vere ⁊ apte exprimi poſſit: ⁊ de hoc H
latius vide lec. xlix. Sed breuiter ⁊ ſummarie nota duas
regulas. Prima/ꝙ oīs propoſitio affirmatiua de rigore
ſeu ꝓprietate ſermonis eſt falſa: in qua termini ſignificā
tes panem ⁊ vinū/⁊ corpus chriſti ponūtur in noīatiuo
caſu: niſi eq̄ualeat alteri ꝓpoſitioni aut reſoluat̄ in aliā:
in qua alter dictoꝝ ponitur in obliquo. q̄ð additur pro⸗
pter illam ⁊ ſimiles. Panis eſt ex quo ſit corpus chriſti.
Et q̄ð dictum eſt: veritatē habet cuiuſcūqꝫ tp̄is ſit copu⸗
la. Vn̄ oēs ille falſe ſunt de rigore verboꝝ: panis eſt cor⸗
pus xp̄i. q̄ð eſt panis/eſt/fuit/erit ſeu pōt eſſe corp⁹ xp̄i.
Simil̄r iſte q̄ð eſt panis: ſeu q̄ð fuit panis: q̄ð erit panis
q̄ð potuit eſſe panis/eſt/vel fuit corpus xp̄i. ¶ Secūda
regula: vera eſt ꝓpoſitio in qua terminus a quo. i. panis
aut vinū exprimitur ꝑ ablatiuū cū prepoſitiōe ex vel de
importante ordinē: ſecus ſi importaret materiā: aut ter⸗
minus ad quē. i. corpus vel ſanguis xp̄i: per accuſatiuuꝫ
cū p̄poſitiōe in/certe ſunt de rigore falſe: vt iſte vere ſunt
Ex pane ſit corpus xp̄i: de vino ſit ſanguis xp̄i. Si ly ex
vel de importat circūſtantiā ordinis deſitionis ſubſtātie
panis aut vini ad p̄ſentiaꝫ corporis aut ſanguinis: vt ſit
ſenſus. poſt deſitionē ſubſtātie panis aut vini: incipit pre
ſentia corporis xp̄i. Si vero ex vel de diceret circūſtantiā
materie: ſicut cū dicim⁹ anulus ſit ex auro: q̄ð eſt dicere
anulus ſit ex auro tanq̄ꝫ ex materia manēte in eo/ſic eſt
falſa. Simil̄r vera eſt hec: panis aut vinū tranſit/cōuerti
tur vel trāſſubſtātiatur in corpus xp̄i: vinū in ſanguinē.
Cum em̄ in hac cōuerſiōe nihil aliud intelligi debet: niſi
ꝙ ad ꝓlationē verboꝝ ſacramentaliū ſimpl̄r deſinit eſſe
ſubſtātia panis ⁊ vini; ⁊ corpus ⁊ ſanguis chriſti incipit

ſeu ſit preſens ſpeciebus panis ⁊ vini. Omnes ꝓpoſitio
nes per quas hec cõuerſio exprimitur: ⁊ ſole tales vere
ſunt/ꝑter quas ſignificatur deſitio ſubſtantie panis aut
vini: ⁊ ꝑſentia corporis xp̄i aut ſanguinis ſuccedẽs ex di
uina ordinatione illi deſitioni: et de hoc latius vide lec.
Dub. 2. I xlix. ❡ Secũdo dubitatur quõ hec cõuerſio põt dici trãſ
ſubſtantiatio: cũ nõ ſit ad ſubſtantiã corporis xp̄i: vl' de
nouo ꝓducenda vel cõſeruanda: ſed tñ ad ꝑſentiã loca
lem ſub ſpeciebus panis: ⁊ ita magis deberet dici tranſ/
latio ſaltem rõne termini ad quẽ. Reſpõdeo breuiter ꝙ
ꝓprie dr̃ tranſſubſtantiatio: tam ratiõe termini a quo: ꝙ
etiã rõne termini ad quẽ. Rõne termini a quo: qr in hac
cõuerſione deſinit eſſe ſimplr̃ ſubſtantia termini a quo/
quoad materiã ⁊ formã. Et quãtum ad terminũ ad quẽ:
qr eſt ad ꝓductionẽ ſeu ↄſeruationẽ ſubſtantie corporis
⁊ ſanguinis xp̄i ſub iſtis ſpẽbus. Nam ſi corpus xp̄i non
eſſet in rerũ natura: ad ꝓlationẽ verboꝝ formaliũ corp⁹
xp̄i de nouo ꝓduceretur ſub iſtis ſpẽbus. Sicut genera/
tio dr̃ mutatio ſubſtantialis: qr ꝓducitur noua ſubſtãtia
in loco ſubſtãtie corrupte ⁊ nõ localis. Sic etiã: qr corp⁹
chriſti ꝑexiſtit cõuerſioni: eſt tñ cõuerſio ſubſtãtialis: qr
eſt ad ↄſeruationẽ ſubſtantie corporis xp̄i in loco panis
deſinentis: imo vt Sco. dicit: vbicũqꝫ ꝓduceretur noua
ſubſtantia: vel ꝑexiſtens ↄſeruaretur: ad deſitionem al/
terius ſubſtãtie eſſet ſubſtantialis cõuerſio: licet illa ſm
modũ loquẽdi Ockam nõ diceretur trãſſubſtantiatio:
qr ſm eum tranſſubſtantiatio cõnotat ꝑſentiã ſubſtantie
deſinẽtis. Unde ſm eum tranſſubſtantiatio duo cõnotat
in termino ad quẽ: ſcꝫ ſucceſſionẽ ſubſtantie eius quãtũ
ad nouã ꝓductionẽ: vel ↄſeruationẽ ad deſitionẽ termi/
ni a quo: ⁊ hoc ꝑncipaliter cõnotat. Secũdo cõnotat ſuc
ceſſionem in eodeꝫ loco in quo ꝑfuit terminus a quo: qr
in hac cõuerſione intelligere poſſumus duos terminos
ad quẽ: ſcꝫ ſubſtantiã corporis xp̄i: ⁊ eius ꝑſentiam ſub
ſpeciebus panis: ⁊ rõne primi termini dr̃ tranſſubſtantia
tio ꝑncipaliter: nõ rõne ſecũdi: licet ⁊ illum ſcd̃m conno
tet nomẽ tranſſubſtantiatio ſm Ockam nõ ſm Sco. de
Dub. 3. K hoc lec. xl. ❡ Tertio dubitat̃ cõtra hoc qd̃ dictũ eſt in de
claratione ꝑme ↄcluſionis: ꝙ panis nõ cõuertit̃ in deita
tem/ꝓ eo ꝙ ad panis deſitionẽ nõ incipit eſſe deitas ſub
ſpeciebus panis. ❡ Contra: licet deitas non incipit eſſe
ſimplr̃ ibi q̃ ſemꝑ eſt vbiqꝫ: tñ incipit ibi eſſe certo modo
ſcꝫ vt vnita humanitati xp̄i quo mõ non eſſet ibi ſi panis
ad ↄſecrationẽ nõ deſijſſet. ❡ Reſpondet̃ ꝙ in deitatem
nihil põt tranſſubſtantiari vel conuerti: qr cõuerſio dicit
ſucceſſionẽ termini ad quẽ: ⁊ ſucceſſio aliquã mutationẽ
in termino a quo ⁊ ad quẽ: capiendo mutationem large.
Nunc aũt in deitatem nulla cadere põt mutatio. Qd̃ eñ
deitas in ſacramẽto eſt vt vnita humanitati xp̄i: ⁊ nõ ſic
eſſet ibi: niſi in ordine ad deſitionẽ ſubſtantie panis: hoc
nõ eſt per mutationẽ deitatis: ſed corporis xp̄i: qd̃ ibi in/
cipit eſſe ꝑſens vbi prius nõ fuit ꝑſens: ⁊ iõ cõuerſio in
corpus xp̄i nõ in deitatem: q̃ ſemper pñs eſt humanitati
vbicũqꝫ fuerit humanitas. Et ſi hoc nõ ſatis intelligitur
in q̃d noĩs ſucceſſionis: addat̃ ꝑ ſui mutationẽ. ❡ Quar
Dub. 4. L to dubitatur vtrũ tranſſubſtantiatio de qua hic agit̃: fiat
ſucceſſiue aut in inſtanti. Et videt̃ ꝙ ſucceſſiue: qr fit ad
ꝓlationẽ verboꝝ: que nõ põt fieri niſi ſucceſſiue. Rñdet̃
in expo. ca. le. xlij. ꝙ cõuerſio illa fit inſtãtanee. i. tota ſil'.
Unde in ꝑmo inſtanti non eſſe verboꝝ/panis deſinit: ⁊
corpus xp̄i ꝑſens eſt ſpecieb⁹ panis virtute diuina: q̃ nul
la indiget ſucceſſione in ſuis actionib⁹. Nec verba ꝓlata
aliquid efficiũt q̃ ſucceſſiue ꝓferũtur: niſi ꝙ ad ꝓlationẽ
eoꝝ deus ſigno per ſe inſtituto aſſiſtens operat̃. Requi/
ritur aũt verboꝝ ꝓlatio ex inſtitutione xp̄i: vt preuia nõ
vt concomitans. Unde ꝓ nullo inſtanti eſſe verboꝝ eſt
ibi corpus xp̄i: ſed ceſſantibus verbis/in ꝑmo nõ eẽ eoꝝ/
eſt ibi corpus xp̄i: ⁊ ideo ĩmediate ſuccedit: nã inter ꝑmũ
nõ eſſe verboꝝ/⁊ primũ eſſe corporis xp̄i/nullũ eſt me/
dium inſtans: ſicut nec inter deſitionẽ panis ⁊ ꝑſentiam
corporis chriſti. Unde vnũ ⁊ idem inſtans eſt primũ nõ
eſſe prolationis verboꝝ: ⁊ primũ nõ eſſe panis: ⁊ primũ
eſſe corporis xp̄i. ❡ Si dicis panis deſinit inſtantanee:
qr totus ſimul: ergo ꝑ vltimũ eſſe: ⁊ per ↄſequens idem
eſt vltimũ eſſe panis: ⁊ primũ eſſe corporis. Et ita ꝓ illo
inſtanti ſimul eſſent panis ⁊ corpus xp̄i. Cõſequẽtia pro
batur: qr res ſucceſſiue deſinẽs/per partẽ poſt partẽ de/
ſinit: ⁊ per primũ non eſſe totalis deſitionis: ſic res deſi/
nens tota ſimul ⁊ nõ ſucceſſiue/deſinit ꝑ vltimũ. Reſpõ
detur ꝙ panis nõ deſinit ꝑ vltimũ eſſe: licet deſinat tot⁹
ſimul. Cui⁹ ratio eſt: qr panis deſinit ad deſitionem ver/
boꝝ: que qr deſinũt ꝑ primũ nõ eſſe tanq̃ res ſucceſſiua:
pro eodẽ inſtanti deſinit ſubſtantia panis: ⁊ regula illa
ꝙ res ꝑmanẽs deſinens inſtantanee ⁊ tota ſimul deſinit
ꝑ vltimũ inſtans: patitur inſtantiã quãdo res ꝑmanens
deſinit ad deſitionẽ rei ſucceſſiue. Similr̃ quãdo rei per/
manenti q̃ tota ſimul deſinit: ĩmediate ſuccedit res ꝑma
nens incipiens per primũ inſtans eſſe: ſic eſt in ꝓpoſito.
Unde alterũ neceſſe eſt dicere: aut ꝙ panis deſinat ꝑ pri
mũ nõ eſſe: ⁊ corpus xp̄i incipiat ibi eſſe ꝑ ꝑmũ eſſe: aut
ꝙ panis deſinat ꝑ vltimũ eẽ: ⁊ corpus xp̄i ibi incipiat eẽ
per vltimũ nõ eſſe/ſuppoſito ꝙ inſtantia nõ ſint ſibi im
mediata. Et ꝙ nullum ſit inſtans mediũ inter deſitionẽ
panis ⁊ ꝑſentiam corporis xp̄i. ❡ Quinto dubitat̃: vtrũ Dub. 5.
equalis virtutis ſit aut maioris: panẽ in corpus xp̄i con/ bip̄titũ.
uertere: q̃ aliq̃d de nouo creare. Similr̃ vtrũ virt⁹ tranſ M
ſubſtantiandi ſit nobilior/q̃ virtus concipiendi corpus
xp̄i in virgine maria. ❡ Reſpondet̃ breuiter ſupponen/
do ex ſupradictis: ꝙ ſacra nõ efficiũt qd̃ ſignificant ꝑ ali
quã virtutẽ inſiſtentẽ: ſed ꝑ virtutẽ diuinã aſſiſtenteꝫ: vt
habitũ eſt ſupra diſt. j. q. j. Idcirco vna eſt eadẽqꝫ virtus
creandi ⁊ tranſſubſtantiandi: quia virtus diuina eſt vna
⁊ indiuiſibilis reſpectu quorũcunqꝫ effectuũ: nec maior
in ꝓductione nobilioris effectus: nec minor in ꝓductio/
ne minus nobilis. Unde btũs Aug. in ſoli. ca. iiij. Omni
potẽs man⁹ tua ſemꝑ vna ⁊ eadẽ creauit in celo angelos
⁊ in terra vermiculos: nõ ſuperior in illis: nõ inferior in
iſtis. ⁊ ſequitur. Sicut oĩpotens manus tua: cui oĩa pari
modo ſunt poſſibilia. Nec eñ poſſibili⁹ eſt ei creare ver/
miculũ q̃ angelũ: nec impoſſibilius eſt extendere celum
q̃ foliũ: nec leui⁹ eſt formare capillũ/q̃ corp⁹: nec diffici
lius fundare terrã ſuꝑ aquã/q̃ aquã ſuꝑ terrã. Sed oĩa
quecunqꝫ voluit fecit: ſicut voluit in celo ⁊ in terra/⁊ in
mari/⁊ in oĩbus abyſſis: ideo eſt equalis: ĩmo vna virt⁹
tranſſubſtantiandi ⁊ creandi. ❡ Si aũt refertur ad crea
turas tunc querit̃: vtrũ equalis vel maior virt⁹ ſit tranſ/
ſubſtantiandi q̃ creandi: eſt querere: vtrum effect⁹ crea/
tus ſit maior q̃ effectus ꝑ tranſſubſtantiationẽ ꝓductus
⁊ ſic variat̃ rñſio ſm diuerſitatẽ effectuũ: ſed ſenſus ille
eſt improprius. ❡ Ad ſcd̃m in dubio queſitũ: vtrũ beata
virgo habuerit aliquã virtutẽ ſibi inherentẽ reſpectu cõ
ceptionis xp̄i corporis de qua ſumpta eſt materia corpu
lenta: tractatum eſt lib. iij. diſt. iiij. An pure paſſiue ſe ha/
buerit an etiã actiue: ⁊ qd̃libet hoꝝ dicat̃/ſi hic queritur
de virtute inſiſtente virgini in ↄceptiõe: ⁊ de virtute trãſ
ſubſtantiandi ſit cõparatio virtutis create ad increataꝫ:
⁊ ita ptꝫ rñſio ꝙ maior eſt virtus tranſſubſtantiandi/q̃
virtus ↄcipiendi in virgine: qr illa eſt increata: iſta crea/
ta. ❡ Si querit̃ de virtute aſſiſtente que eſt virtus ſpũs/
ſancti virginẽ obũbrantis ⁊c. ſic eſt eadẽ virtus hec ⁊ il/
la: qr increata. Sic ſi ſit cõparatio ad effectũ/idem eſt ef
fectus vtrobiqꝫ: qr verũ corpus xp̄i: ⁊ ꝑ ↄñs eadẽ virtus
ideſt virtus eiuſdẽ effect⁹ ꝓductiua: ⁊ ſm hoc põt reſpõ
deri ad dubiũ. ❡ Ultimo dubitat̃: vtrum in cõuerſione Dub. 6.
panis in corpus xp̄i/panis deſinat ꝑ annihilationẽ. de h N
in ex. ca. lec. xlj. Unde breuiter dr̃ ꝙ panis ſm ſe totũ deſi
nit ⁊ nihil panis manet: nec materia: nec forma: ſed tñ
accidentia: an aũt hec deſitio debeat dici annihilatio an
nõ: ſtat in quid noĩs termini. Nam ſi annihilatio dr̃ deſi/
tio rei ſm ſe totã; ita ꝙ nihil qd̃ fuit de eius eſſentia ma/

neat:ſic panis in hac cõuerſione annihilatur: ſic etiã for
ma ſubſtantialis corrupta annihilaretur:lʒ nõ cõpoſitũ
q: in corruptione cõpoſiti manet aliqd: ſcʒ materia cõis
corrupto ⁊ genito. Si vero accipit̃ ꝓ deſitione rei ſm ſe
totam/cui nihil poſitiuũ ſuccedit:ſic panis nõ annihila-
tur:q: ſuccedit corpꝰ xpi:⁊ ita cõiter accipit̃ annihilatio
a doctoribꝰ. ¶ Si queris:cũ panis deſinit ⁊ nõ ꝑ corru-
ptionẽ:q̃ g̃ vocat̃ hec deſitio. Rñdet̃ ꝙ q: hec deſitio eſt
ſupnaturalis ⁊ miraculoſa:nõ hʒ nomẽ impoſitũ a pħis
ſed põt dici deſitio rei ſm ſe totã.de quo latius lec.xlj.Et
tantũ de illa queſtione. Queſtio.ij.

# Uerit̃ ſecũdo de ma

A teria huius ſacri:vtrum materia euchariſtie
ſit panis triticeus/et naturalis liquor vini.
¶ Tribus articulis patebit ſolutio qõnis.
Arti. 1 ¶ Quãtuʒ ad primũ ſupponitur: ꝙ illud ð: requiri de
Nota. 1. neceſſitate ſacri ſine quo ſimplr̃ non eſſet ſacrm̃:aut ſine
quo nõ cõſecratur ſacramentũ. In ꝓpoſito aũt nõ que-
ritur de materia euchariſtie q̃ nulla eſt: vt dictũ eſt ſupra
diſt.x.q.iij.Sed querit̃ de materia cõſecrationis. ¶ Se
Nota.2. cũdo notandũ ꝙ de materia ↄſecratõis euchariſtie ſunt
diuerſe opi. doctorꝝ. Sunt em̃ q̃ tenẽt ꝙ panis triticeus
neceſſario requirat̃ ad ↄſecrationem euchariſtie:ita ꝙ ſi
in alio pane attentaretur:puta ſpelticeo/ordeaceo aut ſi
ligineo irrita eſſet conſecratio ⁊ nihil fieret. De hac opi-
nione eſt ſctũs Tho.parte.iij.ſumme.q.lxxiiij.arti.iij.te-
nens ꝙ ſaltẽ maiorẽ partẽ opʒ eſſe triticeã.Cõſonat Ger
ſon in de floribus ca.de euchariſtia. Sco.in.iiij.diſtin.xj.
Alexan.de ales parte.iiij.q.xxxij.mẽ.iiij. Duran. dñs ca-
me.q.v.quarti. Ricħ.in.iiij.diſt.xj arti ij.q.ij. Alij aliter
ſentiũt. Nam Albertus tenet:ꝙ in ſpelta põt fieri conſe
cratio.⁊ Pe.de palu.diſt.xj.q.j.arti.iiij ſm quẽ ſpelta tri
ticũ ⁊ far ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Tho.de argentina ↄſulit ꝙ
ſacerdos vtatur pane triticeo. Sanctus Bonauẽ.diſt.xj
arti.j.q.iiij.tenet:ꝙ materia apta eſt frumentũ:quas opi
niones late ꝓſequit̃ lec.xxxv.in expo. cano. Similr̃ ⁊ de
Arti.2. vino aqua mixto.vide ibide.Hec de arti.j. ¶ Quãtuʒ ad
Cõcl̃. 1. ſcðm articulũ eſt ↄcluſio pͥma. Panẽ eſſe materiã ↄſecra
B tiõis euchariſtie tenet fides religionis. Probat̃ extra de
ſum.trini.⁊ fi.ca.firmiter.⁊ in.c.Cum marthe.de cele.⁊c.
⁊ de ↄſe.diſt ij.in multis cap̃.Et ð: notãter panis:q: non
paſta:aut farina aqua mixta:ſeu pulmentum eſt materia
Cõcl̃. 2. cõſecrationis corporis:vt in expoſi.ca lec.xxxv. ¶ Secũ
da ↄcluſio. Non ſufficienter ꝓbatur: ꝙ in ſolo pane tri-
ticeo fiat ſacri euchariſtie ↄſecratio. Patet: quia ad hoc
neqꝫ eſt autoritas ſacre ſcripture: neqꝫ determinatio ec-
Cõcl̃.3. cleſie:neqꝫ reuelatio:neqꝫ experientia vel ratio. ¶ Ter-
tia concluſio. Non excuſatur a pctõ q̇ in pane nõ triticeo
ſcienter celebrat:niſi vſus eccleſie in qua ſacrm̃ conficit:
oppoſitũ teneat. Probat̃ ↄcluſio: q: quilibet celebrans
aut ſacra miniſtrãs: tenetur ſe ↄformare cõſuetudini ec-
cleſie in qua officiũ ſuũ agit: vt dictũ eſt.s̃.de trina imer-
ſione baptizandi:ideo nõ cõformans ſe ↄſuetudini/pec
cat ⁊ maxime in ꝓpoſito: vbi dimittit certũ ⁊ aſſumit in-
certũ in tanto ſacro.Certum em̃ eſt ꝙ in pane triticeo fit
cõſecratio oĩ fideli:ſed an fiat in pane non triticeo. opi.
Cõcl̃.4. ſunt doc. ¶ Quarta ↄcluſio. Ad ↄficiendum ſanguinis
C xpi ſacrm̃:neceſſariũ eſt vinũ naturale de vua vitis exp̃ſ-
ſum. Probatio de conſe.diſt.ij.in ſacro. Item ex facto xp̃i
idem oſtẽdi põt. Nã xp̃s ↄfecit in liquore vini: ꝑ qð vinũ
tanq̃ materiã cõſecrationis ſanguinis inſtituit. patet ex
verbis eius Marci.xiiij.⁊ Lu.xxij. Accepto calice dixit:
dico vobis nõ bibam de gñatione vitis donec regnũ dei
veniat.Simile habet̃ in Matth. Ex quo patet: ꝙ nec in
vino artificiali:aut de pomis aut piris expreſſo:nec in vi
no botris incluſo:nec in agreſto:nec in balſamo ſm Pe.
vbi.s̃.arti.v licet dicatur vinũ engaddi: ſed in vino ver-
natiano:greco:cretenſi q̃ ſunt vina ꝓprie dicta:põt fieri
ↄſecratio; nec de claretoſi ſpẽs vini immutata eſt;nec in
aceto ꝑfecto:cũ tunc nõ ſit vinũ: ſecus ſi tendit ad acedi
nẽ ſm Pe.de palu. verũ de aceto diſtinguit Alexã.vt in
lec.xxxv.allegata. In muſto tñ exp̃ſſo: lʒ nondũ defeca-
to:põt fieri ↄſecratio. ¶ Quĩta ↄcluſio. Admixtio aque Cõcl̃. 5.
cũ vino in calice requiritur de miniſtri: nõ de ſacri neceſ-
ſitate. Probat̃ q: miniſter ↄſecrans ſi aquã miſcere ſciẽ-
ter negligit:mortaliter peccat: lʒ vere ↄficiat:niſi formã
mutando hereſim introducere conaret̃. Probationem
horꝝ require lec.xxxv. ¶ Quãtum ad articulũ tertiũ du- Arti.3.
bitatur pͥmo:vtrũ certa panis aut vini quãtitas ſit deter Dub. 1.
minata:qua maior vna vice ſeu vna ↄſecratione ↄſecra- D
ri nõ poſſit. Rñdet̃ ꝙ nõ eſt determinata certa quãtitas
panis ↄſecrãdi. Unde tantũ ſacerdos ↄſecrare põt: quã
tum hr̃e põt p̃ſentem:⁊ ad quãtum determinate dirige-
re valet ſuã intentionẽ. Un̄ exiſtens in eccl̃ia nõ põt cõſe
crare panẽ in foro:nec vinuʒ in cellario: lʒ aliq̇ teneãt ꝙ
dũtaxat tantũ cõſecrare põt:quãtum ad vſuʒ fidelis po
puli ſufficere põt:de quo vbi.s̃ lec.xxxv. ¶ Scðo dubita Dub. 2.
tur de qualitate panis ↄſecrãdi: an tm̃ in azymis: an etiã E
in fermẽtato ↄſecratio fieri poſſit. Rñdetur ꝙ de vtroqꝫ
põt fieri cõſecratio:q: etiam vtroqꝫ romana eccl̃ia vſa eſt
in hoc ſacrificio ex certis cauſis:licet mõ tm̃ in azymo.de
quo lec.xxxiiij.in expo.ca latius diſputat̃. ¶ Tertio du- Dub.3.
bitatur:vtrũ aqua vino admixta in ſanguinẽ xp̃i conuer
tatur. Rñdet̃ ꝙ aqua vino admixta pͥmo cõuertit̃ in vi-
nũ:⁊ ita totũ cõuertitur in ſanguinẽ xp̃i: aq̃ aũt ſi nõduʒ
eſſet in vinũ cõuerſa dũ ſacerdos cõſecrat nõ cõuertitur
in ſanguinẽ:debet g̊ ſacerdos paululũ aque ⁊ in modica
quãtitate tp̃e maturo ⁊ in p̃ncipio miſſe vino in calice ap
ponere:vt certus ſit de cõuerſione aque in vinũ:⁊ vt ſta
tim cõuerti poſſit aqua in vinum:de quo latius lec.xxxv.
¶ Quarto dubitat̃:q: dictũ eſt ꝙ aqua nõ cõuertitur in Dub.4.
ſanguinẽ xp̃i imediate:ſed prius in vinũ cõuerti oportet F
⁊ tunc vinũ qð in ſe cõuertit aquã: cõuertitur in ſangui-
nẽ. Quid g̊ fieret de aqua ſi tp̃e ꝓlationis verborꝝ conſe
crationis calicis nondũ fuiſſet conuerſa in vinũ. Rñdet̃
vbi.s̃.ꝙ ſi aqua fuiſſet tante quãtitatis/ꝙ vinũ in ſe con
uertiſſet ſi nõ fuiſſet facta ↄſecratio:tũc alterabit ſpẽs vi
ni remanentes vſqꝫ ad inſtãs corruptiõis vini/ſi nõ fuiſ
ſet vinũ cõuerſum. Et in eodem inſtanti ſub qualitatibꝰ
de nouo introductis:deus creat nouã aque ſubſtantiaʒ
⁊ deſinit eſſe ſanguis xp̃i. Si vero tam modica fuerit aq̃
ꝙ vinũ eã in ſe cõuertiſſet:ſi nõ fuiſſet cõuerſum tunc in
inſtanti corruptionis ſpecierũ aque forma aque corrũpi
tur:⁊ in materiã aque introducit̃ forma vini: ⁊ ſaluaret̃
ibi donec ſpẽs vini de nouo introducte iterũ corrũpent̃.
Non tñ ſub illis ſpẽbꝰ inciperet eſſe ſanguis xp̃i:ſub nul
lis em̃ ſpẽbus incipit eſſe ſanguis: niſi ſub ſpeciebus il-
lius vini ſup quo ꝓlata ſunt ↄſecrationis verba. Nam et
ſi modicũ vini poſt cõſecrationẽ adderet̃ ſpẽbus vini cõ
uerſi:nõ cõuerteret̃ illud ĩ ſanguinẽ:ſicut aqua bñdicta
addita aque benedicte fit bñdicta cuiꝰcãm reqre loco al
legato:vbi ⁊ habes:ꝙ licet ſacerdos ſumẽs calicẽ in quo
aqua nõduʒ fuiſſet in vinũ cõuerſa ⁊ poſtea in ſanguinẽ
licet ſolueret ieiuniũ nature: nõ tñ impediret̃ ab iterata
celebratione ꝓpter inuincibilem ignorantiã. ¶ Et nota G
ꝙ aqua admiſcenda nõ debet eſſe aqua artificialis roſa-
cea vel ſimilis:ſed aqua elemẽtaris: vt habet pal̃. vbi.s̃.
verũtñ ſi aq̃ talis admiſceret̃:diceret̃ de illa ſicut de ele-
mentari ſi prius fuiſſet cõuerſa in vinũ q̃ ꝑficeret̃ conſe
cratio:vinũ in qð cõuerſum eſſet ꝑ ↄſecrationẽ tranſſub-
ſtantiaretur in ſanguinem. Si aqua artificialis admixta
nõ cõuerſa fuiſſet in vinũ ante ↄſecrationẽ ð: ſicut de aq̃
elementari:qm̃ ſicut admixtio aque nõ eſt de neceſſitate
ſacramẽti:ita nec impedit ſacri ↄſecrationẽ ſi alia admi-
ſceretur. Si querit̃.nũquid ſufficit ſi aqua vino ſit admix
ta in dolio aut ciatho aut ꝑ pluuiã: ð: ꝙ nõ: q: admixtio
illa eſt ſacr̃alis:ideo nõ debet fieri anteq̃ myſteria ⁊ pre
paratio ad ea inchoentur vt dicit Alex. Secus em̃ faciẽs
aut omittens; licet ceteris rite peractis perficeretur ſa-

cramentum: peccaret tñ grauiter celebrans. Satis con-
cordat p̄dictis Alexan. par. iiij. q. xl. pal. diſtin. xj. ſanctus
Tho. ⁊ Bonauen. vterq̃ diſtin. xij. Et tantū de illa que-
ſtione.

Diſtinctio. xij.

# Si autem queritur.

Poſtq̄ magr̄ egit de his q̄ reſpiciunt ſacr̄i
veritatē/ſcʒ eiꝰ inſtitutiōe/vſu/ↄtenti veri
tate/ac exiſtētia corporis: mō ↄ̄ñter in hac
diſt. agit de accidētibꝰ remanētibꝰ: de ipſis ſcʒ ſpēbus et
earū ſubſiſtēdi mō: ac de his q̄ circa h̄ ſacr̄m fiūt: ſcʒ fra-
ctione/⁊ partiū ſignificatiōe/oblatione ⁊ frequētatiōe.
Et colligit̃ ſnīa textus in ſequētibꝰ tribꝰ cōcluſionibus.
¶ Prima. Accidētia ſiue ſpēs poſt ↄſecrationē remanēt
ſine ſubiecto: q̄ realiter frāgūtur in partes certo ſignifi-
catiōis myſterio. Significāt em̄ tres partes fractiōis tri
forme corpus xp̄i: cuius vna ps iam ſurrexit beatifice re
gnās cum xp̄o: alia ambulat in terra: tertia quieſcit in ſe
pulcro. ¶ Scd̄a ↄcluſio. Qd̄ ſacerdos gerit in altari: re
cte ſacrificium ſeu īmolatio d̄r: q: illius vnici ſacrificij in
cruce īmolati memoria iteratur. ¶ Tertia. In augmen-
tum charitatis: ⁊ medicinā quotidiane infirmitatis/ſecu
re quotidie ſumitur ab eo qui poſt ſatiſfactioneʒ pro pre
teritis affectum ſubtrahit a peccatis. Patet declaratio
in textu. ¶ Circa hāc diſt. querūtur duo. Primū de acci-
dentiū ſubſiſtentia actiōe ⁊ paſſione. Scd̄m de ſacramē-
ti fructu ⁊ eius frequentatione.

Queſtio. j.

# Circa primū querit̃

A vtrū accidētia q̄ ſine ſubiecto ſubſiſtunt in
euchariſtia: agāt ⁊ patiant̃ tanq̄ ſubiecto
inherentia. ¶ Tribꝰ articulis q̄ſtio termi-
nabit̃: terminoꝝ declaratiōibꝰ quoad p̄mū: ↄcluſionum
ſubiūctionibꝰ quoad ſcd̄m: ⁊ dubioꝝ ſolutionibꝰ quoad
Arti. 1. tertiū. ¶ Quātū ad articulū p̄mū/ſupponit̃ q̄ p accidē-
Sup. 1. tia euchariſtie nihil aliud intelligit̃ niſi q̄litates ſenſibi-
les q̄ apparēt poſt ↄſecrationē in loco vbi fuerat panis
vel vinū: vt ſunt color/ſapor/odor/ac cetere q̄litates tā-
gibiles ⁊ ſenſibiles. Et dico q̄litates: q: teneo q̄ ſolum
duo p̄dicamēta ponūt in numerū. i. īportant res realiter
diſtinctas. Nam oīs res ſuba eſt aut q̄litas: q: oīs res eſt
ſuba aut accidēs ſm p̄hm. Qd̄ aūt accidēs eſt q̄litas: nō
em̄ pono quātitatē eſſe accidēs diſtinctū a re quāta: neq̃
relationē a rebꝰ abſolutis: vt habitū eſt. ſ. diſt. x. Et pari
formiter de reſpectibꝰ extrinſecis ſex p̄dicamentoꝝ cete-
roꝝ. Vn̄ ſequit̃ q̄ tranſeūte panis vel vini ſubſtātia/nō
manet quātitas panis: q: quantitas panis eſt ſubſtantia
panis: nō pōt aūt idem trāſire ⁊ manere. Manet autem
quātitas: ſed nō illa q̄ fuit panis: ſʒ ea q̄ fuit accidentiū.
Manētibꝰ em̄ accidētibꝰ/quātitas eoꝝ manet: cū quāti
tas accidentiū nihil aliud ſit q̄ accidētia h̄ntia partē ex-
Sup. 2. tra partē ſm extēſionē. ¶ Scd̄o ſupponit̃ q̄ accidentia
B ſenſibilia q̄ fuerūt in pane: eadē nūero manent poſt ↄſe
crationē. Illud ptʒ ſatis p experientiā: ⁊ p̄bat̃ lec. xliiij.
Eadē em̄ apparēt poſt ↄſecrationē q̄ ante: ⁊ ſenſus circa
obiectū ꝓpriū nō decipit̃. Et lʒ multa ibi ſint q̄ nō appa
rent. ſ. corpꝰ xp̄i ⁊ ſanguis cū accidētibꝰ ꝓprijs: ea tñ que
apparent tanq̄ ꝓpria obiecta ſenſus/q̄litates ſcʒ ſenſibi
les eedē q̄ fuerūt an̄ ↄſecrationē vere ibi ſunt: vn̄ in legē
da matutinali de venerabili ſacr̄o legitur. Accidētia ſine
ſubiecto in eodē (ſcʒ ſacr̄o) exiſtūt vt fides locū habeat
dum viſibile inuiſibiliter ſumitur aliena ſpē occultatuʒ.
Et ſequit̃ ad ꝓpoſitū. Et ſenſus a deceptiōe īmunes red
dant̃: q̄ de accidētibꝰ iudicāt ſibi notis. hec ibi. Nō auteʒ
eſſet ſenſus īmunis a deceptiōe ſi nō eſſent eadē acciden
Sup. 3. tia poſt ſicut an̄: cū ſenſus iudicet eſſe eadē. ¶ Tertio no
tandū: q̄ lʒ due ſint opi. ↄtrarie de quantitate extenſiua:
an ſit accidēs quoddā quāto inherēs diſtinctū a ſuba et
qualitate: quarū motiua cū ſuis ſolutiōibꝰ hincinde ha-
bent̃ lec. xliiij. in expoſi. ca. tñ opi. negantē quātitatē eſſe
tale accidens diſtinctū a re quāta: tanq̄ magis fundatā
ſequēs. Cōſequēter not. q̄ accidētia in euchariſtia appa-
rentia q̄ intelligunt̃ per ſpēs panis: aut ſunt in ſubſtātia
tanq̄ in ſubiecto. Nam non ſunt ſic in qualitate: q: ipſa
ſunt qualitates ſenſibiles: ſed vna q̄litas ſenſibilis non
eſt in alia neq̃ in ſeipſa: ḡ ſi nō ſunt in ſuba in nullo ſub-
iecto ſunt. Non em̄ in quantitate. hec em̄ vel eſt realiter
ſuba vel q̄litas: nec pōt aliud ſubiectū aſſignari: vn̄ ſequi
tur q̄ ꝓbato q̄ nō ſunt in ſubſtātia: ſatis ꝓbatū eſt q̄ nō
ſunt in ſubiecto. ¶ Quarto notandū q̄ actio accidētis Sup. 4.
pōt eſſe triplex. vna reſpectu ſube gn̄ande: alia reſpectu
cognitionis cauſande q̄ ſm aliquos d̄r actio exēplaris:
tertia reſpectu accidētis realis in paſſuʒ ꝓducēdi. Et de
p̄ma actiōe eſt duplex opinio. Vna q̄ reſpectu ſube ꝓdu
cende vel corrūpende accidēs nullā habet actionē: nec
vt cauſa ſecūda p̄ncipalis: nec vt inſtrumentalis. Alia te
net oppoſitum q̄ accidens eſt vere cauſa partialis: tamē
reſpectu ſubſtantie. quarum opinionū motiua habes le
ctione. xlv. Similr̄ dupliciter pōt intelligi queſtio quan
tum ad queſitū de actione ⁊ paſſione naturali vel mira-
culoſa ⁊ ſupnaturali. ¶ Quito ſupponitur q̄ nulla trāſ Sup. 5.
mutatio acquiſitiua fieri pōt a cauſa naturali niſi in ſub-
iecto preſuppoſito: q: niſi ſic creatura poſſet naturaliter
creare: ↄſequens negatur ab oībus. ⁊ ꝓbatur ↄ̄ña: quia
in hoc ſolū differt creare a facere: q: id qd̄ creatur: non
fit nec educit̃ de potentia materie: q: creare eſt aliquid
de nihilo ꝓducere. Facere aūt dicit oēm rei ꝓductionem
gn̄aliter/ſiue de potentia materie ſiue de nihilo: iō quic-
quid ꝓducit aliquid ⁊ nō de ſubiecto: creat. Sed de trāſ
mutatione deꝑditiua dubiū eſt: q: tenet Ockam q̄ cau-
ſa naturalis pōt annihilare: lʒ nō creare: de quo lec. xlv.
¶ Quātuʒ ad ſcd̄m articulū eſt hec ↄcluſio p̄ma ad ſup Arti. 2.
poſitū reſponſiua. Accidētia panis ⁊ vini poſt cōſecra- Cōcl. 1.
tionē manentia: p ſe ſtant nulli ſubiecto inherentia. Pro D
batur ↄcluſio: q: poſt ↄſecrationē nō inherent accidenti
vt declaratū eſt in p̄cedenti arti. nec ſube: q: nō ſube pa-
nis nec vini: q: illa nō eſt poſt ↄſecrationē: cum p ↄſecra
tionē conuerſa eſt in corpus ⁊ in ſanguinē xp̄i. Nec ſube
corporis xp̄i: tū q: accidētia nō migrāt de ſubiecto in ſub
iectū: tū q: neq̃ afficiūt neq̃ denoīant corpꝰ xp̄i. Corpꝰ
em̄ xp̄i neq̃ eſt neq̃ d̄r album/rotūdum ⁊c. p accidentia
ibi remanētia. Nec aeri circūſtanti: q: hic eſt locus ſpecie
rū: locus aūt nō eſt ſubiectū locati: nec pōt aſſignari alia
ſuba cui inherent: ⁊ de hoc latius lec. xliiij. ¶ Scd̄a con Cōcl. 2.
cluſio. Species ſacramētales reſpectu paſſi extrinſecus
applicati: habētis ſubiectū tranſmutabile: habēt eandē
vim agendi ſeparate: quā haberent ſi ſube panis et vini
forent cōiuncte. Et cōcluſio habet veritatē de q̄libet triū
actionū ſ. mentionatarū: nā p̄nt agere ad corruptioneʒ
ſube: vt ſi muſca caderet in calicē. Itē ad generationem
guttularū ex aere circūſtāte: ſi ſpēs eſſent cōgelate ⁊ ſtu
be calide illate: ſic p̄nt videri/guſtari/odorari ita ſepara
te ſicut cōiuncte. Similr̄ ita ꝓducere calorem aut frigidi
tatem vel humiditatē in aerem circūſtantē: ſicut ſi panis
ſuba nō eſſet cōuerſa. ¶ Et d̄r notanter in paſſum extrin
ſecus applicatū/habēs ſubiectū trāſmutabile. q: vtrum
ſpēs in ſe inuicē agant ⁊ a ſe patiant̃: puta humiditas a
calore/⁊ ſic de ſimilibus: vel in ſpēs extrinſecus miſſas:
ſtatim dicetur: ⁊ de hoc lec. xlv. ¶ Tertia concluſio. Nul Cōcl. 3.
la tranſmutatio paſſiua acquiſitiua noue forme in ſpecie E
bus ſeparatis panis ⁊ vini/fieri poteſt naturaliter a cau
ſa naturali. Probatur: q: cauſa naturalis nō pōt produ-
cere aliq̄d poſitiuū niſi in ſubiecto p̄ſuppoſito ex vltima
ſuppoſitiōe p̄mi arti. Sed nullum eſt ſubiectū deferens
terminos huiꝰ trāſmutatiōis in ſpeciebus: cum ipſe ſint
ſine ſubiecto: nec vna ſubijcit̃ alij: vt dictum eſt: ideo cō-
cluſio vera: vt ſi ibi producitur noua qualitas iſta crea-
tur: quia de nihilo ꝓducitur. i. non de potentia ſubiecti:
cū nullū ibi ſit ſubiectū. Si q̄ritur q̄d de quātitate et mo
tu locali: dicitur ſm opinionē quā teneo: q̄ q: quātitas

nō diſtinguitur a re quanta: nec motus a mobili et loco:
per agēs naturale pōt fieri mutatio ad quantitatē. ſcꝫ ra
refactio vel cōdenſatio ſpecierū: ſiliter ⁊ motus localis
carundē: ſed ꝑ has trāſmutatiōes nō acquirit̄ noua for-
ma: ſed fit tm̄ motus localis partiū vel toti⁹. ¶ Si vo te
neret̄ alia opinio cōtraria: tunc diceret̄ de mutatione ad
nouā quantitatē ſicut de mutatione ad nouā formā: ſed
de mutatione locali diceret̄ cōſequēter ꝙ poſſet fieri cau
ſa naturali: q: ibi eſſet ſubiectū mot⁹ acquirēdi/ puta ſpe-
cies ipſe mobilis. Nā ſm̄ illā opinionē mot⁹ eſt ſubiecti-
Cōcl. 4. ue in mobili. de ħ lati⁹ lec. xlv. ¶ Quarta cōcluſio. Oēs
effect⁹ (quos agēs naturale ſufficiēter p̄ſens ſpecieb⁹ eu
chariſtie poſſet in eis ſi ineſſent ſubiecto ꝓducere) efficit
in illis de⁹ ſupnaturaliter ⁊ immediate. Probat̄: q: talis
effect⁹ ad p̄ſentiā cauſe naturalis ꝓducūtur: vt docet ex-
periētia: nā preſente calore aeris caleſiūt. p̄ſente frigefa
ctione frigeſiūt ⁊c. ⁊ tm̄ nō a cā naturali p̄ſente ex cōclu-
ſione tertia: ergo a cā ſupnaturali q̄ de⁹ eſt. Et hoc quidē
ea volūtate/ qua euchariſtiā inſtituit: ⁊ eā in eccleſia fre-
quētari diſpoſuit: ſiue antiquo ſiue nouo miraculo: ne
in iacturā meriti fidei experiētia ſumeret̄: de quo lec. xlv.
Arti. 3. ¶ Quantū ad articulū tertiū eſt primū dubiū: vtrū ſpe
Dub. 1. F cies euchariſtie in ſeinuicem poſſint agere: puta calor re
mittere humiditatē: vel imutare colorē ſiue saporē. Rn̄-
detur ꝙ nō/ duplici rōne. Una: q: accidentia eidē ſubie-
cto inherētia p̄ciſe: cū nō ſunt adinuicē cōtraria: nō agūt
in ſe: q: actio realis qualitatū ſenſibiliū fit rōne cōtrarie
tatis. Scḋa: q: nihil poſſunt ꝓducere ſine ſubiecto: ſed
alteratio q̄ in eis fit: illa fit a deo ſm̄ mentē quarte ꝯclu-
ſiōis. Sed di. q̇d ſi particula cōſecrata intēſe frigida mit
teretur in calicē calefactū: ibi remitteret̄ frigiditas parti
cule ⁊ introduceret̄ calor ⁊ nō niſi a calore ſpecierū vini
in calice. Rn̄detur ꝙ illa alteratio ſpecierū particule im
miſſe in calicē fit a ſolo deo imediate: qui ſolus pōt age-
re nullo ſubiecto p̄ſuppoſito: ⁊ nō a ſpecieb⁹ vini in cali
ce: licet eis paſſum. i. particula immiſſa ab extrinſeco ap-
plicaret̄: quia illud paſſum nō habet ſubiectū deferens
terminos hui⁹ trāſmutationis. Et ideo notāter additum
fuit in ꝯcluſione ſcḋa: ſubiectū tranſmutabile habentis.
Dub. 2. G ¶ Scḋm dubiū. Utrū per tranſmutationē ſpecierū eu-
chariſtie deſinat p̄ſentia corporis chriſti. Et videt̄ ꝙ ſic:
quia dū per tranſmutationē hmōi noue ſpecies inducan
tur: puta nouus calor/ color vel humiditas ⁊c. Super il
las nō ſunt ꝓlata v̓ba ꝯſecrationis: ideo ſub eis non eſt
euchariſtia. Tenet cōſequētia: q: ꝓpter hoc dictū eſt diſ.
x. q ij. dub. iiij. ꝙ tantū ſub illis ſpecieb⁹ eſt corpus chri-
ſti: ſup quibus ꝓlata ſunt v̓ba cōſecrationis: ſed manife
ſtū eſt ꝙ ſup ſpēs de nouo inductas nō ſunt ꝓlata conſe
crationis v̓ba. In oppoſitū eſt: quia ſi ſic: cū cōtinuo fit
trāſmutatio in ſpecieb⁹: ꝑ nullū tēpus totū maneret cor
pus chriſti ſub ſpecieb⁹: qḋ eſt abſurdū ⁊ fidei cōtrariū.
¶ Rn̄det̄ ꝙ ꝑ nullā trāſmutationē factā circa ſpecies ſa
cramētales deſinit eſſe corpus chriſti ſub eiſdē: ⁊ ei⁹ ſan-
guis cū qua manet ſubſtātia panis ⁊ vini: ſi nō fuiſſet fa
cta cōſecratio. Et qn̄cunqꝫ fit talis trāſmutatio ſpecierū
ꝙ ꝑ eā corrūpit̄ ſubſtātia panis aut vini ſi non fuiſſet fa-
cta cōſecratio: tūc deſinit eſſe corp⁹ chriſti ⁊ ſanguis ſub
illis ſpecieb⁹ trāſmutatis. Et ħ veritatē hꝫ: ſiue ſpēs ille
ſumant̄ ab hoīe: ſiue bruto: ſiue vetuſtate: ſiue putrefa-
ctione: aut calore: vel ab alio quocūqꝫ caſu vel agēte ſol-
uant̄. Quid aūt fiat recedēte corpe chriſti ſequēti dubio
dicet̄. Per ħ ad rationē primā dubij ḋ: qḋ ſupra dictū eſt
ꝙ ſub nullis ſpecieb⁹ incipit eſſe corp⁹ chriſti vel ſanguis
niſi ſub ſpecieb⁹ illius vini vel panis ſuper quo pane vel
vino ꝓlata ſunt v̓ba ꝯſecratiōis: nō oēs ſpēs etiā de no
uo introducte dicūtur ſpecies panis vel vini: que eſſent
in pane aut vino: ſi nō fuiſſet facta conuerſio ſicut et ille
ſpecies que fuerunt in pane: ⁊ tunc nō ſunt in pane: ad-
huc dicūtur ſpecies panis: nō q: fuerunt in pane preciſe:
ſed magis quia eſſent in pane ſi nō fuiſſet facta cōuerſio.

Et ſi di. quare hoc plus dicitur de ſpeciebus tranſmuta-
tis/ q̄ de ſubſtantia tranſmutata in cauſa dubij allegati.
Reſpōdetur ꝙ corpus chriſti nō poteſt eſſe in loco ſub-
ſtātie ſm̄ ordinationē diuinā: niſi per cōuerſionē ſubſtā
tie in ipſum: nulla aūt ſubſtātia cōuertit̄ in corpus chri-
ſti niſi virtute cōſecrationis: ideo ſi adimiſcet̄ ſiue addit̄
aliqua ſubſtātia ſpecieb⁹: nō fit cōuerſio eius in corpus
vel ſanguinē chriſti: ⁊ ideo nō eſt ſub illis chriſt⁹: ſec⁹ de
ſpecieb⁹. ille em̄ nō cōuertunt̄ in corp⁹ aut ſanguinē xpi:
ſed vt ſub eis ſit corp⁹ chriſti: ſufficit ꝙ ſubiectū illud in
quo eſſent ſi cōſecratio nō acceſſiſſet: cōuerſum ſit in cor
pus chriſti. nūc aūt ſubſtātia panis vel vini ſi nō fuiſſet fa
cta cōſecratio: ita eſſet ſubiectū ſpecierū per tranſmuta-
tionē aduenientiū ſicut earū que infuerūt ante cōſecra-
tionē. ¶ Dubitat̄ tertio vtrū ſpecies euchariſtie ſumpte Dub. 3. H
nutriāt ſumentē. Reſpondet̄ breuiter: q: de hoc lati⁹ ha
betur in expo. ca. lec. xxxv. ꝙ ad ꝓductionē noue ſubſtā-
tie ad deſitionē p̄ſentie corporis chriſti/ nō cooperantur
ſpēs: q: in tali ꝓductione non eſt ſubiectuꝫ p̄ſuppoſitū.
¶ Unde generaliter aduertendū: ꝙ qn̄cūqꝫ deſinit cor
pus chriſti eſſe ſub ſpecieb⁹: ſemper creat̄ de nouo mate
ria: vel ſic q: ea q̄ fuit materia panis et ſimplr̄ eſſe deſijt:
per cōuerſionē ei⁹ in corp⁹ chriſti reproducit̄: aut q: alia
que nūq̄ fuerat in rerū natura de nouo ꝓducit̄: ⁊ mate-
rie introducit̄ noua forma ſubſtantialis: illa ſcꝫ vel alia
eiuſdē ſpeciei q̄ fuiſſet introducta ſi panis nō fuiſſet con
uerſus: ſed nūc naturaliter corrupt⁹. Introducit̄ aūt no
ua forma ſubſtātialis vł a deo ꝑ ſolā creationē: aut a deo
⁊ cauſis ſecundis ꝑ generationē. poſſunt em̄ cōcurrere
ſecūde cauſe in eodē inſtāti q̄ materia producit̄ ſub qua-
litatib⁹ ꝓ noue forme panis generatione diſponētib⁹ ad
educendū formā ſubſtantialē de materia ſic producta et
qualificata: de quo lati⁹ vide lec. xlv. vt gr̄a exēpli ſi ſub
ſpecieb⁹ vetuſtis ꝓduceret̄ vermis in eo inſtāti quo cor
rumperet̄ forma panis: et generaret̄ in eadē materia for
ma vermis/ ſi nō fuiſſet facta cōſecratio: ꝓducit̄ vermis
a ſolo deo de nouo quoad materiā et formā: aut ꝓduci-
tur materia a ſolo deo: ⁊ in eodē inſtāti ꝓductionis ma-
terie educitur forma vermis de potētia illius materie cō
currētibus diſpoſitionib⁹ qualitatiuis ſub quib⁹ produ-
cta eſt materia in ſuo genere cauſandi. Nā ille qualitati-
ue diſpoſitiones q̄ vſqꝫ tūc ſteterūt ſine ſubiecto ꝓ eodē
inſtāti ꝓ quo ꝓducta eſt materia: informāt materiā ꝓdu
ctam ⁊ educūt de eius potētia vermis formā. ¶ Siliter
ḋ: quoad nutritionē/ ꝙ ſumptis ſpecieb⁹ ⁊ eis alteratis/
vſqꝫ ad eā diſpoſitionē ſub qua nō maneret ſubſtātia pa
nis ſi nō p̄ceſſiſſet cōſecratio: ⁊ ſub qua deſineret corpus
chriſti eſſe ſub ſpecieb⁹ ſic alteratis: ꝓducit̄ materia vel
panis que prefuit: vel alia numero: ⁊ illā materiā agglu
tinatā relique carni ſumētis incipit informare forma ho-
minis: aut generatur partialis forma bruti ſi fuerit com-
eſtum a bruto: ⁊ per hoc ſumēs nutrit̄. ¶ Sic ergo duo
patēt: primo ꝙ ſumēs euchariſtiā nutrit̄. Scḋo ꝙ nutri-
tio illa nō cauſatur per ſpecies: ſed miraculoſe per deuꝫ
ꝓducentē materiā: ⁊ illa ꝓducta pōt cōſequēter fieri nu
tritio ꝑ cauſas naturales: ⁊ ſic ſpēs ſumpte nō nutriunt:
q: nō cōuertunt̄ in ſubſtātiā rei alite: ⁊ tm̄ ſumptione ſpe
cierū homo ſumēs nutrit̄: eo ꝙ materia de nouo ſub ſpe
ciebus ꝓducta in ſubſtātiā māducātis cōuertit̄. Qḋ aūt
ſumēs euchariſtiā nō ſoluit ieiuniū nature/ vide lec. xlv.
vbi etiā habes ꝙ ſpēs ipſe licet nutrire nō poſſunt: poſ-
ſunt tm̄ inebriare. ¶ Quarto dubitat̄ de fractione vtruꝫ Dub. 4 I
ſit vera fractio: ⁊ cuius ſit vt obiecti. Ad hoc breuiter ḋ:
dimiſſis opinionib⁹ que latius recitant̄ lec. lxxx. ꝙ dū ſit
diuiſio ſacramēti ibi eſt vera fractio: q: realis diuiſio par
tiū ſacramēti: que partes poſt fractionē etiā loco ſeparā
tur. Ipſa vo fractio nō eſt in corpore chriſti: qḋ integruꝫ
ac totū ſub qualibet diuiſionis particula cōtinet̄: ſed eſt
in ſpecieb⁹: ille em̄ ſpēs q: extēſe ſunt: ⁊ partes habēt ſi-
tu ⁊ loco diſtinctas; q̄ ꝑtes realiter adinuicē ſepant̄: frā-

gi poſſunt. Et qꝛ de h̄ ⁊ partiū ſignificatiōe ſatis loco al
legato tractat̄: ideo materiā hāc hic nō extēdo: ⁊ licȝ nō
ſit fractio corꝑis chriſti: eſt tm̄ vera māducatio corporis
chriſti: vide ibi. Et tantū de illa queſtione. Queſtio. ij.

# Secundo queritur

A Utrū ad cōſequendū euchariſtie fructū
frequēter ſit cōicandū. ¶ Trib⁹ articu
lis more ſolito cōſtabit hui⁹ q̄ſtionis ſo
Arti. I. lutio. ¶ Quantū ad primū notādū: ꝙ
Nota I. licȝ varij diuerſis modis ⁊ vijs hui⁹ ſacramēti fruct⁹ colli
gere niſi ſint. Nā q̇dā ad numerū duodenariū reducunt
adinſtar fructū ligni vite de quo Apoca. vlti. Alij codeȝ
numero: ſed ꝑ oppoſitū ad totidē dāna: que fruct⁹ ligni
mortis: arboris ſcȝ interdicte noſtro generi intulit. Alij
ad ſenariū numerū reducūt ſm ſex noia hui⁹ ſacramēti:
nā dꝛ gr̄a/donū ſeu munus/cōmunio/cib⁹/ſacrificiū/ſa
cramētū. Alij reducūt ad numerū ternariū/ſcȝ ad bonū
oblationis ſacrificij: bonū cōicationis cōuiuij: bonū re
fectionis viatici. Sunt ⁊ alij q̇ breuitati ſtudētes primo
fruct⁹ bimēbrāt ramuſculos ſubdiuidētes. Vn̄ quia eu
chariſtia p̄ncipaliter inſtituta eſt in ſacrificiū ⁊ in cibū: ⁊
iō oēm fructū ſacrificij / oēmq̇ fructū ſpūalis cibi affert
digne ſumenti. de quo late vide lec. lxxxv. in expo. cano.
¶ Pro quo ſcd̄o notādū ꝙ ſicut oēs ve. teſta. oblatiōes
Nota. 2. ⁊ ſacrificia figurabāt figuraliter vnicū chriſti ſacrificiuȝ
per chriſtū in p̄ncipio noue legis patri in ara crucis ob
latū: ⁊ in cui⁹ virtute pp̄lo ꝓfuerūt: ita in iſto ꝑfectiſſimo
ſacrificio crucis vnico habem⁹ ꝑfecte quecūq̇ lex natu
re vel moyſaica ſuis ſacrificijs cōtulit imꝑfecte: ſcȝ pctō
rū remiſſionē: gr̄e collationē: ⁊ gl̄ie participationē. Et li
cet ſimul oblat⁹ eſt chriſt⁹ in cruce in aꝑta carnis effigie:
offert̄ tm̄ idē in altari quotidie velat⁹ in panis viniq̇ ſpe
cie: nō quidē quātū ad ea q̄ penā importāt: ſed quātū ad
finē ſacrificij q̄ eſt placatio offenſe patris: ⁊ impetratio
eterne ſalut̄: ⁊ ideo iuxta ſcd̄am ꝯcluſionē textualē vere
ſacrificiū dꝛ: qꝛ idē in euchariſtia offert̄ q̇ in cruce īmola
tus eſt ⁊ ad eundē finē. de quo lec. lxxxv. lati⁹. ¶ Tertio
Nota. 3. B notandū ꝙ ſacramētū illud nedū eſt ſacramētū: ſed etiā
cib⁹ potuſq̇ aie ſpūalis ſm illud Joh. vj. Caro mea vere
eſt cib⁹: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus: ⁊ ideo in pane ⁊
vino: quo ꝑfecta refectio corꝑis quotidie adhibet̄: et in
vita corꝑali ſuſtētamur/ cōfortamur / ⁊ roboramur: in
ſtitutū eſt: vt ꝑ hoc ꝑfecta refectio ſpūalis nobis ſignifi
cet̄. de quo lec. xxxv. ⁊. lij. vbi ⁊ agit̄ cur ſub duplici ſpe
cie inſtitutū eſt. ¶ Quarto ſupponant̄ hic q̄. ſ̄. diſ. ix. q.
j. dicta ſunt de q̄druplici māducatiōe: ⁊ ea. diſ. q. ij. de di
gna ⁊ indigna ſumptiōe. In ꝓpoſito q̄ſtio tm̄ intelligē
da eſt de frequētatiōe hui⁹ ſacri ſumētiū nō indigne: qm̄
C ſicut nō eſt nec ſemel indigne ſumēdū: ita multo magis
nō eſt indigne frequētādū. ¶ His breuiter p̄miſſis q̄ad
Arti. 2. articulū primū/ſequūtur ꝯcluſiones quoad articulū ſe
Cōcl. I. cundū. ¶ Prima. Sacramētū euchariſtie in rōne ſacra
mēti: nō tm̄ ꝓdeſt his a quib⁹ ſumit̄: ſed etiā alijs ꝓ qui
bus offert̄. Patet: qꝛ p̄ces eccl̄ie nō fiūt fruſtra. Exaudit
em̄ ſpōſus ſpōſam ſuā: chriſt⁹ ſcȝ eccleſiā: ſed ſacrificiū il
lud/etſi ſpāliter offert̄ pro offerēte ⁊ ſumēte: nihilomin⁹
tm̄ ⁊ ꝓ tota vniuerſali eccl̄ia quantū ad oēs ſui partes ꝑ
particulas diuiſi ſacramēti ſignificatas. Patet h̄ clare in
orationib⁹ ſacro canoni inſertis: vbi dꝛ. In primis q̄ tibi
offerimus ꝓ eccl̄ia tua ſancta. ⁊ ſequit̄. pro papa ⁊c. et
oibus orthodoxis/⁊ vere fidei cultoribus. de quo in ex
poſi. ca. lec. xxij. ⁊ ſequen̄. Nec ſolū fructificat in bonis ⁊
iuſtis: ſed etiā in pctōrib⁹ pro quib⁹ offert̄ vt a pctīs con
uertant̄. Vn̄ beatus Tho. diſ. p̄ſenti. q. v. arti. ij. Euchari
ſtia inquantū eſt ſacrificiū: habet effectū etiā in alijs pro
Cōcl. 2. quib⁹ offert̄: in quib⁹ nō preexigit vitā ſpūalē in actu: ſed
in potētia. vt lec. lxxxv. ¶ Scd̄a ꝯcluſio. Singulos figu
raliū vete. teſta. ſacrificiorꝫ fruct⁹ affert euchariſtia: ⁊ ho
rū maiores pro quanto eſt vnici ſacrificij in cruce oblati

memoria. Probatur ꝯcluſio: quia efficacior eſt veritas q̄̄
figura: ideo maiorē fructū affert. ¶ Sunt autē hi fruct⁹
in genere q̄ttuor: ſicut q̄ttuor genera ſacrificiorꝫ vete. te
ſta. Nā hoſtia ꝓ peccatis oblata fuerat ad peccati expia
tionē. Hoſtia pacificorꝫ ad pacis ſtabilitatē. Holocauſtū
ad internā cū deo vnionē. Et iuge ſacrificiū/ad gratiarū
actionē: vt in lec. lxxxv. latius declarat̄. Vn̄ breuiter: q̇c
quid ſaluator noſter meruit: ſeipm̄ offerēs in cruce gene
raliter pro oibus: tam in remotione mali q̄̄ in collatiōe
boni/viatorib⁹/purgādis/beatis hoc ſacrificio applica
tur particulariter ſingulis. Sic em̄ orat ſacrificans in ca
none. Ut oēs ipm̄ participātes omni bn̄dictione celeſti
⁊ gr̄a repleātur. Hinc eccl̄ia ordinauit tam varia officia
pro varijs impetrādis/ſpūalib⁹ ⁊ tēporalibus bonis ma
liſq̇ remouēdis: ⁊ hoc tam viatorib⁹ q̄̄ purgādis/q̄̄ etiā
beatis pro gratiarū actionibus referēdis: prout cōgruit
varijs eccl̄ie mēbris: vt in loco ſtatim. ſ̄. allegato. ¶ Ter Cōcl. 3.
tia ꝯcluſio. Euchariſtia inquantū cibus animā nutrit et D
roborat: reſtaurat deꝑdita ⁊ reſtaurata augmētat. Pro
batur: quia cibus ille viuificat. Vn̄ Joh. vj. Qui mandu
cat me: ⁊ ipſe viuet ꝓpter me. ad viuificandū autē predi
cta requirūtur: ⁊ de hoc etiā. ſ̄. diſt. viij. q. j. Unde ⁊ In
no. de offi. miſſe. parte. iij. c. vlti. Euchariſtia ſi digne ſu
matur a malo liberat: ⁊ cōſeruat in bono: venialia delet:
⁊ cauet mortalia: ⁊ ꝑ huius ſacramēti virtutem vniuerſe
virtutes augētur: ⁊ oim̄ gratiarū fruct⁹ exuberāt. de hoc
late vide in Pe. q. j. arti. iij. diſt. huius. ¶ Quarta conclu Cōcl. 4.
ſio ⁊ quoad queſitū prima. Frequētatio ſacramēti eucha
riſtie cōmendabilis eſt in digne ſuſcipiēte: q̄̄uis cū meri
to poſſit quis aliquādo abſtinere. Prima pars cōcluſio
nis eſt Pe. vbi. ſ̄ arti. iiij. ⁊ eſt ſatis manifeſta. et ſequit̄
ex premiſſis: nā laudabile eſt multos ſibi ⁊ eccleſie accu
mulare ſpūales fructus. ſm illud apoſtoli. ij. ad Corꝫ. vj.
Hortamur ne in vacuū gratiaȝ dei recipiatis. ⁊. j. Timo.
iiij. Noli negligere gratiā que in te eſt: que data eſt tibi.
Hi autē fructus accumulant̄ per frequentationē huius
ſacramēti: vt patet ex ꝯcluſionibus precedētibus. Scd̄a
pars ꝓbatur: quia talis abſtinētia poteſt ꝓcedere ex hu
militate ſui: ⁊ cōſideratione immēſe dignitatis dei: incli
nante ad vtrūq̇ charitate: ⁊ ꝑ cōſequens erit meritoria.
Et ad hoc facit: ꝙ cēturio dn̄m nō recipiēs in domū ſuaȝ
ex ſui humiliatiōe cōmendat̄ a dn̄o. ¶ Et dꝛ notanter in
cōcluſione: cū merito poſſit abſtinere: ⁊ nō dꝛ meritorie
abſtinere: qꝛ licȝ ſic abſtinēs meret̄ ſe humiliādo coram
tremēda maieſtate dei: etiā meretur cōſiderādo ⁊ magni
ficādo diuinā maieſtatē: nō tm̄ videt̄ ꝙ abſtinēdo p̄cipue
mereatur: cū accedēdo pl⁹ dignificaret diuinā bonitatē
⁊ clementiā. Nec dn̄s laudauit centurioneȝ de eo ꝙ non
ſuſcepit ſe: ſed de fide qua credidit dn̄m abſentē corpore
poſſe v̇bo ſeruū ſuū ſanare: vn̄ dixit. Nō inueni tantā fi
dem in iſrael. ¶ Puto tamē ſi quis eliceret actū volen
di abſtinere propter reuerentiā dei ⁊ hoc ex charitate: ꝙ
ipſum velle ſic elicitū ſit meritoriū: ſed abſtinere vt dicit
purā priuationē: non eſt meritorium ſine actu poſitiuo.
¶ Quinta ꝯcluſio. Ceteris parib⁹ fructuoſi⁹ eſt frequē Cōcl. 5.
tare ſacramentū euchariſtie/q̄̄ ab ei⁹ ſumptione abſtine E
re. Dicitur ceteris paribus. i. ſi duo fuerint eque diſpoſi
ti ⁊ nō indigni: maiorē fructū ꝯſequitur accedēs q̄̄ abſti
nēs. Hec ꝯcluſio multipliciter ꝓbatur le. lxxxvij. tū quia
quicq̇d cōſequit̄ abſtinēs: illud ipm̄ cōſequit̄ accedens:
⁊ cū hoc aliq̇d vltra ex opere oꝑato quo ſe priuat abſti
nens: tum quia accedere ꝓcedit ex charitate: que ſemꝑ
vult magis magiſq̇ vniri dilecto. Sed abſtinere ꝓcedit
ex timore: aut humiliatione ſui: ſumma autē virtutū cha
ritas: hinc canon exhortatur quotidie cōicare. vt de cōſe
cra. diſ. ij. peracta. ⁊. c. ſi quotiēcūq̇. ⁊ ſequē. Et hec ꝯclu
ſio cū precedenti eſt de mēte Durādi. diſt. p̄ſentis. q. iiij.
vbi dicit tria. Primū ꝙ quotidie ſumere hoc ſacramentū
eſt laudabile ⁊ expediēs ex genere facti. Scd̄m ꝙ abſti
nere a ſumptione eius eſt quādoq̇ laudabile ratione fa

cientis. Tertiū inter laudabiliter ſumētē et laudabiliter
abſtinentem: melius facit qui ſumit ꝙ̄ qui abſtinet. ⁊ oīa
hec latius declarat. Pe. de pal. tenet: ꝙ hmōi q̇ ſentit de-
uotionē ꝑ hoc augeri ⁊ reuerentiā nō minui: expedit om
ni die cōicare. arti. iiij. q. j. vbi etiā querit ⁊ determinat ſi
liceat in die pluries cōicare. Et qñ licet pluries celebra-
re: ponēs ſex caſus in quibꝰ licet. ⁊ in fine arti. v. ait. Sim
pliciter loquendo multo melius eſt debite ſumere ꝙ̄ de
Cōcl. 6. bite omittere. ¶ Sexta ꝯcluſio. Licꝫ non peccēt: impru
denter tñ agūt ⁊ ſtulte q̇ diſpoſiti abſtinēt a ſacramētali
cōione. Patet ꝯcluſio. primo ꝙ nō peccēt: quia accedere
nō eſt in precepto niſi in caſu vt ſemel in anno ⁊ in mor-
tis periculo. de quo lectione. lxxxvij. Scđa pars ꝓbat:
quia ſtultū eſt dimiſſo maiori bono acquirēdo apprehē-
dere minus: ſed maius bonū eſt accedere ꝙ̄ abſtinere: g̊.
Arti. 3. De hoc latius loco ſtatim allegato. ¶ Quātū ad articu
Dub. 1. lum tertiū dubitat̄ primo: vtrum ſub vtraqꝫ ſpecie liceat
F laicis cōmunicare. Et querit̄ de laicis: q2 ſacerdotibꝰ ce-
lebrantibꝰ eſt preceptū ſacramentū ſub vtraqꝫ ſpecie cō-
ſecrare ⁊ ſumere: ⁊ habet̄ de cōſe. diſt. ij. relatū. ⁊ duobꝰ
ſequentibꝰ dicit̄: ergo. quod aliud eſt querere an cōmu-
nicare ſub vtraqꝫ ſpecie ſit de neceſſitate ſalutis laicis: ⁊
aliud an liceat. De primo diffuſe tractatū eſt lec. lxxxiiij.
ideo hic tranſeo: maxime q2 determinatū eſt ab eccleſia/
ꝙ nō eſt de neceſſitate ſalutꝭ: imo hoc aſſerere vt hereſis
eſt cōdēnatū. ¶ Sed de ſecundo an liceat attēdendū ꝙ
ſm apoſtolū. j. Corinth. vj. multa licēt que nō expediūt:
⁊ ideo nōnulla fieri poſſent ſine peccato: que tñ vtile eſt
omittere: imo et nōnulla de ſe licita nō ſunt admittēda/
dū occaſionē ſciſmatis erroris aut alicuiꝰ mali preſtant.
Sic in ꝓpoſito cōmunicare ſub vtraqꝫ ſpecie laico de ſe
nō eſt illicitū: q2 olim in quibuſdā eccleſijs erat cōſuetū:
⁊ hoc mō eſt cōſuetū vt refert Pe. de pal. diſt. ij. q. j. ar. j.
in quibuſdā monaſterijs: nō tñ expedit: q2 per hoc daret̄
occaſio ⁊ fomentū errori eoꝝ/ qui dicunt neceſſariū eſſe
cōicari ſub vtraqꝫ ſpecie. Etiā nō expedit ſic dare oībꝰ ꝓ
pter ꝑiculū effuſiōis: nec niſi ſolū diſcretꝭ: q2 ꝑ h̄ daretur
occaſio ſeditiōis. Nullꝰ eñ vellet indiſcretꝰ notari: ⁊ ali-
Dub. 2. as cauſas lec. ſ̄. allegata poſitas. ¶ Scđo dubitat̄ qñ te
B net̄ hō cōicare de neceſſitate ſalutis. Pe. de pal. ar. v. q. j.
huiꝰ diſ. rñdet breuiter: Licꝫ olim tenebant̄ oēs fideles
ad pluries cōicādū: hodie tñ tenent̄ ad minus ſemel cōi
care in paſchate: ſm. c. oīs. de peni. ⁊ remiſ. Tenent̄ etiaꝫ
oēs celebrātes cōicare quoties celebrāt ꝑ. c. relatū. de cō
ſe. diſ. ij. Tenent̄ ⁊ oēs curati celebrare ꝑ ſe vel per alium
oibus diebꝰ dñicis ⁊ maioribꝰ feſtiuitatibꝰ: quibus ppl̄s
obligat̄ ad auditionē miſſe: ⁊ quotiēs neceſſariū eſt ſub-
ditis. Tenent̄ etiā ſacerdotes non curati rōne officij ſui:
ſm beatū Tho. frequētiꝰ cōicare ꝙ̄ laicus: ne gratiaꝫ ſue
ordinatiōis iudicent̄ a dño in vanū recepiſſe: ⁊ dñi ſui pe
cuniā. i. officiū ſeu poteſtatē offerēdi pro viuis ⁊ mortu-
is in ſudario abſcōdiſſe cū ſeruo nequā: ⁊ ideo iuſto dei
iudicio cōdēnant̄. Vñ videt̄ ꝙ talis nullū habēs bñficiū
aut ſpecialē obligationē: ſaltē in feſtis ṗncipalioribꝰ alio
legitimo ceſſante impedimēto/ teneatur celebrare. Qui
v̊o bñficiū aut ſpāle officiū habet: tenet̄ ſm inſtitutionē
bñficij ſui: aut cōmiſſoꝝ officij per ſe vel aliū celebrare ⁊
cōicare. Pulchre hoc dubiū determinat Pe. de pal. diſt.
xiij. q. ij. arti. j. ¶ De laicis v̊o non inuenit̄ obligatio niſi
ſemel in anno paſchali tpe. Priores eñ obligationes vi
dent̄ ſublate ꝑ. c. oīs. ſ̄. allegatuꝫ. Et in ꝑiculo mortis vt
in grauibꝰ infirmitatibꝰ: in q̄bus iminet mortis ꝑiculū:
tūc tenet̄ infirmus petere euchariſtiā/ ſi vſum habuerit
rōnis: vt dicit Rich. q. vj. huiꝰ diſt. arti. j. de h̄ lec. lxxxvij.
ꝓpe finē. Et licꝫ magna ſit vtilitas frequēter ſumere eu
chariſtiā: nō tñ licet eodē die pluries cōicare extra caſus
cōceſſos: in quibꝰ licet pluries celebrare. de quo ſiliter vi
de lec. lxxxvij. nō longe a fine: ⁊ de illo vide. ſ̄. diſt. ix. q. j.
vbi plura mouētur q̄ ſiliter hic moueri poſſent: eo q2 ibi
tractant̄ ea que requirūtur ad dignā ſumptionē huiꝰ ſa-
cramēti. Hic aūt agit̄ (preſuppoſita debita diſpoſitione
accedentis.) de eius frequētatione. Diſtinctio. xiij.

# Olet etiam queri.

Poſtꝙ̄ magiſter egit de ſacro euchari-
ſtie in ſe ⁊ quātū ad ſuſcipientē. In hac
diſt. xiij. determinat de eodē quantū ad
miniſtrū cōſecrantē. Huiꝰ aūt diſt. ſentē
tia in ſequētibꝰ tribꝰ ꝯcluſiōibꝰ ſummarie cōtinet̄. ¶ Pri
ma. Quilibet ſacerdos in eccl̄ia exiſtēs noie ⁊ ſacro pōt
cōficere euchariſtiā: etiam ſi ſit prauus in viuēdi modo.
¶ Scđa ꝯcluſio. ſm quorundā opinionē nō vident̄ hoc
ſacrm̄ cōficere poſſe excōicati: ⁊ de hereſi manifeſte no-
tati: licꝫ ſint ſacerdotes rite ordinati. ¶ Tertia cōcluſio:
ſm opinionē alioꝝ. Errās in fide huiꝰ ſacramēti vere cō-
ſecrat ſi ſacerdos fuerit: ⁊ formā ſeruās qđ alij faciūt fa-
cere intēdit. Et incidētaliter addit ꝙ a brutis corpꝰ chri-
ſti nō ſumit̄: licꝫ ſumi videat̄. Subdit etiā occaſione ṗdi
ctoꝝ quis dicat̄ hereticus: q̇ ſcꝫ ꝓ tēporali cōmodo gl̄ia
vel ſui gr̄a falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequit̄.
Secunda tamen cōcluſio: ⁊ ꝙ brutum ſumēs ſpecies ſa
cramentales/ nō ſumat corpus chriſti: non tenet̄ a doc.
vt dictum eſt diſt. xij. q. j. Queſtio. j.

# Irca hāc diſtinctio a

nē de duobꝰ querendū eſt. Primo de mini-
ſtro huius ſacramenti idoneo. Scđo: quia
miniſteriū hoc ſm quoſdā negatur hereti-
cis: vt dictum eſt in concluſione ſcđa textuali: querendū
eſt de hereſi ⁊ ſacerdote heretico. ¶ Quantū ad primū
queritur vtrū ſolus ⁊ quilibet ſacerdos rite ordinatꝰ po
teſtatē habeat conficiendi euchariſtiā: etiā ſi fuerit here
ticus. ¶ More ſolito tres articuli pro queſtionis abſo-
lutione ſubiungent̄. In primo declarabūtur termini. In
ſecūdo per ꝯcluſiones reſpondebitur queſtioni. In ter-
tio vacabitur mouendoꝝ dubioꝝ ſolutioni. ¶ Quantū Arti. 1.
ad primū: quia queſtio querit de miniſtro idoneo eucha Nota. 1.
riſtie. Notandū ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſit miniſter idoneus
ad cōficiendū hoc ſacramentū/ aliqua requirunt̄ de ne-
ceſſitate: aliqua de cōgruitate. De neceſſitate requiritur
poteſtas ordinis: facultas ſermonis: integritas intentio
nis: vt lec. j. expo. cano. ¶ Poteſtas ordinis eſt duplex:
quedā eſt reſpectu corporis chriſti veri: ⁊ q̄daꝫ reſpectu
corporis myſtici. Prima eſt poteſtas cōficiēdi verū cor-
pus chriſti ⁊ ſanguinē eiꝰ. Scđa eſt poteſtas ligādi ⁊ ſol
uendi: de quibꝰ loco allegato. ⁊. j. de ſacramēto ordinis/
diſt. xxiiij. q2 vtraqꝫ poteſtas ꝯfert̄ in collatione ordinis
ſacerdotalis. Et fundant̄ ille due poteſtates in characte
re ſacerdotali ſiue vno ſiue duobꝰ: vt ibidē dicet̄: ⁊ ideo
ſunt inauferibiles. De prima ad propoſitū: de facultate
ſermonis/ ⁊ integritate intētionis d2: ſicut dictum eſt de
baptiſmate. ſ̄. diſt. vj. q. j. ⁊ in expo. cano. lec. vj. ¶ De cō
gruitate multa requirūtur que ad duo reducunt̄/ ſcꝫ ad
remotionē impedientiū/ vt ſunt culpe mortales: aut pe-
ne canonice/ puta irregularitas/ excōicatio/ ſuſpēſio ⁊c.
Et quedā que nō ſunt culpe nec pene: de quibus lectio.
vij. ⁊ ſeq. in expo. cano. Et de aliquibus eoꝝ. ſ̄. dictuꝫ eſt.
¶ Et ad appoſitionē conuenientiū quorum aliqua ſunt
permanentia: vt ornamenta et veſtes ſacerdotales: ali-
qua tranſitoria/ vt ſigna geſtus et orationes: de quibus
lectione. ij. canonis. Aliqua circūſtantia: vt locus/ vaſa/
tempus/ ſeruitor reſpōdens: de quibus lec. xiiij. Et quo-
niam hec late ibi tractata ſunt: ideo hic reſcindūtur: licꝫ
a doctoribus hic tractari ſoleant. ¶ Secundo notandū Nota. 2.
circa illum terminū/ cōficiendi/ ꝙ aliquid cōfici vel effi- B
ci ab alio poteſt intelligi tripliciter/ ſcꝫ vel poteſtate na-
turalis agētis: vel operatione meritorie actionis: vel vir
tute aſſiſtēte ṗncipalis cauſe: quoꝝ declarationē habes
lec. iiij. Euchariſtiā auteꝫ nulla creatura cōficere poteſt
primo modo: nec ſacerdos ſcđo modo: q2 vt dicit Aug. in

libꝛo de coꝛpoꝛe chꝛiſti. Non in merito cōſecrantis: ſed in
verbo efficiꝉ creatoꝛis: ⁊ ideo in ꝓpoſito queſtio intelli-
gi debet de cōfectiōe tertio modo ꝑ virtutē creatoꝛis aſſi
ſtentē: vt generaliter dictū eſt de efficacia ſacramentoꝝ.
Arti. 2 diſt. ix. q. j. ¶ Quantū ad articulum ſcd̓m eſt ꝯcluſio pꝛi
Cōcl. 1. ma. Soli ſacerdotes rite oꝛdinati habēt poteſtatē a deo
C euchariſtiā ꝯficiēdi. Pꝛobaꝉ hec ꝯcluſio ex̄ de ſum. tri. ⁊
fi. ca. c. firmiter. vbi d̓ ꝙ nemo pōt cōficere euchariſtiaꝫ
niſi ſacerdos q̇ rite fuerit oꝛdinat⁹ ſ̄m claues eccleſie. Et
ꝓbatur rōne: poteſtatē cōficiēdi euchariſtiā nemo habe
re pōt niſi q̇ illam receperit a dn̄o: vt ex dictis patet: hāc
aūt imediate deus dedit apl̄is in cena: ⁊ mediantib⁹ illis
ceteris: illi aūt ſolis dederūt ſacerdotib⁹/⁊ nullis alijs:
ergo. Deductio huius rōnis cū ſuis replicis ⁊ eoꝝ ſolu
Cōcl. 2. tionib⁹ habeꝉ lec. v. a medio vſqꝫ in finē: ibi videaꝉ lati⁹.
¶ Scd̓a ꝯcluſio. Poteſtas euchariſtiā ꝯficiendi oībus
ſacerdotib⁹ inamiſſibiliter tradiꝉ in traditione ſacerdo-
tij. Pꝛobaꝉ: quia oībus apl̄is ⁊ diſcipulis in cena vltima
cū dn̄o recūbentib⁹ indifferēter dixit. Hoc facite in meaꝫ
cōmemoꝛationē. Hoꝝ autē ſucceſſoꝛes ſunt indifferēter
oēs ſacerdotes. Itē oībus ſacerdotib⁹ eque d̓ in eoꝝ oꝛ
dinatione. Accipe poteſtatē ſacrificādi pꝛo viuis et moꝛ-
tuis: ⁊ tradiꝉ calix cū pane ⁊ vino aqua mixta: quo v̓bo
oꝛdinaꝉ in ſacerdotē: eadē quoqꝫ eſt foꝛma oꝛdinationis
omniū ſacerdotū qua impꝛimiꝉ idē character ſ̄m ſpecieꝫ
ſingulis: in quo fundaꝉ poteſtas cōſecrādi: ergo eadeꝫ
Cōcl. 3. poteſtas. Q̄d v̓o inamiſſibiliter tradaꝉ patebit ſequenti
D cōcluſione. ¶ Tertia cōcluſio. Licꝫ moꝛtale pctm̄/here
ſis/degradatio ac cetere pene canonice poteſtatē cōficiē
di ſuſpēdāt: ita vt his ſtantib⁹ nō oꝛdinate exerceaꝉ: non
tm̄ per hec aut quecūqꝫ alia ſimpliciter auferꝉ aut tolliꝉ.
Pꝛima pars ꝯcluſionis patet: qꝛ his ſtantib⁹ nullus pōt
oꝛdinate celebꝛare: nā nō celebꝛat oꝛdinate qui celebꝛat
indigne. Sed quicūqꝫ celebꝛat in moꝛtali aut cōtra inter
dictum eccleſie: celebꝛat indigne: vt. s̄. dictum eſt diſt. ix.
ergo illa pars cōcluſionis vera. ¶ Scd̓a pars ſcꝫ ꝙ po-
teſtas ꝯficiēdi a nullo ſacerdote ꝓpter quodcūqꝫ crimē
aut quantācunqꝫ penā tollatur: eſt oīm modernoꝝ theo
logoꝝ ⁊ plurimoꝝ canoniſtarū: licꝫ magiſter in textu vi
deaꝉ declinare ad oppoſitū: ⁊ quidā canoniſtarū qui vi
denꝉ ſentire ꝙ per quedā crimina vel penas tollatur ſa
cerdotiū: q̄d ſi eſſet verū: adhuc ſtaret in veritate ſecūda
cōcluſio: q̄ dicit ꝙ poteſtas cōficiēdi tradiꝉ oībus ſacer-
dotib⁹ inamiſſibiliter: h̄ eſt ꝙ ſacerdotes eā amittere nō
poſſunt: qm̄ ſi amittūt iam ſ̄m illos ſic opinātes deſinūt
eſſe ſacerdotes. Sed contra illoꝝ opinionē ꝓbatur ſcd̓a
pars cōcluſionis tertie: ꝙ poteſtas cōficiendi fundaꝉ in
charactere oꝛdinis ſacerdotalis q̇ eſt indelebilis: ergo
auferri nō pōt. Vn̄ per nullā poteſtatē pōt auferri ſacer
dotiū niſi ꝑ eā q̄ pōt auferri characterē: ⁊ h̄ ſolū pōt po
teſtas diuina: vt dictū eſt. s̄. diſt. vj. q. ij. ⁊ lati⁹ declaratur
lec. ij. in expo. ca. ¶ Itē ad effectū conſecrationis ſufficit
materia/foꝛma/miniſter habēs poteſtatē cōficiēdi q̄ eſt
character ſacerdotalis ⁊ intētio debita: ⁊ hec oīa cōcur-
rere poſſunt in heretico excōicato et degradato: patet/
qꝛ poteſt habere debitā materiā: ⁊ ꝓferre foꝛmā debitā:
etiā pōt habere intētionē faciēdi q̄d intēdit eccleſia: licꝫ
ſit hereticus: ⁊ erret circa hoc ſacramentū nō credens id
fieri q̄d eccleſia intēdit: ⁊ hec intentio ſufficit vt dictū eſt
de baptiſmo. Habet etiā autoꝛitatē cōficiendi: quia cha-
racterē: ergo vere conſecrat. Hanc etiā cōcluſionis par-
Arti. 3. tem pꝛobat Duran. via diuiſiua ſatis late. ¶ Quantum
Dub. 1. ad articulū tertiū dubitatur cōtra pꝛimā concluſioneꝫ ⁊
E ſcd̓am. Nā videꝉ ꝙ facultas cōficiēdi nō ſit tradita ſacer
dotib⁹: ſed tm̄ epiſcopis: q̄d ꝓbaꝉ: quia tm̄ eſt tradita a
chꝛiſto ſuis cōuiuis in cena ⁊ eoꝝ ſucceſſoꝛib⁹: quibus di
xit. Hoc facite in meā cōmemoꝛationē. hoc em̄ verbo oꝛ-
dinauit eos ſacerdotes: ſed fuerūt tm̄ duodecim apoſto
li: naꝫ vt refert Matth. Mar. ⁊ Lu. veſpere facto diſcu-
buit cum duodecim apoſtolis: vbi notanter expꝛimitur
numerus duodecim apoſtoloꝛum ad excludēdum alios
de numero. lxxij. Sed ſolū epiſcopi ſunt ſucceſſoꝛes apo
ſtoloꝝ: ſucceſſoꝛes v̓o. lxxij. diſcipuloꝝ ſunt ſacerdotes:
vt habetur ex decreto Anacleti pape ſcd̓i/diſt. xxj. In no
uo. di. Ideo ſolis ep̄is data eſt hec facultas: ⁊ hoc videꝉ
rōnabile: qꝛ in qualibet republica nobiliſſimus act⁹ de-
betur pꝛincipi. Sed cōficere euchariſtiaꝫ eſt nobiliſſim⁹
actus: ergo debeꝉ pꝛincipib⁹ ſacerdotū: qui tm̄ ſunt ep̄i.
Reſpōdetur ad dubiū ꝙ abſqꝫ dubitatione tenendū eſt
ſolos ſacerdotes ⁊ oēs tales recepiſſe poteſtatē cōſecrā
di euchariſtiā: vt ſatis patet ex ꝓbatione pꝛime cōcluſio
nis ⁊ eius remiſſione. ¶ Sed ad rationē dubij d̓ ꝙ ad-
miſſo ꝙ poteſtas illa ſolū tradita ſit a chꝛiſto ſuis conce
nantib⁹ ⁊ eoꝝ ſucceſſoꝛib⁹: ꝙqꝫ illi fuerūt tm̄ duodecim
apl̄i: d̓ cōſequēter ꝙ eoꝝ ſucceſſoꝛes quantū ad oꝛdinē/
non ſunt tm̄ ep̄i: ſed oēs ſacerdotes rite oꝛdinati. ¶ Vn̄
pōt hic notari duplex ſucceſſio. Vna quantū ad oꝛdinē:
alia quātū ad miniſtrationē. Pꝛimo modo oēs ſacerdo-
tes ſunt apoſtoloꝝ ſucceſſoꝛes. Scd̓o modo ſoli ep̄i qui-
bus cōuenit adminiſtratio quantū ad aſſumēdū ꝑſonas
ad diuerſos ſtatus eccleſie: et hec diſtinctio ſumi pōt ex
glo. xxj. diſt. In nouo. vbi d̓ ꝙ oīs ep̄s ſit par apl̄is quā
tum ad oꝛdinē ⁊ rationē ꝯſecratiōis: ſicut apoſtoli in oꝛ-
dine pares fuerūt. Petrus tn̄ maioꝛ fuit alijs in admini-
ſtratione. Poteſt enim aliquis eſſe maioꝛ alio in oꝛdine:
ſed tamen minoꝛ in adminiſtratione. Et hec ſolutio bo-
na videꝉ ſi epiſcopatus nō fuerit oꝛdo: ſed ſi tenetur op
poſitū: tunc nō ſufficit: quia tūc ſacerdotes nō ſuccedūt
apl̄is in oꝛdine: quia alius eſt oꝛdo epiſcopatus: alius ſa
cerdotij. Sed poteſt dici ꝙ adhuc ſacerdotes ſuccedunt
apoſtolis in oꝛdine ſacerdotij: licꝫ nō in oꝛdine epiſcopa
tus: cōficere autē euchariſtiā reſpicit oꝛdineꝫ ſacerdotij.
¶ Si dicis: hoc eſt petere pꝛincipiū. hoc em̄ querit argu F
mentū cur hec poteſtas reſpicit ſacerdotiū: ⁊ nō magis
ep̄atus officiū: cū apl̄i quib⁹ data eſt imediate illa pote-
ſtas: nō fuerūt ſacerdotes tm̄: ſed etiā ep̄i. Rn̄deꝉ finali
ter ꝙ ſacerdotes ſunt ſucceſſoꝛes apoſtoloꝝ quantū ad
cōficiendū euchariſtiā: ⁊ quantū ad remittendū pecca-
ta penitētiū: ⁊ nō quantū ad manuū impoſitionē ꝑ cōfir
mationē: nec quantū ad cōſtituēdū aliquē in aliqua emi
nētia ſtatus ſuꝑ alios: q̄d epoꝝ eſt: qui conferēdo alicui
oꝛdinē vel cōfirmādo cōſtituūt cōfirmatū vel oꝛdinatū
in aliquo ſtatu eminēti in eccleſia: qꝛ oꝛdinati ſunt quaſi
duces: ⁊ cōfirmati ſicut milites: vt dicit Rich. Hoc habe
tur ex doctrina apoſtoloꝝ/⁊ ritu eccl̄ie ab ipſis apoſto-
lis ad nos ſucceſſione legitima deſcendente: que magne
eſt autoꝛitatis. Diſcipuli em̄ aliqui: q̇ nō cōfirmabāt: nec
oꝛdines cōtulerūt (q̄d apl̄is cōſeruatū eſt) celebꝛarūt: ⁊
ceteros cōicabant: vt ſatis patet ex epl̄a pauli. j. ad Coꝝ.
xj. ⁊ ex actibus apl̄oꝝ. c. ij. Quia cū in pꝛimitiua eccleſia
dieb⁹ ſingulis fideles cōicabāt: quoꝝ multus erat nume
rus: nō ſufficiebāt apoſtoli ſoli ad frangendū panē om-
nibus: ideſt cōmunicandū oēs quotidie: ideo neceſſarij
fuerūt ⁊ alij eis inferioꝛes ſacerdotes. Accedit ad idem
determinatio eccleſie. s̄. allegata. ¶ Ad aliud ꝙ nobiliſ-
ſimus actus debeꝉ pꝛincipi ⁊c. Si intelligiꝉ cū excluſio-
ne ceteroꝝ nō eſt vniuerſaliter verū: ſed ſ̄m Rich. verita
tē hꝫ de actu nobiliſſimo quo a p̄ncipe alicui cōferꝉ emi-
nētia ſtatus ſuꝑ alios. Habet etiā generaliter inſtantiaꝫ
qn̄ actus ille nobiliſſimus circa vniuerſitateꝫ exercēdus
eſt: ⁊ circa ſingulos de vniuerſitate: tunc qꝛ ad illū non
ſufficit ſola p̄ncipis ꝑſona: neceſſe eſt ꝙ etiā alijs cōmit-
tatur: de hoc latius lec. v. in pꝛincipio. ¶ Dubitatur ſecū Dub. 2
do contra tertiā concluſionē: videꝉ ꝙ hereticus ⁊ pꝛeci G
ſus ab eccleſia nō poteſt conficere euchariſtiā. Nā. j. q. j.
in eccl̄ia. diciꝉ ꝙ aliter. i. extra eccleſiā/nec rata al̄s recta
ſunt ſacerdotia: nec vera ſacrificia. ⁊ ea. q. extra. Extra ca
tholicā eccleſiā non eſt locus veri ſacrificij. Et intitulaꝉ
Aug. ¶ Ad quod dicitur ꝙ omnis ſacerdos habens ma
teriā debitā cū intētione in foꝛma eccleſie pōt cōſecrare.

Et ad omnia iura que ad oppoſitū ſonare videnť: dicitꝰ
ꝙ intelligi debēt de veritate fructꝰ: nō de veritate ſacra-
menti: ita ꝙ licꝫ vera perficiāt ⁊ cōferāt ſacramēta: nō tñ
fructū ſacramenti. Vel loquunť de hereticis qui debitaꝫ
formá nō ſeruāt: vel ꝙ nō poſſunt cōſecrare de iure: licꝫ
conſecrent de facto. Hoc em̄ dicimur poſſe quod de iure
poſſumus: vt vult beatꝰ Tho. ſicut patet ex gloſis taliū
canonū. Intelliguntur ⁊ de ordinata cōſecratione: non de
conſecratione ſimpliciter. ¶ De degradato dicitur ꝙ pōt
conficere: qꝛ manet ſacerdos: nam degradás non poteſt
characterem delere: de hoc Pal. q. j. arti. ij. diſt. preſentis.
¶ Et ſi dicitur: qui pōt miniſterialiter aliquid imprimere:
poteſt etiā miniſterialiter illud auferre: qꝛ facilíꝰ eſt de-
ſtruere ꝙ̄ edificare. Reſpondetur poſt Sco. diſt. preſenti.
q. ij. deus nō ſic inſtituit epiſcopum miniſtrū in amotione
ſicut ī collatione. Dedit em̄ ptātē miniſterialē imprimē-
di: ſed non tollendi: vnde fallit regula illa. Facilíꝰ ⁊c. in
miniſterialiter agēte in ſacramētis. Et pōt ad hoc addu-
ci illud. ij. Corinth. vlti. Nō dedit nobis deus poteſtatē
in deſtructionē: ſed in edificationē. Licꝫ hūc intellectuꝫ
non puto inueniſſe apoſtolum. Et licꝫ degradato ſeu de-
poſito auferatur priuilegiū clericale: ⁊ relinquatur curie ſe-
culari: nō tñ ideo auferť ordo: qꝛ priuilegiū nō eſt eſſen-
tiale ordini: nā ante hoc priuilegiū datū a Cōſtātino im-
peratore/ fuerūt veri ⁊ ſancti ſacerdotes petrꝰ/ et paulꝰ
D qui romá appellauit ad ceſarē. ¶ Sed adhuc de hereti-
co ſacerdote maxime circa hoc ſacramentū nō credente
panem trāſſubſtātiari in corpus chriſti: ille non pōt ha-
bere intentionē cōficiendi: licꝫ poſſit verba formalia ſu-
per debitā proferre materiā: cum em̄ nō credit hoc poſſe
per eū fieri: quomodo poteſt intēdere id facere. Et ſi di-
cis poteſt intēdere id facere quod eccleſia intēdit fieri.
Contra. Eccleſia intendit fieri tranſſubſtantiationē pa-
nis in corpus chriſti: hoc aūt non poteſt hereticus inten-
dere: quia nō credit hoc poſſe fieri: maxime ſi hereticus
nouit intētionē eccleſie. Putat em̄ eccleſiam in hoc erra-
re. Ad hoc dicitur ꝙ ſacerdos proferens verba ſuper mate-
ria debita/ habens intentionē faciēdi hoc quod chriſtus
inſtituēs ſacramentuꝫ fieri voluit: cōſecrat: ſiue hereticꝰ
ſit: ſiue catholicus nō habēs hanc intentionē in genere:
non conſecrat. Poteſt aūt hanc intentionē habere in ge-
nere: etiā ignorás quid ſit id quod chriſtus inſtituēs vo-
luit per hmōi verba ſic prolata fieri: poteſt etiá eá habe-
re hereticus circa aliū articulū vel circa hoc ſacramētū:
credens tñ tranſſubſtantiationē fieri ſeu chriſtuꝫ eſſe in
ſacramento: vt certū eſt. ¶ Sed vtrū nō credēs fieri cō-
uerſionem panis in verū corpus chriſti/ poſſit habere in-
tentionē ſufficientē ad conficiendū querit replica. et vi-
detur ꝙ ſic: ⁊ hoc tā in genere ꝙ̄ in ſpecie. In genere: pōt
em̄ talis hereticus ꝓferēdo verba intēdere: vt fiat id qđ
chriſtus inſtituit ſi fieri pōt: licꝫ nō credat id fieri poſſe:
ſicut doctus a carminatrice pōt ꝓferre ỽba carminis ea
intētione: vt fiat qđ carminatrix credit fieri: licꝫ non cre-
dat aliq̇d fieri. Similiter in ſpecie pōt hereticus talis velle
fieri cōuerſionē: licꝫ credat id eſſe impoſſibile: qꝛ volun-
tas eſt impoſſibiliū. iij. Ethi. Poſſet em̄ hō velle volare:
⁊ ſi quis mihi hoc diceret: hoc fac ⁊ volabis: poſſem hoc
facere vt volarē. i. hoc facere: ⁊ hoc faciēdo velle volare:
licꝫ nō crederē me poſſe volare: etiā hoc faciēdo. Et hec
intētio cōditionalis: valeat ſi pōt: vel nō conditionalis
cū fide ꝙ nō fieret ſufficit ad cōficiendū. Videtur tñ ꝙ
qui omnino indubitāter crederet nullo modo poſſe fie-
ri conuerſionē: vix habere poſſit intentionē in ꝓlatione
verboꝝ: ⁊ hoc videť ſentire magiſter cū dicit. Sed ſi nō
credit de illo myſterio ſicut veritas habet: nunq̇d poteſt
intēdere id ꝯficere: ſi em̄ intēdit: nūquid cōficit. Et ſi ma-
giſter ſentit ideo hereticū nō cōficere: qꝛ intentionē non
habet: vera eſt opinio magiſtri: ſi tñ hꝫ voluntatē vt fiat
ꝙ̄uis impoſſibile putet: ⁊ ideo ꝓferat ỽba vere cōſecrat
Si intentionē illam nō habet; nō cōſecrat; nec erit cōtra
cōcluſionē: quia nō ideo cōſecrat: quia hereticus: ſed qꝛ
deficit intētio. ¶ Sed adhuc di. ꝓbando ꝙ p̄ciſus nō cō-
ſecret: qꝛ ſacerdos nō offert in ꝓpria ꝑſona: ſed in ꝑſona
eccľie cuiꝰ eſt miniſter: vñ dicit: offerimus tibi ⁊c. Non di-
cit offero: p̄ciſus aūt nō eſt miniſter eccľie: nec gerere po-
teſt ꝑſonā eccľie a qua eſt p̄ciſus. Rñdet Sco. ꝙ oblatio
nō ꝑtinet ad rōnē ꝯſecratiōis: qꝛ pōt euchariſtia ꝯſecrari
⁊ nō offerri: ſicut pōt ꝯſecrata cōſeruari ⁊ nō offerri niſi
aptitudinaliter: ⁊ ideo licꝫ offerēs offerat in ꝑſona eccle-
ſie: nō tñ conſecrat niſi in ꝑſona chriſti: cuius viceꝫ gerit
etiā preciſus ꝑ ordinē: ⁊ characteris poteſtatē que ꝑ pre-
ciſionē nō auferť ab eo: vide de h̄ Pe. de pal. diſt. p̄ſenti
q. j. Verū ꝙ orationes ſuas q̄s facit: qꝛ eas ꝓfert in ꝑſona
eccľie a qua eſt p̄ciſus quō ſunt efficaces: vide in expo. ca-
no. lec. xxvij ꝑ totuꝫ. ¶ Tertio dubitať: qꝛ malus ſacer- Dub. 3. 3
dos etiā preciſus vere conſecrare pōt: vtrū tantū valeat
miſſa mali ſacerdotis/ quantuꝫ boni. Rñdeť breuiter ꝙ
quantū ad opus operatū oēs miſſe equalis ſunt valoris
Vñ dicit Aug. in lib. de corꝑe chriſti. In myſterio corpo-
ris ⁊ ſanguinis dñi nihil a bono maius: nihil a malo mi-
nus perficitur ſacerdote: qꝛ nō in merito cōſecrātis: ſed in
verbo perficitur creatoris: ſed quātū ad opus operās/ me-
lior eſt miſſa boni ſacerdotis: ⁊ ideo ceteris paribꝰ/ me-
lius eſt audire miſſam boni ſacerdotis ꝙ̄ mali. de h̄ latiꝰ
in expo. ca. lec. xxvj. ¶ Quarto dubitať vtrum liceat eu- Dub. 4. 4
chariſtiá a ſacerdote p̄ciſo/ aut in pctīs publice ſordente
vt fornicario ſuſcipere: aut eiꝰ miſſam audire. Rñdeť ꝙ
generaliter a q̇libet ſacerdote miſſa audiri pōt ſine pec-
cato: ⁊ ſacramēta ab eo ſumi licite q̇ nō eſt ſuſpēſus: non
dico quoad ſe ex ſentētia dei: ſed quoad alios ex ſentētia
eccleſie. Qui ỽo miſſas aut ſacramēta accipiūt extra ca-
ſum neceſſitatis a talibꝰ p̄ſbyteris dū nouerūt eos eſſe ta-
les: licꝫ nō ſit manifeſtū: peccāt: quia cōtra ſtatutū eccle-
ſie cōmittunt. Sunt aūt ſuſpēſi quoad ſe ex ſentētia dei:
⁊ quoad alios ex ſentētia eccľie/ oēs heretici/ ſciſmatici/
excōicati/ īterdicti/ ab officijs ſuſpenſi/ irregulares/ de-
poſiti ſiue degradati: ſiue tales ſint manifeſti ſiue occul-
ti: oēs em̄ tales ſunt ꝑ ſentētiá eccleſie executione ſui or-
dinis priuati: vt. xxxij. diſt. p̄ter hec. §. Porro. ⁊ alijs iuri-
bus pluribꝰ ad idē ſonātibus. Similiter fornicatores noto-
rij ſuſpēſi ſunt: ſecus ſi ſint occulti: vt. xxxij. diſt. nullus.
licꝫ em̄ fornicatio non ſit grauior ceteris criminibꝰ: quia
tñ ad eá hoīes ſunt proniores ꝓpter petulantiá carnis:
ideo eccleſia prohibuit ſpecialiter ne q̇s audiat miſſam
notorij cōcubinarij: in oībus alijs criminibꝰ expectāda
eſt ſentētia eccleſie/ etiá ſi ſint notoria: qꝛ ſentētia ſuſpen-
ſionis nondū eſt cōtra alia crimina lata: ideo ꝙ̄diu cete-
ri criminoſi ab eccleſia toleranť eoꝝ miſſe nō ſunt fugiē-
de vſqꝫ ad eccleſie ſententiá cōtra eos fulminatá: qꝛ licꝫ
ceteri criminoſi quoad ſe ſint ſuſpēſi: ſicut q̇libet in mor-
tali peccato innodatꝰ iudicio dei: non tñ ſunt ſuſpēſi q̇ad
alios iudicio eccleſie. Priores ỽo iudicio eccleſie ſunt ſu-
ſpenſi: a quibꝰ miſſe audiēde nō ſunt: nec ſacra recipiēda
nō quin ſacramēta eoꝝ ſint vera quantū ad eoꝝ eſſentiá
ſed quia dū hmōi ſacerdotes a populo ſe cōtemptos vi-
derint rubore verecūdie facilius ad penitentiá prouocē-
tur: vt. xxxij. diſt. p̄ter hoc. in fine. ¶ Et in dictis vitādis Z
duo addita ſunt/ ſcꝫ extra caſum neceſſitatis: ⁊ ſecundo
quoad fornicarios additū eſt notorij. ¶ Quoad primū
dꝛ ꝙ in neceſſitate baptiſmus ab oībus p̄dictis dari ⁊ re-
cipi pōt/ ſiue hereticis: ſiue degradatis: vt. s̄. patet de ba-
ptiſmo. Sed ſacrm̄ euchariſtie in mortis articulo recipi
pōt a ſimoniaco/ ⁊ notorio fornicario: in quo caſu ſimo-
niacus pōt tangere euchariſtiá: porrigendo eá morituro
ſed nō pōt licite celebrare: vt in allegato ca. p̄ter hoc. in
textu ⁊ glo. Et de hoc ſunt verſus. Simon ſuſpēſus ana-
thema depoſituſqꝫ/ Non celebrāt: hereſis ſciſmaticuſqꝫ
mechus. Quādoqꝫ lauant. Simon mechus abluet atqꝫ
cibabit. ¶ Secūdo dictum eſt fornicatores notorij: vbi
aduertendum quanta differentia eſt inter notoriū et pu-

blícum. Nā notoꝛiū quantū hic ſufficit: tribus modis ð:
ſcꝫ qꝺ cōſtat per ꝓpꝛiā cōfeſſionē in iure factā: vel ꝑ iudi
cis ſententiā: aut per facti euidētiā: vt qꝺ ſe offert cōſpe/
ctui: ⁊ nulla pōt tergiuerſatione celari: vt in ca. q̄ſitū. de
cohabi. cle. ⁊ mulie. Notoꝛiū pꝛimis duobꝰ modis ð: no/
toꝛiū iuris. Tertio modo ð: notoꝛiū facti. Sed crimē pu
blicū vel manifeſtū ð: qꝺ ex ſciētia ⁊ certo autoꝛe pꝛoce
dit ⁊ pōt ꝓbari. Occultū vͦo ð: qꝺ pꝛobari non pōt: vel
qꝺ ab eccleſia toleraꝛ: vt in ca. veſtra. de coha. cler. ⁊ mu
lie. Quo p̄miſſo ideo additū eſt foꝛnicatoꝛes notoꝛij: q:
neqꝫ foꝛnicatoꝛes manifeſti: nec publici nō notoꝛij. mul/
to minus occulti ſunt in ſuis officijs vitandi: vñ in. c. ve/
ſtra. titu. alleg. papa dicit. Sine dubitatione itaqꝫ tenea/
tis/ꝙ a clericis ⁊ p̄ſbyteris q̄ꝙ̄ foꝛnicarijs: q̄ꝙ̄ diu tolerā
tur nō habēt operis euidentiā: licite diuina myſteria au/
diātur ⁊ alia recipianꝛ ſacramēta eccleſiaſtica. Cuius ra
tio: quia nō ſunt ſuſpenſi quoad alios: vñ ratio in ca. vl/
ti. eo. titu. aſſignaꝛ. vbi ſic habetur. Queſitū eſt de cleri/
cis in foꝛnicationē lapſis ſi eoꝝ ſit officiū pꝛiuſq̄ꝫ penitu/
erint audiendū. Verū etſi quēlibet pꝛo moꝛtali peccato
quoad ſeipſum cōſtat eſſe ſuſpenſum: nō debet tamen in
officijs euitari: quia quantū ad alios etiā in caſu ꝓpoſi/
to ſuſpēſus nō eſt niſi peccatū hmōi ſit notoꝛiū per ſentē
tiam vel confeſſionē factā in iure: aut per euidentiam rei
que aliqua tergiuerſatione celari nō poſſit. ¶ Et notat
ibi glo. ꝙ aliquis q̄nqꝫ ð: ſuſpēſus quoad ſeipſum tm̄: ⁊
nō quoad alios: vt q̇libet in moꝛtali ꝯſtitutus: q̄nqꝫ q̇ad
ſe ⁊ quoad alios: vt qui pꝛo moꝛtali ſuſpenditur iudicio
eccleſie: q̄nqꝫ quoad alios ⁊ nō quoad ſe: vt cum ciuitas
eſt interdicta ꝓpter delictū ciuium vel ſecularis poteſtā
tis: tunc clerici nō ſunt ſuſpenſi quoad ſe: quia in alio lo
co poſſunt celebꝛare nō interdicto. ¶ Et nota ꝙ in ca. al
legato ð: pꝛiuſq̄ꝫ penituerint: quia poſt longā penitētiā
et laudabilē vitā/ ſi diſpēſetur cū notoꝛio foꝛnicario ab
ep̄o ſuo nō eſt ī officio ſuo vitādus: vt de iudicijs. at ſi cle
rici. Nō tm̄ dicendū ꝙ laicus audiēs miſſam notoꝛij foꝛni
carij peccet moꝛtaliter: quia excuſaꝛ per ignoꝛantiā iuris
poſitiui. Nec cōfeſſoꝛ tenetur eis ius illud dicere: incau/
te em̄ faceret hoc: q: tale ius ignoꝛare non eſt laicis peri
culoſum: cū nō teneanꝛ illud ſcire: vt dicit Aſten. in ſum.
lib. iiij. titu. xvj. pꝛope finē. Pꝛedictis cōſonat Alexan. de
ales parte. iiij q. l. mēbꝛo. iiij. ⁊ poſt eū beatꝰ Tho. pꝛeſen
ti diſ. q. iij. arti. iij. ſi̇liter Richar. hac diſ. q. j. arti. iiij. Bea/
tus Tho. in. ij. quodlib. q. viij. dicit. Audiēs miſſam a foꝛ/
nicatoꝛe/iudicio ⁊ ſentētia eccl̇ie publico peccat moꝛtali
M ter. Et de taliſmodi dūtaxat dicit debere intelligi dictum
de vitādo foꝛnicarios in eoꝝ miſſis. ¶ Sed illis nō ob/
ſtantibus dn̄s Cameraceñ. Pe. de aliaco in quadā ſyno/
dali homel̇. ſuꝑ euāge. Deſignauit dn̄s ⁊ alios. lxxij. p̄di/
ctis tenet oppoſitū: allegās ad hoc ſibi cōtempoꝛaneū
Ioh. gerſ. cancel̇. Vñ dicit ꝙ nullus parochianus vel
ſp̄ūalis ſubditus debet euitare curatū ſuū vel pꝛelatū a
ſuis ſe miniſterijs vel officijs eccleſiaſticis publice ſepa/
rādo: niſi pꝛeuia ſui ſuperioꝛis ſentētia vel denūciatione
fuerit publicatus. Qꝺ ex triplici radice declarat. Nā ait:
oppoſitū dicere eſt dare ſubditis occaſionē triplicis ſcā
dali. Pꝛimo quidē inobediētie ⁊ rebellionis: ſcꝺo diſcoꝛ
die ⁊ diuiſionis: tertio temerarie dijudicationis. Et hec
latius ꝓſequitur ibidē: licꝫ motiua ſua facile ſoluantur.
Et ad iura patētia ſupꝛa allegata reſpondet dupliciter.
Vno modo ꝙ cōſuetudo oppoſita/ ⁊ ſummoꝝ pōtificū
tolerātia (que hmōi rigoꝛē iuris executa nō eſt) interpꝛe
tatur illa iura in illo rigoꝛe nō eſſe ſeruāda: multa em̄ iu/
ra per vſum cōtrariū abꝛogātur. ¶ Scꝺo modo reſpon
det ꝙ ante ſententiā vel denunciationē ſuperioꝛis nihil
ꝓpꝛie debet a ſubditis ita notoꝛiū crimen reputari/quin
aliqua poſſit tergiuerſatione negari: quia neſcit an per
inſpirantē gratiā ſubito ſit cōuerſus. vñ Aug. ⁊ habeꝛ. j.
Coꝝ. iiij. ſuper illud apl̇i. Neqꝫ meipſuꝫ iudico. Cū ergo
quiſqꝫ de ſe aut nō oīno aut vix poſſit ferre verā ſenten/
tiam: quomodo poteſt de alio iudicare: cum nemo ſciat
quid agatur in hoīe niſi ſp̄ūs hominis. Et idem de peni/
tentia ⁊ eſt in glo. j. Coꝝ. v. ſuꝑ illud. Si is qui frater no/
minaꝛ inter vos: eſt foꝛnicatoꝛ ⁊c. cū hmōi nec cibum ſu
mere. vbi apl̇s notoꝛiū foꝛnicatoꝛē excōicat. Eā nomina
tionē voluit intelligi que in quēq̄ꝫ cū ſentētia ⁊ oꝛdine iu
diciario atqꝫ integritate ꝓfertur: naꝫ ſi quelibet noīatio
ſufficit multi dānādi ſunt īnocētes: q: ſepe falſe in quoq̄ꝫ
crimina nominanꝛ. Et ſubdit glo. Quibꝰ verbis oſtēdit
ſatis/nō temere ⁊ quolibet modo: ſed ꝑ iudiciū auferen
dos eſſe malos ab eccl̇ie cōmunione: aut ſi ꝑ iudiciū au/
ferri nō poſſunt: tolerenꝛ potius: ne ꝑuerſe malos euitā
do/quiſqꝫ ab eccl̇ia diſcedēs eos quos fugere videtur:
vincat ad gehennā. Hec glo. ¶ Et ſi queriꝛ: ad q̇d valet N
illa famoſa diſtinctio de foꝛnicatoꝛe notoꝛio ⁊ non noto
rio. Rñdet Pe. pꝛo ſe ⁊ Gerſon: dicimus ꝙ ad h̄ valet:
q: notoꝛius ꝑ euidentiaꝫ facti pōt ſtatim abſqꝫ alio iuris
oꝛdine cōdēnari: al̇s non/niſi vel teſtibꝰ cōuictus: vel in
iure aut in iudicio cōfeſſus. Et ita intelligi pōt ꝙ notoꝛiꝰ
foꝛnicariꝰ debet euitari: q: debet ſtatim pꝛo euitādo iudi
cari. iudicari ſcꝫ nō a ſubdiꝛ: ſed a p̄latis. Et ſi iterū que/
riꝛ: q̇d talis cōicatio a iure diuino vel humano lata ope/
retur. Sane inquit dici pōt: tales excōicationes late ſen/
tentie hunc effectū habent: ꝙ abſqꝫ ꝓceſſu alio iudiciali
pōt iudex ſtatim ꝓbato facto vel cōfeſſo: vel ipſo exiſten
te per euidentiā notoꝛio ferre excōicationis ſentētiā ſeu
eam latā declarare ⁊ publicare. Nō ſic autē vbi ſm̄ cano
nes eſſent ſolū ferēde ſentētie: qm̄ tunc monitiones ⁊ ꝓ
ceſſus iuridici pꝛerequirerenꝛ: nulle tm̄ excōicationes ſi/
ue late ſiue ferēde ſentētie operanꝛ vt ꝓpter eas ſine iu/
dicis pꝛeuia declaratiōe q̇s debeat euitari. Huiꝰ tm̄ mode
ratio. j. tangeꝛ diſt. xviij. q. iij. de vitādo excōicatos in de/
terminatiōe cōcilij Conſtañ. ¶ Per hoc etiā rñdetur ad
dicta doctoꝝ pꝛo alia parte allegatoꝝ/dicentiū eos pec/
care qui a foꝛnicarijs notoꝛijs miſſas audiūt: nec excuſa
ri eos ꝓpter negligentiā pꝛelatoꝝ q̇ eos non denūciant
euitādos: vt vult beatꝰ Tho. ij. quotl̇. arti. viij. q: tēpoꝛe
Grego. ix. maioꝛ rigoꝛ chꝛiſtiane diſciplīe vigebat: ita vt
poſſet leuiter talis lex ⁊ cōſtitutio exequi: nūc aūt nō ſic:
quē ⁊ eiꝰ conſtitutionē illi doctoꝛes imitati ſunt: ⁊ ideo ſi
illi doctoꝛes exꝑti fuiſſent maliciā p̄ſentis tp̄is ac incoꝛ/
rigibilitatē maloꝝ moꝝ: mutaſſent ſentētiā ⁊ locuti fuiſ/
ſent: nō ſicut ſtricta regula iuris dictaret: ſed ſicut ſm̄ ex
igētiā tēpoꝝ fieri expediret: ideo dixiſſent ꝙ magis q̄nqꝫ
expedit talia mala ꝓpter peccantiū multitudinē: licꝫ cū
diſplicētia ⁊ amaritudine animi tolerare: q̄ꝫ cū periculo
deterioꝛe eā velle ꝑ excōicatiōes ⁊ cēſuras rigidas extir/
pare: exēplo chꝛiſti q̇ docuit dimittēda eſſe zizania ne era
dicareꝛ ſil̇ ⁊ triticū. Hec ſolum recitatiue/nō aſſertiue di
cta ſint. Pꝛima opinio rigidioꝛ eſt. ⁊ ſm̄ antiquos docto
res ſanioꝛ. ſcꝺa foꝛtaſſis cautioꝛ. ¶ Dubitaꝛ q̇nto vtruꝫ Dub. 5.
ſacerdos curatꝰ teneaꝛ ſuo ſubdito petēti euchariſtiā ex O
tra tēpus ab eccleſia ſtatutū ceſſante impedimēto legiti/
mo miniſtrare. Et arguiꝛ ꝙ nō: q: nō teneꝛ curatꝰ mini/
ſtrare ſacramēta ſubditis niſi dū ſubditi tenenꝛ illa reci/
pere: ſed extra tēpus ſtatutū ab eccl̇ia/ſcꝫ extra paſchalē
feſtiuitatē ac infirmitatē/aut moꝛtis periculū/ſubditus
nō teneꝛ cōicare: ergo nec curatus teneꝛ ei etiā petēti ſa
cramētū miniſtrare. Cōſequētia nota cū minoꝛe: ⁊ maioꝛ
ꝓbatur: q: nō magis obligatꝰ eſt q̇s pꝛo ſalute aliena q̄ꝫ
ipſe alienus ꝓ ſalute ꝓpꝛia: ergo vbi q̇s nō eſt obligatꝰ
ad aliq̇d recipiēdū pꝛo ſalute ꝓpꝛia: nullus obligabitur
ad p̄ſtandū. ¶ Pꝛeterea ſi ſic/nunq̄ꝫ curatus poſſet eſſe
quietꝰ: nec aliq̄n poſſet ſibi vacare: q: ſemꝑ poſſet inq̇e/
tari ꝑ hmōi petentē vt quotidie miniſtraret ſacr̄m ſubdi
tis: ⁊ ita nunq̄ꝫ poſſet vacare ſibi: id videꝛ incōueniēs: q:
nōnunq̄ꝫ cogiꝛ curatꝰ etiā ſibi ꝓuidere coꝛꝑis ⁊ vite ne/
ceſſaria manuū laboꝛe exēplo Pauli: vt. xcj. diſt. §. j. ⁊. c.
ſequēti. ¶ In oppoſitū eſt illud Ioh. vlti. ad oēs paſto/
res. i. curatos in perſona petri dictū. Si diligis me paſce
oues meas.

oues meas. Sed p̄cipua paſtura anime ſpiritualis fit per
miniſtrationē eucharistie: vt ex ſupradictis patet. Unde di
cit chriſtus. Caro mea vere et cibus ⁊c̄. Pro ſolutione hu/
ius dubitatiōis (quā mallē ab alio audire eapropter reſpō
ſio hec vt ꝓbabilis accipiat/non preiudicās ſentētie ſanio
ri) premitto ꝙ paſtor ſiue curat⁹ q̄ in ſuā ſolicitudinē ⁊ cu
ram ſuſcipit oues dn̄icas/tenet eas paſcere ex officio: alio/
quin conuinceret ſummū paſtorē chriſtū q̄ eas ſibi cōmiſit
nō amare. Un̄ beat⁹ Greg. i paſtorali ꝑte. j.c.v. Petro dn̄s
ait. Petre amas me. Qui cū ſe amare ꝓtin⁹ rn̄dit/audiuit.
Si diligis me paſce oues meas. Si g̊ vis dilectiōis paſtio
eſt gregis: quiſq; virtutibus pollens dei gregem renuit
paſcere: paſtorem ſummū ɔuincit nō amare. Hoc dicit bea
tus Grego. de renuentib⁹ ſuſcipe curā gregis: cū tamē ſuf/
ficiant ad regendū: quātomagis verum eſt de his q̄ onus
regendi ſuſceperūt: et tamen paſcere ſubditos refugiunt.

p ¶ Debet aūt paſtor triplici paſtura paſcere ɔmiſſum ſibi
gregem. ſ. inſtructiōis verbo: ſacramētoꝝ miniſterio: et tē/
porali ſubſidio. De primo ſcribit apoſtolus Timo. Teſtifi
cor coram deo ⁊ ieſu chriſto q̄ iudicaturus eſt viuos ⁊ mor
tuos: et ꝑ aduentū ipſius ⁊ regnū eius. p̄dica verbū: inſta
opportune: importune: argue: obſecra: increpa in omni pa
tientia et doctrina. ij. ad Timo. iiij. et de hoc. xliij. diſt. ꝑ to
tum. De ſc̄do dicit Iſido. vij. etymol. et habet. xxj. diſt. cle/
ros. oſtendēs ꝓpoſitū ex ratiōe nominis. Sacerdos inq̄t
nomen habet ɔpoſitū ex greco ⁊ latino/ quaſi ſacra dans:
ſicut em̄ rex a regēdo: ita ſacerdos a ſacrificando vocatus
eſt: cōſecrat em̄ ⁊ ſacrificat. Et Lu. xij. Fidelem ſeruū dicit
dn̄s hunc q̄ dat familie tritici menſurā in tp̄e. de quo infra.
De tertio diſt. lxxxvij. c. viduis. d. Viduis et orphanis ec/
cleſie p̄ſidiū implorātibus ep̄i debēt adeſſe: ⁊ cōtra impro/
boꝝ violētias ꝓtectionis patrociniū eis negare nō debēt.
Et. lxxxvj. diſt. fratrē noſtrū in rubro. Sine liberalitate ina
ne portat nomen epiſcopi. Et hāc triplicē paſtionē innuit
dn̄s Iohan. xxj. dum ter reſpōdēte petro/amo te: ter ſub/
iunxit/oues meas paſce: ⁊ paſce agnos meos: paſce oues
meas. Tenet autem ad hec ex dilectione diuina/cui⁹ ſunt
oues ꝓprie. vnde ait: paſce oues nō tuas: ſed meas: vnde
cōmiſſurus paſtionē ouium ſuarū dn̄s premiſit: amas me:
quia cōſequēs eſt vt qui amat etiā amet res eius q̄ amatur
Secundo tenet ad idem ex dilectione ꝓximi: nā fratrē nō
diligit q̄ gratiā quā a dn̄o percepit: fratri non adminiſtrat.
Hinc. j. Pe. iiij. dicit. Unuſquiſq; ſicut accepit gratiā: in al
terutrū illam adminiſtrātes: ſicut boni diſpēſatores multi
formis gratie dei. Tertio tenent ad idē ex officio ⁊ vite ſti/
pendio: qd̄ ratiōe officij recipiūt ab ouibus: ſiquidē bene/
ficiū datur ꝓpter officiū. Unde ſicut paſtor habet ius pe/
tendi vite neceſſaria a ſuis ſubditis quib⁹ ſpiritualia admi
niſtrat. Hanc quidē poteſtatē dn̄s cōtulit cū ap̄lis Luc. x.
ait. Edētes ⁊ bibentes que apud eos ſunt. Et ap̄ls. j. Coꝝ
ix. deducit ex multiplici radice. Quis inq̄t militat ſuis ſti/
pendijs ⁊c̄. ⁊ ſeq̄tur. Si nos vobis ſpiritualia ſeminam⁹:
non magnum eſt ſi carnalia veſtra metam⁹. ⁊ poſt pauca..
D tũ ad penã/iam nõ ordinari ad penã. ¶ Sed adhuc di. ſm doc. tranſeunte peccati actu/adhuc manet in peccatore reatus: macula et offenſa que nõ ſunt nihil: et nõ manet dimiſſo peccato: ergo trãſeũte actu peccati aliquid manet in peccatore qđ deletur in remiſſione pcti: et ab illo formaliter dicit᷑ peccator: q: illo manente manet pctõr: ⁊ ſublato definit eſſe pctõr. ¶ Ad hoc dicendũ poſt Sco. q. j. diſt. preſentis/ꝙ reatus/macula et offenſa/nihil aliud ſunt vel dicunt niſi ordinationẽ pctõris ad penã ſuo pctõ qđ trãſijt cõdignã: et inquãtũ diſcõueniẽs eſt anime/dicit᷑ eius macula: ſicut per oppoſitũ cõueniẽs/dicit᷑ eius pulchritudo. Inquãtum aũt eſt obligatio ad penã/dicit᷑ reatus: et vt eſt actus voluntatis diuine per quẽ ordinatur ad talẽ penã: dicit᷑ dei offenſa. Nihil eñ aliud eſt offendi vel iraſci in deo/q̄ velle vindicare pctã. ¶ Et licet deus dicatur figuratiue iratus vel offenſus: tñ accipiẽdo iraſci pro velle vindicare/nõ excludendo paſſionẽ cõcomitantẽ iſtiuſmodi velle de⁹ formaliter eſt iratus ſeu offenſus: q: formaliter eſt volẽs vindicare peccatũ cõmiſſum cõtra legẽ ſuã. ¶ Si ergo pergis querere/quid ergo eſt reatus et in quo eſt. Dictũ eſt q: eſt ordinatio pctõris ad penã. Et quid eſt illa ordinatio ſm rem. Reſpondet᷑ ſm duplicẽ modũ dicendi de abſtractis verbalibus/ꝙ vel ſupponũt ꝓ oĩbus que ſignificant: tũc ordinatio illa nõ eſt quid vnũ: ſed eſt ipſe peccator ordinatus: et deus ordinãs: et pena ad quã ordinat᷑: et peccatũ quod cõmiſſum eſt: propter qđ peccator ad penã ordinat᷑. Uel ſm aliũ modũ magis cõſuetũ ordinatio paſſiue eſt ordinatus inquãtum ſibi conueniũt certe conditiones: hoc eſt ordinatio paſſiue ſupponit pro ordinato; et connotat cetera ſc; deum/penã/peccata: ſed actiue eſt deus ordinans ⁊c̄. Reatus et macula dicunt ordinationem paſſiue: ideo ſunt realiter peccator ordinatus. Offenſa autem accipitur tm̄ actiue: et ſic ſupponit pro deo vindicare volente. Eſt eñ offenſa actus diuine voluntatis quo vult vindicare. ¶ Per hoc ad replicam dicitur ꝙ reatus ⁊c̄. non ſunt nihil: ſed ſm primum modũ ſunt multa ſimul concurrentia: vel ſm ſcḋm modũ reatus ⁊ macula ſunt ipſe peccator/vel anima peccatrix nõ abſolute ⁊c̄. Sed offenſa eſt actus diuine voluntatis/⁊ ita deus. Et prima duo dicuntur in peccatore per idẽtitatẽ ſeu per predicationem/non per realẽ inheſionem: tertiũ ſimiliter in deo: et dicuntur nõ manere per dimiſſionẽ peccati: q: dimiſſo peccato nõ ſupponunt pro peccatore: neq; pro deo: et tñ nihil realiter corrũpit᷑ vel delet᷑ in iuſtificato peccatore: ſed neq; in deo. ¶ Tertio notandum ꝙ illi actus penitẽtie ſupradicti poſſunt multipliciter variari quantum ad circunſtantiã finis. Poteſt enim quis velle vindicare peccatum/aut ipſum deteſtari/vel penam acceptare: vel q: peccatũ eſt eterne pene inflictiuum: vel q: eſt premij impeditiuũ: aut q: eſt inhoneſtum et bone fame corruptiuum: vel quia dei offenſiuum. Et ſm has circunſtantias alias ⁊ alias diuerſificantur illi actus. Differunt enim realiter et ſpeciuoce nolle peccaſſe propter penã demeritam: et nolle peccaſſe propter dei offenſam: quia diuerſoꝝ obiectorũ actus ſpecie differũt. Et circũſtãtie preſertim finis ſunt obiecta partialia: vt dictum eſt in .iij. diſt. xxiij. Et ideo quotiens variatur finis: totiens variatur obiectum: et per conſequens actus ad obiectũ terminatus: et poſſunt etiã hi actus ad diuerſos fines terminati abinuicem realiter ſeparari: vt ſatis patet. Omnes autem illi actus habentes alium finem q̄ deũ/informes ſunt pro eo ꝙ non procedunt ex charitate. Sola eñ charitas eſt forma ceterarum virtutum: ⁊ ideo ſolus ille actus qui deũ habet finem. i. qui in deum ordinatur tãq̄ in finem vltimũ et bonum in ſe ſummum/dicitur formatus: quia elicitur ex charitate: vel quia habet charitatem ſibi inſeparabiliter cõiunctã: et hoc ſupponitur ex dictis in tertio. ¶ Quarto notandum/ꝙ de potentia dei ordinata culpa non remittitur: niſi gratia gratum faciẽs infundatur: quia ordinauit deus nullum velle liberare a debito mortis eterne: niſi quem acceptat ad gloriam beatitudinis perpetue. Quẽcunq; autẽ ordinat ſiue acceptat ad gloriam: huic infundit gratiã qua redditur dignus tãta gloria: ſm illud apl̃i. Gratia dei vita eterna. ad Roma. vj. Et hinc eſt ꝙ inter peccatorem/pene debitorem: et iuſtum gloriam expectãtem/nõ eſt medium: ſicut nec inter gratum ⁊ ingratum. Et licet remiſſio pene ⁊ collatio gratie ſint mutationes diſtincte: q: remiſſio eſt velut deperditiua: quia priuatio obligationis et ſublatio pene. Collatio aũt gratie eſt mutatio acquiſitiua: quia creatio gratie ⁊ eius infuſio: ſunt enim inſeparabiles/ſaltem remiſſio culpe a gratia: licet non ecõuerſo: vt de angelis/chriſto et virgine maria: et neutra prior altera tempore. De ordine tamẽ earum dicetur in concluſione. v. Sed ſimul tẽpore remittitur culpa et infunditur gratia: ⁊ eo ipſo ꝙ infunditur gratia/remittitur culpa: quia eo ipſo ꝙ gratia datur ꝑ quã acceptatur ad vitam: tollitur obligatio ad mortẽ eternam: quia ſimul ſtare nõ poſſunt. ¶ Et dixi notanter ꝙ remiſſio culpe eſt velut mutatio deperditiua: quia ſtaret culpam remitti: et tamen nihil corrumpi: quia etſi obligatio tollitur: per hoc tamen nulla entitas poſitiua corrumpitur: q: obligatio nihil dicit niſi obligatum ſc; peccatorẽ deum obligãtem: et penam ad quam eſt obligatio: ⁊ actũ propter quem obligatur: et nihil horum corrumpitur in remiſſione peccati poſt actum peccati tranſeuntem. Non prima duo manifeſtum eſt: nec pena: quia nõdum eſt: nec actus peccati/quia nec ille eſt ſed fuit: quod vero nõ eſt: nõ corrũpitur. ¶ Dicitur autem: velut mutatio deperditiua: quia ſignificat᷑ priuatiue: quia remiſſio ſiue deletio ſunt termini ꝓuatiui/priuantes denominationẽ peccatoris: quia qui prius fuit peccator: remiſſione peccati definit eſſe peccator. ¶ Dictũ eſt etiam notanter de potentia dei ordinata: quia ſm potentiã

Nota.3. I

Not.4. L

abſolutā/ qua poteſt quicquid nō implicat cōtradictionē:
culpa poteſt remitti ſine gratie infuſione: vt latiꝰ deductū
eſt.s̄.diſt.iiij.q.j. Poteſt em̄ deus tollere ordinationem ali
cuius ad penā:et tamē eum nō ordinare ad gloriā:⁊ poteſt
dari ſtatus medius inter dānatum et gratum/ ſcꝫ ſtatus in
puris naturalibus: ſimiliter pōt ordinare aliquē ad gloriā
nō infundēdo gratiā:vt dictū eſt diſt.xvij. primi:quia nihil
horum includit cōtradictionem. Et hec de articulo primo.
Artic. 2. ¶ Quantū ad ſcd̄m articulū eſt cōcluſio prima. Ad delen/
Cōcl. 1. dū peccata penitētia nō eſt ſimpliciter neceſſaria. Neceſſa/
L rium ſimpliciter dico cuius oppoſitū includit cōtradictionē.
Probatur cōcluſio ex vltimo notabili:quia ſm̄ abſolutam
dei potentiā/ poteſt deus velle non punire peccatorē abſqꝫ
omni actione peccatoris:immo manentē in peccatis:ergo.
Conſequētia nota. Antecedēs ꝓbatur:quia huius oppoſi
tum nō includit cōtradictionem. ¶ Itē qꝛ deus poteſt vel
le nō punire peccatorē ad tēpus:non em̄ ſtatim punit:ergo
poteſt velle peccatorē nō punire perpetuo. Tenet cōſequē/
tia:qꝛ quicquid nō repugnat deo in tēpore:etiam non repu
gnat ꝓ perpetuo:quia repugnantia aliquoꝝ nō eſt ex tēpo
re:ſꝫ ex natura rerū. ¶ Itē deus poteſt velle peccatorē ſim
Cōcl. 2. pliciter annihilare:et ita nō eternaliter punire. ¶ Secūda
cōcluſio. Deus ſm̄ potentiā ordinatā/poteſt culpā actualē
remittere ſine actu penitētie formaliter concurrēte. Proba
tur concluſio in duobus caſibus. Primus eſt/ſi quis de cō
miſſo peccato oblito habet ignorātiam inuincibilē. Secū/
dus eſt/ ſi quis arctatur ad actū feruētiorem charitatis cir/
ca aliquod obiectū ipſum diſtrahēs a cogitādo de pctō cō/
miſſo: vt ſi pctōr ſubito rapiatur ad ſeuiſſimū martyriū niſi
neget xp̄m: in quo caſu arctat̄ ad toto conamine inſiſtēdū
circa cōfeſſionē chriſti ⁊ actus martyrij quibus diſtrahitur
ne cogitet de peccatis cōmiſſis. In vtroqꝫ caſu deus remit
tit peccatū ſine aliquo actu penitētie:qđ probatur:nā nulli
facieti quod in ſe eſt: diſponēdo ſe ad gratiā ſubtrahit dn̄s
gratiā:multo minus em̄ deus deficit tribuendo neceſſaria
ad ſalutē ꝙ natura. Sed in vtroqꝫ caſu pōt pctōr facere to/
tū qđ in ſe eſt conuertēdo ſe ad deū abſqꝫ actu penitētie: er
go vtriſqꝫ nō deeſt deus dando gratiā:et per cōſequens re/
miſſionē peccatoꝝ. Cōſequētia nota cū maiore. Minor ꝓ/
batur: qꝛ vterqꝫ poteſt deū diligere ſuper oīa ex toto corde
abſqꝫ aliquo actu reſpectu peccati cōmiſſi:et hoc faciendo/
vterqꝫ facit totū qđ in ſe eſt. Nā nulla eſt perfectior ⁊ imme
diatior diſpoſitio ad gratie ſuſceptionem ꝙ dilectio dei ſu/
per oīa: quā pōt quis habere abſqꝫ hoc ꝙ de ſuo pctō cogi
tet:et per cōſequēs abſqꝫ actu penitētie ꝓ peccatis. Nec ali
quid vltra requirit̄:qꝛ maxime penitētia peccatoꝝ:ſed hoc
nō: qꝛ in primo caſu excuſat ignorātia inuincibilis: in ſcđo
diſtractio neceſſaria a cogitatione de pctō:ergo nihil vltra
facere pn̄t. ¶ Si dicis/ꝙ in p̄mo caſu tenet̄ penitere in ge
nerali/puta ſi aliquid cōmiſit. Reſpōdet Ockam/ꝙ tenet̄
penitere ſi ſibi occurrat pctm̄ in generali:ſed ſi ſibi non oc/
currat ſine ſua negligētia/ nō videt̄ quin poſſit remitti pec
catū:puta ſi cogitat intenſe de deo vel quocūqꝫ alio ꝓpter
quod non poſſet conteri de pctō in ſpeciali nec in generali.
¶ Dictū eſt notāter in cōcluſione formaliter concurrente:
qꝛ licet in predictis caſibus cōſtitutus nō habeat actū peni
tētie reſpectu pcti: habet tn̄ actū ad quē ſequitur penitētia/
ſi occurreret peccatū in cogitatione: habet em̄ in ſe actū di
ligēdi deū ſuper oīa: ꝓpter quē ſeipſum exponit martyrio/
quo maiorē dilectionem nemo habet:in quo virtualiter in
cludit̄ actus penitētie:nā ad talē actū ſequit̄ penitētia ſi oc
curreret pctm̄. Nō em̄ poteſt quis diligere deū ſuper oīa et
nō nolle peccaſſe/ſi pctm̄ occurrerit in memoria. Ex illo ſe/
quitur ꝙ quādocūqꝫ pctōr ſe ad deum cōuertit/conſiderās
dei ſummā bonitatē ⁊ vniuerſalē perfectionē: et elicit actū
dilectionis dei ſuper oīa perfectū (qđ poteſt ex ſuis natura
libus:vt oſtēſum eſt diſt.xxvij.lib.iij.) licet nō meritorie:ꝙ
per hūc dilectionis actū diſponit ſe ſufficiēter ad receptio/
nē gratie:⁊ ꝑ hoc in eodē inſtāti cōſequitur gratiā: vt decla
ratur loco allegato:et per cōſequēs cōſequitur remiſſionē
oīm peccatoꝝ:licet tunc nullū in ſe habeat actū penitentie:
preſupponit em̄ actus penitētie actualē cogitationē de pec
cato/ quā occupatus circa dei dilectionem modo predicto
habere nō poteſt:quia nō poſſumus plura ſimul cogitare.
¶ Tertia cōcluſio. Exiſtēti in pctō mortali poſt baptiſmū Cōcl. 3.
cōmiſſo:ac de eodē cōſciētiam habēti vel habere debēti:de M
potētia ordinata pctm̄ nō dimittitur ſine actu penitētie for
mali vel virtuali. Probatur per illud Luc.xiij. de peccato
ribus. Niſi penitentiā egeritis:omnes ſimul peribitis. Itē
Mar.j. Penitemini ⁊ credite euāgelio. Et Act.iij. Penite
mini ⁊ cōuertimini vt deleātur peccata veſtra. Et Apoc.ij.
Memēto vnde excideris/et age penitentiā ⁊c. A peniten/
tia etiā (vt ait magiſter) incepit predicatio chriſti/iohānis
et apoſtoloꝝ. Itē Augu. ſuꝑ illud Pſ̄.lviij. Nō miſerearis
oībus qui operātur iniquitatē. dicit. Omnino nulla pecca
ta impunita deus relinquit. Iniquitas parua magnitudi/
ne ſic punietur neceſſe eſt aut ab ipſo homine penitēte:aut
a deo vindicāte. Et ponit̄ ratio cōgruitatis:qꝛ vt accipitur
a Boetio:pena eſt ordinatiua culpe: ita ꝙ nō poteſt relin/
qui in vniuerſo culpa: cui nō correſpondeat pena ordinati
ua:ne in vniuerſo dedecus culpe ſit ſine decore iuſticie. Ex
quo ſequit̄ ꝙ ſimpliciter melius eſt peccatorem non corre/
ctum eſſe in pena/ꝙ eſſe ſine pena: qꝛ in primo eſt aliq̄d bo
ni ſcꝫ correſpondentia iuſta pene ad culpam: ſed in ſecūdo
eſt tm̄ malicia ſcꝫ culpa impunita:vt pulchre deducit Boe.
iiij. de conſola. proſa. iiij. Hec ergo via vniuerſaliter prefixa
eſt a diuina lege/ ordinādi ſcꝫ peccatū per penā tāꝙ per ꝓ/
priū correſpondēs:vt dicit Sco. Et licet oīs culpa ordinet̄
per penā: non tn̄ omnis deletur per penā:vt patet de pena
damnatoꝝ: et de illa pena que ſtatim ſequitur culpā: iuxta
illud Augu.lib.v.confeſ. Iuſſiſti dn̄e et ita eſt:vt pena ſit ſi
bi quiſqꝫ inordinatus animus. Nec alia pōt aſſignari diffe/
rētia inter penā remittentem peccatum/et penā non remit
tentē:niſi quia iſta eſt volūtaria:hec inuolūtaria. Nō enim
poteſt aſſignari hec differentia ex intenſione aut magnitu/
dine pene aut eius diuturnitate:quia hec magis ſunt in pe
na gehēnali (que tn̄ culpam nō remittit) ꝙ in tēporali que
remittit:⁊ in humanis pena volūtarie aſſumpta magis pla
cat offenſum: ſic ergo culpa dupliciter ordinat̄ ꝑ penā. Nā
culpa manēs ordinatur per penā inuoluntariā/nō manēs:
ſed deleta ordinat̄ per penā voluntariā. Ex illis ergo ſic ar/
guit̄. Ad remiſſionē culpe mortalis poſt baptiſmū cōmiſſe
requirit̄ punitio volūtaria vel punitionis volitio:ſed neu
trū iſtoꝝ pōt eſſe ſine penitētia:qꝛ pena nō poteſt eſſe volū/
taria ſine actu volūtatis. Ille aūt actus aut erit actus penā
imperantis/aut inferentis/aut penā acceptantis/aut ſuſti
nere volentis: et non remurmurantis aut penam exequen
tis:et oēs illi actus ad penitentiā pertinent: vt patet ex pri
mo articulo. ¶ Dicitur notāter in cōcluſione:ſm̄ potentiā
ordinatā/propter concluſionē primā. Dicitur peccato mor
tali:de venialibus forte nō oportet:que etiā decedēti in eis
remittūtur in futuro/ vbi penitētia locū nō habet: vt infra
dicet̄. Dicitur:poſt baptiſmū cōmiſſo/ꝓpter peccatū origi
nale qđ infantibus remittit̄ in baptiſmo: qꝛ penitentiā ha/
bere nō poſſunt. Dicitur:de eodē conſcientiā habenti.i.no/
ticiā ſeu memoriā propter dicta in ſcđa cōcluſione: qꝛ de eo
qđ omnino nō cogitatur:penitētia haberi nō pōt. Dicitur:
vel habere debēti: ꝓpter pctā quorū ignorātia imputat̄ ad
culpā:puta que eſt vincibilis:qꝛ illa ſine penitentia non re
mittuntur. Dicitur:formali vel virtuali:qꝛ vt dictū eſt in ſe
cunda cōcluſione/per actū vehementem diuine charitatis
qn̄qꝫ poteſt dimitti pctm̄ ſine penitentia formali: in illo tn̄
actu charitatis eſt penitentia virtualis inquantū in diuina
acceptatione equiualet actuali penitētie:⁊ eā (vt dictū eſt)
virtualiter includit. ¶ Quarta cōcluſio. Ad deletionē pec Cōcl. 4.
cati nō ſufficiūt actꝰ penitētie predicti quomodocūqꝫ ſe ha N
bētes:neqꝫ eorum ſinguli: neqꝫ ſimul omnes. Patet:quia
actus illi predicti pn̄ie nō requirūtur ad pcti remiſſionē:vt
cauſa remittēs principalis: quia hoc ſolius eſt dei. Solus
enim deus remittit pctm̄ vt cauſa principalis:nec vt cauſa

quaſi formalis:q2 hoc eſt gratie:ergo cauſa diſpoſitiua ſub
iecti.i. peccatoris ad ſuſcipiendū gratiā per quā formaliter
remittitur peccatū. Ad hoc aūt vt penitētia ſit diſpoſitio cō
grua:requirit̄ vt ſit debite circunſtātionata/ et maxime cir
cunſtātia finis: ſed illi actus diuerſis finibus pn̄t circūſtan
tionari:qn̄q3 ꝑpter fines honeſtos:qn̄q3 vitioſos:qn̄q3 in/
differētes. Poteſt em̄ volūtas (vt dictū eſt) pctm̄ velle vin
dicare:deteſtari:penā aſſumere:in his cōplacere:aut patiē/
ter ferre:vel ꝑpter penā eternā vel temporalē ſolū: vel pro
pter priuationē premij:vel ꝑpter peccati turpitudinē preci
ſe:vel ꝑpter cōfuſionē ⁊ cōtemptū hoim̄: vel ꝑpter ſuper/
biā/vt alijs pctōribus preferat̄:aut ꝑpter vermis inquietu
dinē ſeu ꝑpter finē vltimū:q2 dei offenſiuū. Nō autem pn̄t
eſſe diſpoſitio cōgrua/ſi habeāt finē inhoneſtum: q2 ſic ipſi
ſunt pctā: nec ſufficiētes niſi circūſtātionētur fine vltimo:
que circūſtātia requiritur ad oēm actū perfecte virtuoſum/
vel virtutis perfecte generatiuū. Unde ad ꝑpoſitū ait Au
gu. in de vera ⁊ falſa penitētia:et eſt in textu diſtin. ſequēti.
Sine amore dei cōſequeretur veniā: ſine quo nūq3 inuenit
gratiā. Loquit̄ de penitēte de vno pctō alio retento in actu
vel ꝑpoſito:ergo nō ſemꝑ ſufficiūt tāq3 diſpoſitio ſufficiēs
ad peccati deletionē ⁊ gratie inductionem: vt magis infra
Cōcl.5. dicet̄ de cōtritione. ¶ Quinta cōcluſio. Ad deletionē pcti
ſola criminis deteſtatio ſine alijs actib9 penitētie ſufficit de
bite circūſtātionata/et nulli alij ſine ea. Prima pars ꝓbat̄
per illud Ezechiel. xviij. Cōſiderans ⁊ auertēs ſe ab oibus
iniquitatibus ſuis quas operatus eſt: vita viuet/⁊ nō mo/
rietur:ſed pctōr per nullū actū ita auertit̄ a pctō ſicut ꝑ de/
teſtationē pcti:que eſt nolle peccaſſe: ille em̄ directe oppo/
nitur pctō:qd̄ ꝑ tāto eſt pctm̄ pro quāto volūtariū: nec po
teſt ſtare cū cōplacētia peccati: ceteri aūt oēs poſſunt ſtare
cū cōplacētia pcti. Poteſt em̄ quis velle vindicare peccatū
et etiā vindicare opere/cōplacēs in pctō: ſicut nōnulli errā
tes elemoſynis pctā a quibus recedere noluerūt redimere
nitebant̄. Et per hoc patet ſcd̄a pars cōcluſionis: q2 cū alij
penitētie actus quatenus ſeparati ſunt ad deteſtationē pec
cati:pn̄t ſtare cū actuali complacētia peccati:et ita cū pctō:
nō ſufficiūt ad pcti remiſſionē. ¶ Si dicis:ſi alius act9 pu/
ta velle vindicare pctm̄ fuerit bene circūſtātionatus circū/
ſtātia vltimi finis: videt̄ ꝙ ſufficiat ſine deteſtatione pecca
ti: ſimiliter de cōplacētia cōſequēte triſticiā ſeu dolorem de
pctō. Reſpōdetur/ꝙ quicūq3 actus penitētie circūſtantio/
natus circūſtātia finis vltimi includit actum deteſtationis
pcti: q2 nō poſſum velle vindicare peccatum/q2 dei offenſi
uū:aut cōplacere in punitione propter eundē finē:et nō ha
bere nolle reſpectu peccati vindicādi. Si em̄ volo vindica
re pctm̄ q2 cōtra deū:ergo nolo quicquid eſt cōtra deum:⁊
ita nolo pctm̄. ¶ Sed adhuc di. Si act9 deteſtationis pec/
cati requirit̄ ad pcti remiſſionē ſufficiēter circūſtātionatus
vel ergo vt formatus:vel vt informis. Itē velut diſpoſitio
preuia vel vt cōcomitās. Nō vt formata:nō em̄ format̄ niſi
per gratiā coaſſiſtētem ſiue charitatē:ſed iſta exiſtēte nō eſt
peccatū:q2 cōtraria ſimul ſtare nō pn̄t: peccatū autē et gra
tia cōtraria ſunt/et ita vt formata/nō erit diſpoſitio ad cul/
pe remiſſionē:quia diſpoſitio ad formā eſt prior forma:hec
aūt preſupponit peccati remiſſionē:q2 preſupponit gratiā.
Nec vt informis: q2 actus nō eſt diſpoſitio ſufficiens:neq3
meritū de cōgruo niſi ſit circūſtātionatū circunſtātia finis:
et ita neceſſe eſt vt actus ille penitentie eliciatur ꝑpter deū
tāq3 vltimū finē:hoc eſt ꝑpter deū ſuper oia dilectū:et iſta
neceſſario erit dilectio dei ſuper oia. Hec aūt ſine charitate
haberi nō pōt:ideo ad hoc vt ſit diſpoſitio ſufficiens requi
ritur charitas. Charitate aūt exiſtente/nō eſt informis:igi
tur neutro modo erit act9 ille diſpoſitio ad peccati remiſſio
nē. ¶ Similiter nō erit diſpoſitio vt preuia:q2 ante gratiā
eſt informis:et ita nō ſufficiēs:nec vt cōcomitās: q2 tunc ſi
mul eſt ⁊ charitas:et ſic non erit diſpoſitio ad eā: vt ſtatim
argutū eſt. ¶ Replica iſta querit qn̄ actus deteſtationis
pcti ſit ſufficiēs diſpoſitio ad remiſſionē pcti. Et diſtinguit
hic Sco. q. ij. huius diſt. mēbro. ij. de duplici diſpoſitione. ſ.
preuia et cōcomitāte. Nā diſpoſitio preuia eſt que precedit
deletionē culpe:et illa ſemper eſt ſine charitate et gratia:et
per cōſequēs ſemper eſt informis:q2 a ſola inherētia ⁊ incli
natione charitatis et gratie ad actū/actus dicit̄ formatus.
Concomitās vero eſt qui ſimul eſt cū charitate ⁊ gratia: ⁊
ſic ſemꝑ eſt formatus. Refert autē querere de diſpoſitione
preuia vel cōcomitāte ad deletionē culpe ⁊ ad infuſionem
gratie:quia (vt patet ex premiſſis) remiſſio culpe/et infu/
ſio gratie ſunt diſtincte mutatiōes:vt in primo articulo di/
ctū eſt. Et ſi inter illas eſt aliquis ordo:variāda eſſet reſpō
ſio:et ideo de hoc primo videndū. ¶ Et eſt difficultas cō/
munis:oim̄ mutationū que ſiūt inter cōtraria: an expulſio
vnius cōtrarij ſit prior inductione alterius:an ecōuerſo in
ductio prior expulſione. Et aliter eſt loquendū de illis q̄ ꝓ
prie opponūtur ex natura rei ſiue vtrunq3 ſit poſitiuū:ſiue
vnū ſit poſitiuū et aliud priuatiuū vel negatiuū. Et aliter.
que nō proprie ex natura rei opponūtur: ſed ſolū ꝑ cauſam
extrinſecā ſc3 inſtituentē et ſic ordinantē: ſicut eſt in propo
ſito. Et quidē vt. ſ. dictū eſt:inter illa non eſt ordo tēporis:
q2 ſimul ſunt expulſio ⁊ inductio quantū ad morā tēporis:
ſed de ordine nature aut cauſalitatis/ dignitatis vel perfe/
ctionis/aut alijs huiuſmodi eſt diſputatio. Et hic ſufficiat
inquirere de ordine nature. Dicitur autem prius ordine na
ture/quod poteſt eſſe ſine alio et non econuerſo:ſm̄ philo
ſophum et cōmen. v. ⁊. vij. Metaphy. vt dictum fuit in pri
mo lib. diſtin. ix. Et de hoc ordine dicitur ꝙ in oppoſitis cō
trarie tranſmutationem adinuicem habentibus ſm̄ poten
tiam diuinam nullus eſt ordo nature: quia quelibet illarū
mutationum poteſt eſſe ſine alia. Nam exēpli cauſa expul/
ſio frigiditatis poteſt eſſe ſine inductione caloris. Poteſt
enim deus concurrere ad expulſionem frigoris ab aliquo
ſubiecto: et non concurrere ad introductionem caloris. et
ecōuerſo:poteſt deus introducere calorem in aliquod ſub/
iectum ſine expulſione frigiditatis. Poſſunt enim qualita
tes contrarie ineſſe eidem ſubiecto per potētiam diuinam:
quia hoc nullam includit contradictionem: q̄uis contra/
rias propoſitiones eſſe ſimul veras infert contradictoria ſi
mul eſſe vera. ¶ Si tamen teneretur illa opinio ꝙ qualita
tes contrarie non poſſent ineſſe eidem ſubiecto per diuinā
potentiam: tunc prior eſſet vnius forme expulſio/q̄ intro/
ductio ſui contrarij:quia illa poſſet eſſe ſine illa/et nō econ
uerſo:poſſet enim deus cōcurrere ad expulſionem ſeu cor/
ruptionem frigiditatis:et nō concurrere ad generationem
caloris in eodem ſubiecto:et tunc ſubiectum illud nec eſſet
calidum nec frigidum:et hoc in qualitatibus ſecundis na/
turaliter fieri poteſt: vt in coloribus albedine ⁊ nigredine.
Nō enim oportet ꝙ expulſa albedine/ introducatur nigre/
do:quia poteſt induci color medius. Sed in oppoſitis pri
uatiue circa ſubiectū ſuſceptibile vbi ſit regreſſus ab vno
in ſuum oppoſitum:⁊ vniuerſaliter in oppoſitis negatiue
contradictorie inter expulſionem vnius ⁊ introductionem
alterius oppoſitorum nō eſt ordo nature: quia ſicut nō po
teſt amoueri cecitas niſi reſtituto viſu:ita nec reſtitui viſus
niſi remota cecitate/ſaltem vbi fuit cecitas: alias poteſt vt
in generatione animalium videntium/ viſus inducit̄ et nō
expellitur cecitas que non preceſſit. In contradictorie op/
poſitis manifeſtum eſt:quia ſimul ſunt remouere non eſſe
calidum/ et inducere eſſe calidum. Sed ad propoſitum in
his que opponuntur non formaliter ⁊ intrinſece ex natura
rei vt gratia et culpa: vbi nullum abſolutum in vno repu/
gnat abſoluto in alio:ſed opponuntur ſolum ex inſtitutio/
ne diuina:quia ſua voluntate ordinauit/ ꝙ quicunq3 habe
ret culpam mortalē: eſſet indignus vita eterna: et quicūq3
haberet gratiam:eſſet dignus vita eterna. et hac ordinatio
ne ſtante non poſſunt ſimul eſſe gratia et culpa: quia al's ſi
mul ſtarent: idem eſſet indignus vita eterna et dignus eā:
quod implicat:quia indignus capitur negatiue:id eſt non
dignus: et per conſequēs dum introducitur gratia neceſſa
rio expellitur culpa. Uerum hec ordinatio dei contingens
eſt; et eam deus mutare poſſet ſi vellet. Et de illis dicen/

dum ꝙ ſimpliciter loquēdo nec expulſio culpe eſt prior na
tura infuſione gratie: nec econuerſo: q: per diuinam poten
tiam culpa et gratia poſſunt eſſe ſimul ⁊ vna ſine altera: q:
deus poſſet pctōri dare gratiā ſine remiſſione pcti: et pecca
tū remittere ſine infuſione gratie: vt dictū eſt in primo arti
culo. Stante tn̄ ordinatione diuina ſic infuſio grē eſt prior
remiſſione culpe: q: remiſſio culpe nō fit ſine infuſione gra
tie: ſed bene ecōuerſo/ gratia infundi poteſt ſine remiſſione
culpe: pōt em̄ infundi ei qui nō habet culpā: vt. ſ. exempli-
ficatū eſt de chriſto/ maria virgine et angelo. Sed vbi pre-
ceſſit culpa/ neutra harū mutationū poteſt fieri ſine alia: et
ideo quātū ad hūc qui fuit peccator neutra eſt prior alia: q:
ſeparari nō pn̄t/ ſaltē loquēdo de prima gratia: vt in iuſtifi-
catione impij aut in lapſu iuſti. Nā iuſto poteſt augmētari
gratia ꝑ infuſionē noui gradus gratie/ ſine expulſione cul
pe: et ita in iuſtificatione impij (de quo nūc ſermo) non eſt
ordo nature inter expulſionē culpe ⁊ infuſionē grē: ſed ſunt
R ſimul. ¶ Si dicis: gratie infuſio eſt cauſa expulſionis cul-
pe: et ergo prior cauſalitate: in illo ergo prior penitētie actꝰ
eſt formatꝰ: et tn̄ prior remiſſione culpe ſicut gratia qua for
mat̄ eſt prior cauſalitate. Reſpōdetur ꝙ gratia nō eſt cauſa
proprie dicta effectiua remiſſionis/ ſed deus: q: cū remiſſio
culpe nō ſit aliud ꝙ̄ ordinatio eius ad vitam/ qui fuit ordi-
natus ad mortē: illa ordinatio non fit ꝑ gratiā/ ſed per deū:
qui etiā ſic ordinando infundit gratiā: et iō nō eſt prior cau
ſalitate gratie infuſio/ culpe remiſſione. Et eſto ꝙ concede
retur ꝙ aliquo modo gratie infuſio eſſet cauſa expulſionis
in aliquo genere cauſe: tn̄ nō pōt dari vel aſſignari inſtans
illius prioritatis: q: illud ſignū prioritatis nec eſſet grā: nec
culpa: et quicquid eſſe diceret̄ in illo priore: nō eſſet actꝰ pe
nitētie formatus: q: in illo nō eſſet ſimul actꝰ penitētie/ gra
tia et culpa: qđ tn̄ ſequeret̄ ſi tale ſignū eſſet dabile: vt ſatis
S probatū eſt in primo. ¶ Sic ergo ad ꝓpoſitū redeūdo in
actu deteſtationis pcti/ vt eſt ꝓxima diſpoſitio ad remiſſio
nē peccati: attēdēdus eſt ordo generationis huius actꝰ qui
talis eſt ſm̄ Sco. diſ. preſenti. q. ij. Peccator in pctō exiſtēs
eo modo quo dictū eſt: ex naturalibus ſuis cum cōmuni in
fluētia dei poteſt cōſiderare peccatū a ſe cōmiſſum vt offen
ſam dei: et vt cōtra legē diuinā: et vt auerſiuum a deo: ⁊ vt
impeditiuum premij/ et inductiuum eterni ſupplicij: ⁊ ſub
alijs multis cōditionibus: vt. ſ. tactū eſt. Et pōt voluntas
pctm̄ ſub aliqua harū rationū vel pluriū earū deteſtari: et
pōt gradatim ꝓcedere eliciēdo plures actꝰ deteſtādi. Gra-
tia exēpli. Primo ipm̄ nolle: q: ſibi nociuū tēporaliter et in
preſenti: vtputa q: inductiuū ſui cōtemptus/ diffamie/ vel
etiā tēporalis pene/ quo ſuſpēdēdus latro deteſtat̄ latroci-
niū ꝓpter mortē infligendā. Poteſt iterū deteſtari vt indu
ctiuū mortis eterne: ⁊ vt ſpoliatiuū eterne glorie: et ꝓpter
ſimilia ex affectu cōmodi: vſq; huc oēs illi actus ſunt infor
mes: ⁊ ſunt alij ⁊ alij nedū numero ſed ſpecie diſtincti. Po
teſt tandē cōſiderata ſumma et infinita dei dignitate ac bo-
nitate/ mia ⁊ ceteris ꝑfectionibus eius/ atq; ꝑ hoc eius dili
gibilitate qua diligibilis eſt propter ſe amore amicitie: vt
ſummū infinitū/ et perfectiſſimū bonū ſuper oīa bona fini
ta et creata dictāte recta ratione: ꝙ ſic diligēdus eſt ⁊ ab oi
ſua creatura rationali: et huic dictamini poteſt ſe conforma
re volūtas eliciēdo actū dilectionis dei ex ſuis naturalibꝰ:
quibꝰ poteſt ſe cōformare cuilibet dictamini rationis ſue: ⁊
illo actu velle deū eſſe infinitū/ ſummum/ vniuerſalē dn̄m/
oībus imperantē/ oīa ſibi ſubijcientē/ ⁊ vniuerſaliter perfe
ctū: qđ eſt deū eſſe deū/ ꝓpter ſeip̄m deū. Et ꝯſiderato pec-
cato vt offenſiuo huius ſummi boni: ⁊ vt cōtrariū ſue prece
ptiue volūtati elicere nolle peccati/ ꝓpter hoc quia offenſi
uū ſummi boni ſic a ſe ſuper oīa dilecti. Hic actus deteſtādi
peccatū/ nō poteſt eſſe informis: q: preſupponit actū dile-
ctionis dei perfectū: qui nō poteſt eſſe informis: licȝ eā poſ
ſet naturaliter elici: q: tn̄ eſt immediatiſſima ⁊ ſufficientiſſi
ma ⁊ vltimata diſpoſitio aptās ad gratie ſuſceptionē: ideo
ea exiſtēte ex diuina ordinatione ſtatim infunditur gratia.
Nulli enim ſufficiēter diſpoſito ſubtrahit dn̄s gratiā ſuā: ⁊
licet ille actus nō ſit ſine gratia: q: tamē non elicitur ex gra-
tia: quia gratia non preuenit actū iſtū: ſed actus vt diſpoſi
tio preuenit gratiā non tēpore: ſed quadā diſpoſitionis pre
uētione/ quō quelibet vltimata diſpoſitio ad formā natura
lem ſimul eſt cum inductione forme: ita ꝙ nihil tēporis me
diat inter poſitionē huius diſpoſitionis et forme inductio-
nē: et tn̄ dicitur preuenire formā vt diſpoſitio effectū: qđ ni
hil aliud eſt ꝙ̄ ipſam eſſe diſpoſitionē vltimatā neceſſitātē
ad formā: que ſimul eſt cū diſpoſitione: q: in eodē inſtāti in
quo eſt vltimata diſpoſitio/ ſimul eſt effectꝰ ſeu forma/ al's
nō eſſet vltimata diſpoſitio. Sic ⁊ actus ille dilectionis dei
amicitie vt elicitur ex naturalibus eſt prior/ nō tēpore: ſed
vt diſpoſitio ad gratiā et infuſam charitatem: et ideo vt ſic
precedens nō eſt meritorius ꝓprie de cōdigno: q: nō a cha
ritate elicitus: ſed vt cōtinuatus eſt meritorius: quia chari-
tas et gratia continuationē preueniūt. Coexiſtunt enim in
primo inſtanti elicitionis actus: et in ſecūdo cōtinuātur: er
go in illo eſt meritorius: et ſi hūc actum dilectionis ſequit̄
actus deteſtationis tempore ſicut fieri poteſt: tūc eſt poſte
rior tēpore gratia: ſi aūt eſt ſimul cū actu dilectionis: qđ ſi-
militer fieri pōt maxime in habituato/ q̄ vnico actu pōt fer
ri in mediū et in finē: ⁊ ſic vno actu odire peccatum ipſum
deteſtando propter deū dilectū: et ita illo vno actu in gene
re entis ferri in duo obiecta ordine quodā. In deū vt in fi-
nē ſuper oīa diligēdo: et in peccatum tanq̄ mediū ip̄m pro
pter finē amatū odiendo: et tūc actus ille ſimul cum gratia
eſt ⁊ peccati expulſione. ¶ Verū hic Sco. q. ij. huius diſt. T
ar. ij. videtur ſentire ꝙ nō quilibet actus deteſtationis pec-
cati totaliter et perfecte circunſtātionatus circūſtātijs mo-
ralibus ſit diſpoſitio ſufficiēs ⁊ vltimata ad gratie infuſio-
nem: niſi fuerit certe intenſionis: ⁊ per certum tēpus a deo
determinatū cōtinuatus: in cuius temporis termino et nō
ante/ eſt diſpoſitio ſufficiēs ad gratie infuſionem: et in illo
termino a deo prefixo infunditur gratia: et deletur pecca-
tum. Et ſm̄ hunc modū diceretur ꝙ motus ille deteſtatio-
nis peccati ſufficienter circunſtantionatus et perfectus in
genere moris/ ante inſtās ſeu terminum a deo prefixū vſq;
ad quod deus determinauit actum illum debere durare/
ad hoc vt ſit meritum de congruo ad iuſtificationem eſt di
ſpoſitio preuia et informis et attritio: et in illo inſtanti ter-
mini prefixi infunditur gratia et deletur peccatum: ⁊ idem
actus qui vſq; tunc fuit attritio ſi manet idem motus con-
tra peccatum in eſſe nature ⁊ in genere moris: in eodem in-
ſtanti fit contritio: quia in illo inſtanti fit concomitans gra
tie: ⁊ ita actus formatus: quia habens ſecum charitatē que
eſt forma actus: vt hic loquimur. Unde conſequēter ita di-
ſtinguit ſigna nature inter actum vt eſt talis in eſſe nature
et moris: et inter charitatem ⁊ inter actum vt eſt formatus:
quia in primo ſigno nature eſt ibi actus talis/ id eſt ſufficiē
ter circūſtantionatus in genere moris: in ſecūdo charitas:
in tertio actus formatus a charitate inherente et inclinan-
te: et ſic attritio fit contritio ſine omni mutatione reali ipſi
us actus. Hec Sco. ¶ Sed quia iſta continuatio actus/ et V
determinatio temporis ac termini eius a deo (vt ait) prefi
xi nullam habet autoritatē ſcripture: nec ratio probat: ideo
ea facilitate cōtemnitur qua probatur. ¶ Preterea. Vide-
tur ille motus non cōcordare ſcripture et communibus di-
ctis doctoꝝ. Primum patet: quia nullibi legitur in ſcriptu
ris peccatorem ad ſui cōuerſionem excitātibus: ꝙ aliquod
tempus ſit determinatum miſericordie dei ſuſcipientis pec
catorem/ ante cuius terminum miſericordiam non impen-
dat: ſed magis oppoſitum. Unde Ezechie. xxxiij. dicitur ex
perſona dn̄i. Impietas impij non nocebit ei: in quacunq;
die conuerſus fuerit ab impietate ſua. eadem ratione qua-
cunq; hora et quocunq; momēto. Et iterum ibidem. Cum
receſſerit impius ab impietate ſua: feceritq; iuſticiam ⁊ iu
dicium: viuet in eis. Cū receſſerit inquit: nullū tempus de-
ſignādo determinate: ſȝ ad oēm receſſum quādocūq; ſit vi
tā promittit. Et ad hoc poteſt argui. Deꝰ pronior eſt ad mi
ſerendum ꝙ̄ ad condēnandū: ſed quocunq; inſtanti iuſtus

receſſerit a iuſticia/faciēs iniquitatē/mortē meretur et gra/
tiā perdit:nec ad ablationē gratie requirit aliqua mora cō/
tinuationis pcti:ergo quocunqꝫ inſtāti ſe auerterit ab iniq̄
tate dolēs ſe cōmiſiſſe pctm̄ cū debitis circunſtātijs:hoc eſt
ꝓpter deū ⁊c.remittit peccatū. Scđm ꝓbatur:q: cōmune
dictū doc.eſt:deus nō poteſt diligi amore amicitie ſine gra
tia:q: aut gratia hūc actū preuenit: aut ſi ſm̄ predicta ex na
turalibus elicitur/gratia cōcomitatur:q: nulla pōt eſſe per
fectior diſpoſitio ad gratiā ꝙ dilectio dei ꝓpter ſeipſam ſu
per oīa/ſiue tanq̄ vltimi finis/qđ idē eſt:q: hic eſt nobiliſſi
mus actus/ quē homo elicere poteſt ex ſuis naturalibus re
ſpectu dei:et ideo perfectiſſima diſpoſitio:⁊ ideo iſta ſtante
infundit gratia. Quia ſi nō:nunq̄ infunderet:q: nō eſt da
bilis diſpoſitio perfectior. Ille autē amor requirit ad dete
ſtationē pcti ſufficiēter circūſtātionatā:q: niſi deteſtatio eli
ciatur finaliter ꝓpter deū ſuper oīa dilectū deficit circūſtā
tia finis: ⁊ ita nō ſufficiēter circūſtātionatus in genere mo
rū. Itē in quocūqꝫ inſtāti facit pctōr qđ in ſe eſt ⁊ quicquid
pōt:in eodē inſtāti deus infundit gratiā:ſed in primo inſtā
ti cōuerſionis ad deū quo elicit odiū pcti debite circūſtan/
tionatū facit pctōr quicq̄d in ſe eſt:ſicut in ſcđo ⁊ tertio tem
poris a deo prefixi:ergo in illo inſtāti deus infundit gratiā
et remittit pctm̄. Tenet ꝯña:q: niſi ſic pctōr in tempore me
dio vſqꝫ ad terminū neceſſitaret manere in pctō:⁊ ſi in illo
tēpore medio moreret: dānaretur qui toto poſſe ſe auertiſ/
ſet a pctō:et ſe ad deū ſuper oīa diligendum cōuertiſſet:qđ
abſurdū eſt: et longe remouendū a diuina pietate/oī tēpo
re ac momēto parata ſuſcipere ad ſe reuertētem:iuxta illud
ꝓphete. Tu fornicata es cū amatoribus multis:tñ reuerte
re ad me ⁊ ego ſuſcipiā te. Hiere.iij. Nec ratio quā Sco.ad
ducit intētum ſuū ꝓbat: qua arguit ꝙ alias dicere oportet
ꝙ ſine oī diſpoſitione ſufficiēti de cōgruo ex parte peccato/
ris pctōr iuſtificaret:qđ difficile eſt:⁊ per ꝯñs difficile eſſet
ſaluare ꝙ apud deū nō eſſet acceptio perſonarū : aut nulla
pōt eſſe ſufficiētior diſpoſitio ad iuſtificationē iſtā/ꝙ iſta at
tritio ſufficiēter circūſtātionata in genere mor̄ ⁊ cōtinuata
vſqꝫ ad terminū tēporis prefixi a deo: q: đ: ꝙ ſicut in termi
no tēporis hmōi eſt meritū ſufficiēs ad gratie infuſionē in
eodē inſtāti: ſic in illo inſtāti eſſe talis diſpoſitionis ſufficiē
ter ⁊ perfecte circūſtātionate eſt meritū de cōgruo nō de cō
digno:q: reſpectu prime gratie nullū eſt meritum de cōdi/
gno in iuſtificādo. Et ſi di. In inſtāti infuſionis gr̄e eſt me
ritū de cōdigno:q: informatū gratia. Dicit ꝙ nō:q: licꝫ ſit
formatū gratia in eodē inſtanti infuſa:nō tñ elicit a gratia:
ſed bene continuat ꝑ gratiā per quā eſt meritū de cōdigno
premij beatifici:nō aūt gratie infuſe: ſed bñ gratie augmē/
tate. ¶ Et per hoc ad rationē qua arguit:vel eſt diſpoſitio
vt formata vel vt informis. Rñdet ꝙ diſpoſitio ſufficiēter
circunſtātionata circūſtātia finis eſt diſpoſitio ad gratiam:
nō preuia ſed cōcomitās:q: ſimul eſt gratia. Et ſi ad hoc ꝙ
actus dicat formatus non ſufficit ꝙ charitas coaſſiſtat:ſed
requiritur vltra ꝙ ſit a charitate elicitus: tūc nō eſt forma/
ta:ſi vero ſufficit ſola charitatis coaſſiſtētia: tunc eſt forma
ta. Et hunc modū duplicē formari charitate ponit ſanctus
Bona.diſt.xvij.quarti.q.j.ar.vj. Unde nulla eſt diſpoſitio
preuia in tpe vltimata ⁊ ſufficiēs:ſꝫ bene eſt diſpoſitio pre/
uia nō ſufficiēs.ſicut eſt primus actus conſiderationis pec
cati ⁊ diuine bonitatis offenſe. Et quecunqꝫ precedūt actū
ſeu motū perfecte dilectionis in deū: q: illi diſponūt ad eli
ciendū actū hmōi motū ſeu dilectionis actū: qui eſt diſpo/
ſitio (vt naturaliter elicitus) ad gratiā cōcomitantē: vt di/
ctū eſt. Et in illo actu dilectionis virtualiter includit pecca
ti deteſtatio:etiā ſi nō aſſit formaliter:vt dictū eſt. Et tantū
Artic.3. de illo articulo ſcđo quē pie corrigētibus offero. ¶ Quā/
Dub. 1. tū ad tertiū articulū eſt primū dubiū : q: dictū eſt ꝙ pena
X volūtaria requirit ad pcti remiſſionē:quō pena pōt eſſe vo
lūtaria:cū ſm̄ Augu.c.xv.lib.xiiij.de ciui.dei. pena eſt diſ/
ſenſio aīe ab his rebus que nobis nolētibꝰ accidūt : immo
qđ eſt voluntariū/eſt delectabile:⁊ per ꝯñs nō penale. So
lutio poſt Sco.diſt.preſen.q.j. ꝙ pena dicit quodcunqꝫ in

cōmodū vel afflictiuū ſeu diſconueniēs. Et eſt triplex:cor/
poralis exterior:vel ſenſitiua interior:que ꝓprie dicitur do/
lor ſm̄ Augu.vbi.ſ. vel partis intellectiue ſeu mentis inte
rior:que ꝓprie triſticia dicit: vt ibidē diffinit Augu. ¶ Po
teſt etiā pena quadrupliciter eſſe volūtaria. Uel q: patien/
ter paſſa: puta quia patiēter tolerat ſine remurmuratione.
Uel ſcđo modo q: accepta/ vt medicina acris et afflictiua.
Tertio vt cauſata a volūtate tanq̄ a cauſa ꝓpinqua partia
li:nō tñ intendēte effectum. Quarto vt cauſata a volūtate
tāq̄ a cauſa remota principali effectū intendente. ¶ Quo
premiſſo dicit ꝙ pena corporalis exterior: aut ſenſitiua in/
terior oībus his modis pōt eſſe volūtaria: vt ſatis patet:q:
poteſt patienter tolerari ab alio inflicta: pōt etiā a volunta
te acceptari:poteſt a volūtate vt motrice mēbror̄ corporis
cauſari:⁊ tñ nō intēdi: vt q̄ preter intentionē incidit mēbrū
aut vulnerat ſeipm̄:pōt etiā imperari: vt legit.iij. Reg.xx.
de propheta dicēte. Percute me. Sed de triſticia que eſt pe
na mētis:ſimiliter patet:q: triſticia mētis de pctō diſplicen
te poteſt patienter tolerari: poteſt actu volūtatis accepta/
ri: vt dū quis ſibi cōplacet in triſticia accedēte:immo gau/
det ſe triſtari. Poteſt etiā triſticiā cauſare vtroqꝫ modo ſu/
prapoſito:nā triſticia nō cauſatur niſi a duabus cauſis par/
tialibus ſimul cōcurrētibus.ſ. ex actuali apprehenſione ali
cuius exiſtentis/et actuali nolitione eiuſdē:his em̄ concur
rētibus ſequitur naturaliter triſticia in volūtate: niſi aliun
de ſit impedimentū. Qđ ergo eſt cauſa nolitionis:eſt cau/
ſa partialis triſticie.ſimiliter qđ eſt cauſa apphēſionis noli
ti. Uolūtas ergo:cum ſit cauſa ſue nolitionis:eſt cauſa tri/
ſticie partialis:licet eam non intendat:cauſa aūt ꝓpinqua
non ꝓxima vel immediata:ſed cauſa cauſe.ſ.ſue nolitionis
immediata. ¶ Similiter pōt cauſare triſticiā vt cauſa tota
lis mediata principalis et remota:q: poteſt vtraſqꝫ cauſas
partiales immediatas cōiūgere: poteſt em̄ imperare intel/
lectui vt conſideret rem nolitā: et vt ſic cōſideratam nolit:
et hoc ideo vt ſequatur triſticia puniēs: et ita vtrūqꝫ impe
rando eſt vna cauſa remota: et ſic totalis in illo ordine illi/
us punientis triſticie:nō autē ſimpliciter cauſa totalis:ſed
totalis remota:et ꝑ hoc patet reſponſio ad dubiū. ¶ Sed
ad rationem dicitur ꝙ Augu.ibi diffinit non penam gene/
raliter:ſed triſticiam:quam non dicit eſſe nolitam: ſed acci/
dere de rebus a nobis nolitis euenientibus. Unde in pro/
poſito triſticia de peccato non eſt nolita : ſed peccatū a no/
bis nolitū eſt:a cuius nolitione et eius apprehēſione tanq̄
actibus a nobis voluntarie cauſatis naturaliter ſequit tri/
ſticia/que eſt volita:aut a voluntate accepta. Et ſimul po/
teſt ſtare triſticia et gaudium ſiue delectatio : non reſpectu
eiuſdem obiecti/ſed diuerſorū: triſticia de peccato cōmiſſo
quod nō placet:et tamen cōmiſſum eſt:⁊ gaudium de triſti
cia volita vel acceptata. ¶ Qđ vero dicitur peccatum nō
dimitti ſine pena volūtaria:intelligendum eſt ꝙ nō dimit/
titur peccatū ſine actu penitētie.ſ.deteſtationis peccati: ad
quem quantum eſt de ſe:nata eſt ſequi pena mentis.ſ.triſti
cia:etiā ſi aliqñ nō ſequatur ꝓpter aliquē defectū vel impe
dimentū. ¶ Scđo dubitatur de ordine actuum penitentie Dub.2.
in primo articulo deſignator̄:q: nō videtur ꝙ velle vindi/ Y
care ſit prius: ſed deteſtatio peccati:q: velle vindicare pec
catū/preſupponit nolle pcti: ideo em̄ quis vult vindicare
peccatū/q: diſplicet. ¶ Solutio. Actus illi non ſunt eſſen/
tialiter ordinati adinuicem: q: poſterius nominati pñt eſſe
ſine prioribus: et econuerſo. Unde quādoqꝫ velle vindica
re peccatum eſt prius ſeu primus: vt quādo apprehēditur
peccatū vt vindicādū: et ſtatim ſequitur velle vindicare et
precipere intellectui cōſiderare peccatum vt malū:⁊ ſibijp
ſi imperare vt eliciat eius deteſtationē: et hoc vt ſequat tri
ſticia puniēs:immo pōt velle vindicare peccatū pena exte
riori:et tñ nō habere diſplicentiā peccati: ſicut nōnulli nolē
tes dimittere peccatū/nihilominus aſſumūt aliquā ſatiſſa
ctionē/ieiunium vel laborē ꝓ pctō:quod tñ placet. Poteſt
etiam precedere deteſtatio peccati:et dehinc quia diſplicet
p eccatū ſequi velle punire. Uerum dū actus illi ſunt ordi

nati ⁊ circūſtātia vltimi finis veſtiti/regulariter videꝛ ꝑce
dere actus deteſtationis. Apprehenſo enim peccato vt dei
offenſiuo: ſtatim ſequiꝛ nolle peccati/vt diuine maieſtatis
offenſiui: ⁊ hoc nolle ⁊ apprehenſionē preuiam naturaliter
ſequiꝛ triſticia: et hanc acceptatio eius: et hinc ſequiꝛ velle
vindicare ipſum: quia a deo preceptū vel pena interiore eā
augmentando vel continuando: vel pena exteriore/vt con
feſſione ⁊ ſatiſfactione: vnde qñcunqꝫ peccatū apprehēdiꝛ
vt vindicandū tanqꝫ deo diſplicēs: ſtatim diſplicet volūta/
ti deū diligēti: ⁊ nō poteſt elici velle vindicare/q̄ dei offen/
ſiuum: quin precedat deteſtatio peccati. Verū inter deteſta
tionem ⁊ triſticiā conſequēter eſt eſſentialis ordo: q̄ neceſ/
ſario deteſtatio ꝑcedit triſticiā: in alijs nō ſic: ideo ordo mu
tationis actuū nō dicit ordinem eoꝝ eſſentialē: ideo variari
pōt: deteſtatio tñ eſſentialius ſe habet ad peccati deletionē
Dub. 3. ꝙ ceteri: vt dictū eſt. ¶ Tertio dubitaꝛ: vtrū penitentia ſit
virtus: ⁊ ſi ſic/an theologica vel moralis. Pro reſponſione
notandū/ꝙ penitētia qñqꝫ dicit actū: qñqꝫ habitū: ⁊ vterqꝫ
poteſt eſſe ordinatꝰ vel inordinatꝰ vel indifferens: vt dictū
eſt. Dubiū ſolū intelligi debet de ordinato actu vel habitu:
quia inordinatꝰ vel indifferens nō pertinet ad virtutē. Itē
cum virtꝰ ſit habitus: manifeſtū eſt ꝙ penitentie actus etiā
ordinatꝰ nō eſt virtus: poteſt tñ eſſe virtuoſus: q̄ vel a vir/
tute elicitus vel virtutis generatiuꝰ: que nunc ſupponunꝛ
ex dictis in. iij. diſt. xxiij. Quibus premiſſis reſpōdetur per
ꝓpō. 1. duas ꝓpoſitiones. ¶ Prima. Sicut oīs penitētia ordina/
ta habitualis eſt virtus: ita penitētia actualis eſt actus vir
tuoſus. Probaꝛ primo ſecundū: q̄ omnis actus elicitꝰ con
formatur rationi recte: ⁊ propter hoc eſt virtuoſus: penitē/
tia actualis eſt hmōi: ergo. Cōſequentia nota cum maiore.
Minor probaꝛ quoad principalē actū penitētie qui eſt de/
teſtatio: q̄ ſicut recta rō dictat bonū honeſtū eſſe volendū:
ita dictat bonū inhoneſtū: quale eſt omne peccatū eſſe no/
lendum. Nolle peccatū eſt deteſtatio peccati. Probaꝛ etiā
de actu vindicādi: quia ſm rectā rationē ſicut bonū eſt pre/
miandū: ita malū puniendū: vt habitū eſt in primo articu/
lo: et ideo puniēs malū (maxime dū aliud a legiſlatore ſibi
cōmiſſum eſt) facit actū recte rationi cōformē: ergo actum
virtuoſum. Vnicuiqꝫ aūt cōmiſit dominus punire peccatū
ſuum in ſeipſo in hoc ꝙ vnicuiqꝫ mādauit penitentiā: ergo.
Ad illos aūt duos actus. ſ. deteſtari ⁊ velle punire peccatū/
ſequunꝛ ceteri: ideo ſi illi duo ſunt virtuoſi: etiā qui ad eos
conſequunꝛ: ſunt virtuoſi: nā bonū nō eſt ad quod per ſe ſe
quitur malū. Prima pars propoſitionis de habitu patet:
quia omnis habitus genitus ex actibꝰ virtuoſis: ⁊ inclinās
ad tales eſt virtꝰ: talis eſt habitus penitētie ordinatꝰ: ergo
ꝓpō. 2. deductio quantū ad omnes ſatis patet. ¶ Secūda propo/
ſitio. Sicut diuerſi actꝰ penitētie ad diuerſas virtutes poſ/
ſunt reduci: ita ⁊ eoꝝ habitꝰ ſub diuerſis virtutibꝰ poterūt
contineri. Prima pars patet de actu vindicādi: qui reduciꝛ
ad virtutē iuſticie diſtributiue: cuiꝰ eſt premia virtutibus/
⁊ penas vitijs diſpēſare: nā vindicans peccatū hoc agit vt
miniſter iudicis/ diſpenſans premia meritis. Nec impedit
ꝙ vindicat peccatū in ſeipſo: quia accidit miniſtro: cui cō/
mittitur vindicta peccati quis ſit is q̄ peccat: vnde agit hūc
actum in ſe vt in alterū: quia agit vt miniſter iudicis in reū
cōtra legem peccātem: vt dicit Sco. Et licet penitere dicat
vindictam vt in ſe: hoc tñ non variat rationē vindicte infe/
rende: ratione cuius reduciꝛ ad virtutē diſtributiuā. Sed
quātū ad actū deteſtationis peccati penitētia reducitur ad
diuerſas virtutes: vnde pōt eſſe cuiuſcūqꝫ virtutis appeti/
tiue: vñ quecūqꝫ virtus inclinat ad volendum bonū hone
ſtū: etiā inclinat ad nolendū malū inhoneſtū oppoſitū: vn
de nolle luxuriā/reduciꝛ ad virtutē caſtitatis: deteſtari ſup
biā/ad virtutē humilitatis: reſpuere caſtrimargiā/ad virtu
tē tēperātie: et ſic de alijs. Alij actus hos ſequētes reducun
tur ad eaſdē virtutes actuū ad quos ſequūtur. Tolerare tñ
penā ꝓ pctīs inflictā/reducitur ad virtutē patiētie: ⁊ qđ di
ctū eſt de actibus: ſimiliter intelligendū eſt de eoꝝ habiti/
bus. ¶ Verū penitētia pōt accipi ſtrictiſſime/vt eſt reſpe/
ctu pcti vt expiabilis per ipſam: ⁊ ſic pōt eſſe ſpecialis vir/
tus: q̄ habet ſpeciale obiectū vel rōnem obiecti: puta vt ex
piabilis. Finis em̄ eſt obiectū: vt habitū eſt in. iij. diſt. xxiij.
et deteſtari pctm̄ vt expiabile eſt. i. vt expieꝛ/eſt ſpecialis fi
nis: et tñ ſub fine: et ſic loquiꝛ Tho. et Richar. Sed nō tm̄
ſm hāc acceptionē hic agiꝛ de penitētia: ſed vel de peniten
tia generaliter vt eſt reſpectu pcti/vt eſt malū: vel ſpecialiꝰ
vt eſt actus vel habitus reſpectu pcti ordinatus: nā illa ac/
ceptio ſtrictiſſima nō cōuenit ꝑfectiſſime penitētie que ma
xime mereꝛ peccati expiationē/que eſt deteſtatio pcti preci
ſe: q̄ dei offenſiuū nō cogitādo an ſit expiabile vel nō: et iō
eſt nimis ſtricta in propoſito. ¶ De ſcđo queſito in dubio/ AA
an penitētia ſit virtus moralis vel theologicalis. Pro cuiꝰ
ſolutione notandū/ꝙ actus penitentie ordinatus eſt: q̄ fer
tur in pctm̄ tāqꝫ in obiectū ipm deteſtādo vel vindicando:
et in deū tanqꝫ finē: q̄ eſt deteſtatio vel vindicatio pcti pro
pter deū. Nūc autē vt dictū eſt in. j. diſt. j. vno actu poſſumꝰ
ferri in finē/et in mediū ꝓpter finē: et tūc actus ille ſicut ha
bet duplex obiectū ſcꝫ finē ⁊ mediū: ſic ſortiꝛ diuerſa nomi/
na: nā inquātū terminaꝛ ad finē diciꝛ fruitio: ⁊ inquātū ter
minaꝛ ad mediū/diciꝛ vſus. Poſſumus etiā ferri in finē et
mediū duobus actibus diſtinctis: quoꝝ vnus tm̄ ad finem
terminaꝛ: et ille erit fruitio tm̄: alius terminaꝛ tm̄ ad medi
um/et eſt vſus tm̄. Sic in ꝓpoſito actus penitētie/quo de/
teſtor peccatū ꝓpter deū tanqꝫ finē vltimū: pōt eſſe vnus q̄
reſpectu finis eſt amor: reſpectu pcti eſt odiū. Nam illo vno
actu peccatū odio ꝓpter deū ſup oīa dilectū: et ille actus ſi
mul pertinet ad virtutē theologicā et moralē. i. pertinet ad
habitū inclinantē ad actū illū ꝓut terminaꝛ ad vtrūqꝫ ob/
iectū finē ſcilꝫ et mediū: et ille habitus eſt virtus moralis ⁊
theologica acquiſita: q̄ habet ꝓ obiecto deū: ideo theolo/
gica: ⁊ pctm̄ vel penam/ideo moralis. ¶ Poſſunt etiā eſſe
duo actus. Vnus reſpectu finis/q̄ eſt actus dilectionis dei
ſup oīa. Alius reſpectu pcti vel pene/qui ꝑtinet ad virtutē
moralē: ſicut primus ad theologicā ſcilꝫ charitatē. Vult tñ
hic Ockam dicere ꝙ q̄ res magis denominaꝛ ab eo quod
eſt ſibi ꝓpriū: ꝙ qđ eſt ſibi cōmune cū alijs: q̄ per noīa res
diſcernimus: ideo actus ille qui equiualēter includit duos
actus pertinētes ad diſtinctas virtutes quoꝝ vnus cauſaꝛ
ab alio: magis denominaꝛ a ſcđo actu ꝙ a primo: q̄ primꝰ
cōmunior eſt cauſalitate ꝙ ſecūdus: et ideo actus ille equi/
ualēter includēs actū dilectionis dei vt finis: ⁊ actū deteſtā
di pctm̄ vt medij/magis denominaꝛ a virtute ſecūdi actus
ꝙ a virtute primi: hoc eſt magis dicitur actus penitētie (id
eſt iuſticie humilitatis/tēperātie ⁊c. q̄ penitētia nō eſt vna
virtus ſm ſpeciē: ſed multas includit: vt dictū eſt) ꝙ actus
dilectionis vel amicitie: q̄ ille actus reſpectu finis eſt com
munior in cauſando/ꝙ ſecūdus: pōt em̄ actus reſpectu fi/
nis cauſare actus reſpectu quorūcūqꝫ mediorū ad illū finē
tanqꝫ cauſa partialis: nō ſic actus reſpectu certi medij: et a
minus cōmuni ſit denominatio. ¶ Dubitari poſſet de gra Dub. 4. BB
tia ad quā diſponit penitētia per quā deleꝛ peccatū: vtrum
ſit eadē cū gratia ſacramētali/et cum gratia donoꝝ ⁊ virtu
tū. Sed ſatis reſpōſum eſt. ſ. diſt. ij. q. j. vbi dictū eſt/ꝙ gra
tia qua delētur pctā: et gratia ſacramentoꝝ ac virtutū ⁊ do
noꝝ eſt gratia gratū faciēs: que eſt vna ſpecie: q̄ idētificaꝛ
charitati que eſt vna virtus ſm ſpeciē: et ideo eſt eadē gra/
tia oīm illoꝝ ſm ſpeciē: licet nō eadē numero neqꝫ eadē ſm
intenſionē. ¶ Poſſet etiā dubitari de ſubiecto penitentie.
Sed ſatis patet ꝙ omnes penitētie actus ſunt actus potē/ Dub. 5.
tie appetitiue: q̄ nolle peccaſſe: velle vindicare peccatum:
aut cōplacere in illis: ideo penitētia quātum ad oēs actus
ſuos pariter ⁊ habitꝰ eſt in volūtate tāqꝫ in ſubiecto. Vtrū
aūt ſit in cōcupiſcibili vel iraſcibili: nā ille potētie nō tm̄ in
appetitiua ſenſitiua: ſed etiā intellectiua ponūtur: diciꝛ ꝙ
quantū ad eā que inclinat ad vindicandū eſt in iraſcibili: ⁊
quantū ad eā que inclinat ad deteſtandū eſt in cōcupiſcibi/
li. ¶ Itē dubitaꝛ quoꝝ eſt penitētia. Ad hoc rñdeꝛ: loquē/ Dub. 6.
do de penitētia acquiſita nō eſt innocētiū: q̄ qui nō habue CC
rūt peccatum: nō poſſunt habere actū reſpectu ſui peccati.

vbi non eſt

vbi non eſt actus:ibi nec habitus ex actibus acquiſitus. Ex hoc ſequitur ꝙ nec angeli: nec chriſtus: nec virgo beata habuerũt penitentiam. Sed de beatis ꝗ in via habuere penitentiã:ſi habit⁹ acꝗſiti manent in patria tanꝙ anime ornatus: licet ibi nõ habuerũt actũ:dicendũ ꝙ in eis eſt penitentie habitus:verum in beatitudine habere poſſunt actũ pnĩe:nõ quidẽ vindicandi pctm̃ aut puniẽdi:ſed deteſtandi pctm̃:q: etiam in beatitudine diſplicet pctm̃. Itẽ actũ cõplacendi quo cõplacet deteſtatio pcti. Et vt alij dicunt:gaudiũ vel complacentiã remiſſionis peccati. Sed videat lector an illa ſit actus pnĩe: ſi vo penitentia etiã extenditur ad pnĩam inordinatam ⁊ infructuoſam:tunc etiã in dãnatis eſt pnĩa quoad actũ ⁊ habitum:dolent em̃ ⁊ vellent ſe nõ peccaſſe:licet peruerſa intentione:iuxta illud Sap.v. Penitentiã agentes ⁊c. non tamen eſt in eis pnĩa ordinata: ſed de habitu infuſo nõ eſt aliqua neceſſitas ponẽdi illum:ſi tñ ponitur:etiã ille manet in beatis:ꝙuis nõ haberet actum: nõ tamen ponitur in angelis ꝯfirmatis in gratia. Sed ſm aliquos ponit̃ in innocentibus:ꝗ licet nõ peccauerũt:tñ peccare potuerũt. Habitus aũt nõ ſolum reſpicit actũ qui eſt vel

Dub. 7. DD fuit:ſed etiam qui poteſt eſſe:licet nunꝙ erit. ¶ Poſſet etiã dubitari de origine penitentie an ſemꝑ ꝯcipiatur ex timore. Illud dubiũ ſolũ locum habet de penitentia acꝗſita:⁊ ꝑſertim de actu eius:quia habit⁹ ꝑſupponit actũ. Et dicit̃ ꝙ in incipientibus nondũ ꝑfectis (nam ⁊ perfecti quãdoq; labũtur iuxta illud. Septies in die cadit iuſtus) frequẽter oritur ex timore pene/qui oritur ex amore ſui. Sed in ꝑfectis oritur ex amore dei ⁊ iuſticie:quib⁹ magis diſplicet peccatũ: q: ꝯtra deũ ⁊ iuſticiam: ꝙ quia pene inductiuum. Et quoniam actus circa medium oriũtur ex actibus circa finem: ſm diuerſos fines penitentie ex diuerſis oritur penitentia. Et tantum de iſta q̃ſtione.

Queſtio.ij.

rium. ¶ Preterea: omnis qualitas intẽſibilis per additio/
nẽ gradus ad gradũ: ſi intẽditur per aliquod intẽſum: etiã
intẽditur per quodlibet eiuſdẽ generis remiſſum. Gratia
exẽpli: ſicut habitũ virtutis intendit operatio intẽſa: ita eti
am operatio remiſſa. Quia ſicut ſe habet intenſum ad intẽ
ſum: ita ſe habet remiſſum ad remiſſum ceteris paribꝰ. Gra
tia exẽpli: ſicut agẽs intẽſum producit actum intenſum: ſic
agens remiſſum producit effectũ remiſſum: ergo ſicut ope/
ratio meritoria intenſa augmentat gratiam ad gradũ intẽ/
ſum: ita remiſſa ad gradum remiſſum. ¶ Et licet operatio
meritoria proprie nõ producat gradũ gratie: cũ gratia a ſo
lo deo creetur: ꝓducit tñ improprie ⁊ meritorie. Et de lege
ordinata deus augmẽtat gratiã ſm proportionẽ meriti: vt
habitũ eſt diſt. xvij. in primo de charitate. ¶ Ex illis patet
ꝙ per quodlibet opus meritoriũ augmẽtatur gratia ſicut
gloria: vel ius ad maiorẽ gloriã. ¶ Patet ſcđo: ꝙ reſurgẽs
ſicut reſurgit ad plura merita: ita etiã ad maiorẽ gratiam.
¶ Ad rationẽ quã adducit ad oppoſitum/ dicendũ: ꝙ licꝫ Ad rationes Scoti.
gratia ſit donũ dei: eſt tñ etiã ab homine meritorie de cõdi/
gno vel de congruo: nec infundiť adulto ſine ſua operatio
ne: ſaltem diſpoſitiue. Sic ⁊ merita principalius ſunt a gra
tia in rõne meriti ꝙ̃ ab homine: gratia aũt a ſolo deo: et ita
operatio meritoria eſt etiã a deo. ¶ Preterea: etiã ſi gratia
eſſet a ſolo deo: nulla preuia operatione hoĩs ⁊ opus meri
toriũ a ſolo hoĩe: quoꝝ tñ neutrũ verũ eſt: adhuc nihil pro/
bat ratio ſua: qꝛ licet gratia ſit tñ donũ dei: tñ cum infundi
tur homini iam eſt data homini: et vt ita dicã: res ſua: ⁊ per
eã ordinatur hõ et acceptatur ad aliquod premiũ eſſentia/
le: eo ipſo ꝙ habet eam: et acquirit ius ad tale premiũ: non
minꝰ ꝙ̃ per opus meritoriũ ad premiũ operi meritorio cor
reſpondens: ergo ſicut manet ius ad premiũ in acceptatio
ne diuina ex opere meritorio (licet per pctm̃ ſequẽs impe/
ditũ) ita manet ius ad premium gratie correſpondẽs: licet
impeditũ. vñ ſublato impedimẽto manet homini vtrunqꝫ
ius ſaluũ. ¶ Ad aliã rationẽ pro primo dicto: nõ omnis ca
dens grauius cadit ⁊c. negeť ꝯña: nec eſt ſimile: qꝛ vt infra
diceť: ⁊ tenet ille doctor peccata prius dimiſſa nõ redeunt:
ſed gratia amiſſa ⁊ merita in reſurgẽte redeunt ⁊ viuifican
tur: vt infra diceť. Si vero redirẽt peccata dimiſſa in recidi
uãte: antecedẽs eſſet falſum: tunc eñ grauius caderet quiſ
quis recidiuãs: qꝛ caderet in peccata priora redeũtia: et cũ
hoc in peccatũ nouũ quo recidiuaret: ſicut reſurgens reſur
git ad oẽm gratiã perditam ⁊ merita mortificata: et cũ hoc
ad nouũ gratie gradũ penitẽtie qua reſurgit correſponden
tem: et ideo reſurgit gratior. ¶ Ad ſcđm: ſi primã gratiam
intelligit illã que preciſe reſpõdet diſpoſitioni reſurgẽtis:
cõcediť ꝙ illa põt eſſe minima in actu. Nõ addiť: qꝛ mini/
ma que põt eſſe nõ eſt dabilis: nõ aũt reſurgit ad illam tñ:
ſed ad illã: et ad omnẽ prius perditã: ⁊ illa nõ põt eſſe mini
ma: et per hoc gratior ꝙ̃ fuit priꝰ ꝙ̃ cecidit. ¶ Alia eſt opi. B
quã approbat Alex. q. lvij. par. iiij. et poſt eũ ſan. Bonauẽ.
diſt. preſenti: que magis videť reſtringere diuinã largitatẽ:
quia Sco. licet eã reſtringat quãtũ ad reſtitutionẽ gratie ⁊
glorie ſibi correſpõdẽtis penitẽti: extẽdit tñ eã quãtũ ad re
tributionẽ meritoꝝ. Hec aũt opi. reſtringit eã quantum ad

gratiã:tenẽs ꝙ gratia amiſſa per pctm̄/nõ reſtituitur penitẽti:nec quoad ſe:nec quoad p̄miũ correſpondens. Sed penitẽti reſtituitur gratia/ẜm eius diſpoſitionẽ magna vel parua:et in hoc cõcordat cũ Sco. Cõſequẽter tenet:ꝙ opera meritoria per mortale mortificata reuiuiſcũt ad p̄miũ: nõ ẜm quantitatẽ gratie a qua ſunt elicita:ſed ẜm quantitatem finalis gratie/ac ſi eſſent ab illa elicita.⁊ ſi iſta gratia finalis eſt magna:magnũ p̄miũ retribuiẜ: ſi parua/paruũ. Unde ſtat merita viuificata plus p̄miari ſi gratia finalis maior eſt ea a qua ſunt elicita. Stat etiã ea minus p̄miari ſi gratia penitẽtis ⁊ finalis fuerit minor. Primũ ꝓbat quedã experiẽtia: quia cũ perfectus aliquis cadit in pctm̄ enorme diu iacẽs in eo:poſtea dũ penitet ſentit ſe tepidũ et pronũ ad lapſum indigentẽ maiori manuductione/ꝙ̄ imperfecti nõ lapſi:qđ nõ eſſet ſi prior gratia perfectoꝝ rediret. Itẽ ſic videreẜ ꝙ dñs reuocãdo ad penitentiã retribueret gratiã ẜm priora merita ⁊ gratiã priorẽ. Quod eſt cõtra verbũ Grego. dicẽtis:ꝙ in perpetratione maloꝝ nulla debet eſſe fiducia bonoꝝ peccatoꝝ. Scđm probat:qꝛ cũ iudiciũ retributionis fit ẜm gratiã finalem in quo quis decidit:vt vult glo. ſuper illud Ezechiel. xviij. Si auerterit ⁊c. Sicut iuſtũ ante peccatorẽ nõ grauãt antiqua delicta:ſic peccatorẽ ante iuſtũ veteres iuſticie nõ adiuuãt. Unuſquiſqꝫ em̄ in quo inuenitur:in eo iudicatur. Sequiẜ ꝙ merita p̄cedẽtia et viuificata p̄miãtur ẜm quãtitatẽ gratie finalis. ¶ Sed cõtra primũ dictũ huius opi. in quo cõcordãt cũ Sco. de gratia nõ redeũte/ſufficiãt rationes ſupra cõtra Sco. inducte.

¶ Cõtra ſcđm de meritis arguitur. Merita nõ p̄miãtur ẜm charitatẽ a qua nõ eliciũtur:qꝛ nõ niſi a charitate:a qua eliciũtur:habẽt ſuã acceptabilitatẽ. Nõ em̄ trahũt ſuã bonitatẽ quantũ ad acceptationẽ ab aliquo poſteriori: ſed gratia finalis eſt poſterior meritis. ¶ Preterea: per meritum operãs acquirit ius ad certũ gradũ glorie:qđ ius ſuſpenditur per ſequẽs mortale: et per hoc diciẜ meritoriũ opꝰ mortificari. Et per ſublationẽ impedimenti ſcꝫ remiſſionẽ peccati viuificaẜ:et per ꝯñs habet idẽ ius poſt ſicut ante:ergo ad eũdem gradũ glorie. Ius em̄ ſemꝑ manet ſaluũ in acceptatione diuina:licet ſuſpẽdatur per mortale:ideo ſublato mortali ſtat meritũ in diuina acceptatione ſicut priꝰ. ¶ Et per hoc ad rõnes huius opi. Ad primã que fundatur in experiẽtia diciẜ:ꝙ tepiditas illa et inclinatio ad lapſum/non eſt ex imperfectione gratie in cõuerſione infuſe:ſed ex habitibus acquiſitis ex actibus vitioſis:quos acquiſiuit dũ vitijs ſubiacuit que manẽt etiã in cõuerſis cũ gratia: vt alias dictũ eſt. ¶ Ad ſcđm diciẜ:ꝙ nulla merita p̄cedentia lapſum/merẽtur conuerſionẽ poſt lapſum:nec reſtituiẜ perdita gratia propter merita ex ea elicita. Sed deus cũ dimittit peccata plene remittit: ita ꝙ poſt pctõꝝ dimiſſionẽ/nõ memoratur eorũdem ad dãnationẽ peccatoris:neqꝫ ad ſubtractionẽ prius merite beatitudinis. Et per ꝯñs reſtituit pctõrẽ ad omne ius ad btitudinẽ qđ habuit ante lapſum. Quãuis Sco. nõ vult negare quin excellens mĩa dei ꝓpter merita p̄cedẽtia (licet iam mortificata) citius det gratiã ad reſurgendũ. Nõ tñ eſſe debet fiducia in malis ad perſeuerandũ in malis ꝓpter ſpẽ p̄teritoꝝ bonoꝝ quaſi ſint merita future cõuerſionis. Et hoc vult btũs Grego. ¶ Ad tertiũ dicitur:ꝙ iudiciũ dãnationis vel beatificationis fit ẜm gratiã finalẽ habitã vel derelictã:ita ſi finaliter inueniẜ in gratia/ſaluatur:ſi nõ/dãnatur. Nõ tñ ſolũ remuneratur ꝓ his que ex illa finali gratia egit tm̄: ſed etiã ꝓ his que ante acq̄ſitionẽ finalis gratie ex p̄cedenti gr̄a operatus eſt. ¶ Ad glo. diciẜ: ꝙ loquiẜ de iuſto finaliter et pctõre finaliter. Et ita verũ eſt ꝙ peccatorẽ finaliter qui prius fuerat iuſtus:nõ iuuãt bona p̄cedẽtia merita: qꝛ durat impedimentum iuris qđ acquiſiuit dũ fuerat iuſtus. Et ita vnuſquiſqꝫ in quo inueniẜ in fine:iudicaẜ ad vitã vel ad mortẽ:nõ tñ p̄miaẜ
ꝑ vel punitur tm̄ pro his que operatus eſt in fine. ¶ Tertia eſt opi. beati Tho. diſt. p̄ſenti. q. vij. quã etiã imitaẜ Ockã q. viij. ⁊ ix. quarti:magnificãs diuinã pietatẽ quãtũ ad gratiã et meritũ; et per ꝯñs quantũ ad gloriã/ẜm quã reſpõdetur ad dubium per tres ꝓpoſitiones. ¶ Prima. Loquẽdo ꝓpõ. 1.
de gratia que p̄ciſe correſpondet tanq̄ merito de cõgruo actu penitẽtie:penitẽs reſurgit qñqꝫ ad gratiã maiorẽ:quãdoqꝫ minorẽ:qñqꝫ equalẽ gratie per peccatũ perdite. Probatur: qꝛ illa gratia proportionatur intẽſioni actus penitẽtie:ideo ẜm variã eius intenſionẽ variatur magnitudo gratie. Stat aũt aliquẽ tanta intẽſione deteſtari cõmiſſa peccata:ꝙ ipa deteſtatio a deo acceptatur ad maiorẽ gratiã penitenti infundendã ꝙ̄ prius habuit:ſicut credi poteſt de penitẽtia ſancte Marie magdalene. Poteſt etiã deteſtatio peccati ita eſſe remiſſa ꝙ acceptatur ad minorẽ gratiã. et ſic de equali. ¶ Scđa propoſitio. Penitenti reſtituitur tota gra ꝓpõ. 2.
tia quã perdidit peccãdo:eadem numero:vel ſimilis in ſpecie et gradu. Quia ꝓpoſitio hec in facto cõſiſtit:autoritatibus probãda eſt. Probaẜ ergo auto. Ezechiel. xviij. Si impius egerit penitentiam ⁊c. vita viuet et nõ morietur: oĩm iniquitatũ ſuarũ quas operatus eſt nõ recordabor: in iuſticia ſua quã operatus eſt:viuet. Recordaretur aũt dñs iniquitatũ ſuarũ : ſi minus tribueret in gloria ꝓ meritis ſuis p̄teritis/ꝙ̄ ſi non peccaſſet. Si aũt oĩa merita p̄miat:neceſſe eſt ꝙ omnẽ gratiã habitã reſtituat: cũ cuilibet gradui glorie in patria correſpõdeat gradus gratie in via:ideo addidit. In iuſticia ſua quã operatus eſt/viuet. Nõ reſtringit ad iuſticiã opera que operatus eſt penitẽtie p̄ciſe:ſꝫ generaliter loquiẜ de iuſticia quã operatus eſt: igiẜ generaliter accipi debet et de ea que operatus eſt ante penitentiã: ⁊ in penitẽtia:et poſt penitentiã. Item:non minus diligit penitẽtem quẽ recipit ad gratiã:ꝙ̄ ſi non peccaſſet. alioquin adhuc memorareẜ eius iniquitatũ : quẽ minus diligeret propter pctã cõmiſſa et nũc remiſſa. Si autem non minus diligit:nõ minorẽ gratiã reſtituit ꝙ̄ perdidit: quia hũc deꝰ magis diligit:cui maiorem gratiã tribuit. hinc Iacobus: Dat oĩbus afflucẽter ⁊ nõ improperat. Improperaret aũt ſi propter peccata cõmiſſa perdita nõ reſtitueret. Ad idẽ eſt illud Ezechiel. xxxij. Impietas impij nõ nocebit ei in quacunqꝫ die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Multũ aũt noceret cõuerſo p̄terita impietas: ſi nõ reſtitueretur gratia oĩs ꝑ impietatẽ amiſſa. Itẽ Iohel. ij. Reddã vobis annos quos comedit locuſta et bruchus ⁊ rubigo. vbi glo. Non patiar perire vbertatẽ ſpiritualiũ quã animi perturbationibꝰ perdidiſtis. Perturbationes animi quibus ſpũalia perduntẜ: pctã ſunt aut paſſiones animi ad peccatũ inducẽtes. Item glo. Leuiti. vij. ſuper illud: Ubi immolabitur holocauſtũ: mactabiẜ et victima ꝓ pctĩs. dicit: Eque placet deo virtus iuſtoꝝ: ⁊ digna penitentia peccatoꝝ:que reſtituit in gradũ priſtinũ dauid et petrũ. Itẽ ad Heb. vj. Nõ em̄ iniuſtus deus vt obliuiſcatur operis veſtri ⁊ dilectionis quam oſtẽdiſtis in noĩe ipſius. Operis dicit quoad merita:et dilectionis ſcilꝫ ex qua illa opera bona feciſtis quoad gratiã q̄ charitati idẽtificatur. vbi glo. Sicut em̄ priora bona ꝑ ſequentia mala mortua fuerũt ⁊ irrita facta:ita ipſa eadẽ per penitentiã/et alia bona ſequẽtia reuiuiſcũt. Non em̄ pronior eſt ad cõdẽnandũ ꝙ̄ ad ſaluandũ. Alex. aſcribit hoc dictũ Augu. in lib. v. reſpõſionũ. Itẽ Amb. vt allegat Tho. Penitẽtia res optima eſt que oẽs defectus reuocat ad perfectum. Itẽ Aug. ad Macedoniũ. Intantũ hominis aliq̄n iniquitas progrediẜ:vt etiã poſt actam penitentiã:poſt altaris recõciliationẽ ſimilia vel grauiora cõmittat: et tñ deus ſuper tales facit oriri ſolẽ ſuum. Nec minus tribuit ꝙ̄ ante tribuerat munera vite ⁊ ſalutis. Ecce plane habeẜ ꝙ dñs tãta munera tribuit poſt lapſum quanta ante tulerat. Hinc idẽ in libro de vera ⁊ falſa penitentia. c. xiiij. ait. Piũ eſt credere vt recepta dei gratia que in ea deſtruit mala priora: etiã remuneret bona:vt cũ deſtruxerit quod ſuũ non inuenit:amet ⁊ diligat bonũ qđ in peccatore plãtauit. ¶ Alie plures adduci poſſent: ſed ille ſufficiãt que ſatis aperte propoſitum probãt:licet eas nõnulli exponere nitanẜ:et ad aliũ ꝙ̄ ẜm litteram p̄ferũt ſenſum retorquere. ¶ Qđ addiẜ in ꝓpoſitione. eadẽ numero:vel ſimilis in ſpecie et gradu: vtrũqꝫ facere põt deus. Uel eã gratiã que annihilata eſt ꝑ pctm̄ repro

ducere: vel aliam eiuſdē gradus creare. ¶ Tertia propoſitio. In reſurgēte per penitentiā viuificātur oīa merita per antecedens peccatū mortificata. Patet illa ꝓpoſitio ex precedenti: q: eadē rōne qua reſtituit̄ gratia: viuificant̄ ⁊ merita priora. viuificant̄ quantū ad acceptationē diuinā: q: per dei miam ordinātur ad illud premiū: ad qđ ordinabant̄ primo ante pctm̄. Qđ ſic oſtendit Ockam vbi. ſ̄. q: ex diuina mia ordinat̄ ꝙ nullū bonū ſit irremuneratū: niſi propter indiſpoſitionē actualē illi⁹ in quo ſit tale bonū. Sed talis indiſpoſitio eſt peccatū: qđ remouetur per penitētiā: ergo remunerabit̄ et ita reuiuiſcit.

Corol. 1 Q ¶ Ex hac ꝓpoſitione et priori infero duo corollaria. Primū: ſicut oīs vere penitēs ad maiorē gratiā ꝙ̄ perdiderat reſurgit: ita reſurgēs plura merita et maiorē gloriā acquirit. Patet: q: reſurgēti oīs gratia perdita reſtituitur: et oīa merita mortificata viuificātur. Et vltra acquirit nouū gradū gratie correſpōdentē actui penitētie: et nouū meritū per nouā gratiā per quā perficit̄ ⁊ continuatur actus penitētie: per quē ordinat̄ ad vlteriorem gradum glorie.

Corol. 2 ¶ Scđm: ꝙ̄uis oīs vere penitēs reſurgat melior ꝙ̄ fuerat dū cecidit in culpā: nō tamē melior ꝙ̄ futurus erat: ſi ſtetiſſet in gratia. Prima pars patet: q: habēs maiorem gratiā melior eſt: ſed reſurgēs habet maiorē gratiam et plura merita: ergo ⁊c̄. Scđa pars ꝓbat̄ ex dictis. ſ̄. in principio dubij. Si enim ſtetiſſet in gratia: tpe quo in pctis dormiuerat: multa merita cōquiſiuiſſet: q: non eſt ocioſa charitas ſm̄ Grego. magna em̄ operat̄ ſi eſt: ⁊ per illa merita aucta fuiſſet charitas ⁊ gratia: et ꝑ ꝯñs correſpondēs gloria. Et tantū de illo dubio.

Dub. 4. R ¶ Quarto dubitat̄: vtrū per penitentiā oēs virtutes morales reſtituātur. Ad illud dubiū reſpōdetur breuiter: ꝙ dubiū pōt intelligi de virtutibus acqſitis: vel infuſis. Si de acquiſitis: dicendū ꝙ nō oportet: q: ille acquirūtur per actuū virtuoſoꝝ frequentiā: ideo ſi virtutes nō prefuerūt in penitēte ante lapſum: aut in tempore lapſus per habitus vitioſos ſunt corrupte: nō regenerātur ſtatim in actu penitētie. Sed ꝑ multos actus poſt remiſſionē peccatoꝝ frequētatos generare pn̄t ille tm̄: quarū actus frequētamur: de hoc lib. iij. diſt. xxiij. Si intelligitur de habitibus infuſis. dictū eſt. ſ̄. diſt. iiij. q. j. ꝙ nihil cogit ponere habitus morales infuſos: et illā opinionē tenēdo: reſpōdetur ad dubiū negatiue. ¶ Si vero tenet̄ opinio oppoſita: dicendū eſt ꝙ cū virtutes morales infuſe cōcomitantur gratiā infuſam: infuſa gratia ſimul infundunt̄ virtutes morales ea perfectione qua gratia. Unde ſi infundit̄ tota gr̄a per peccatū perdita: infundūtur ⁊ morales virtutes in eadē perfectione ⁊ gradu quo fuerūt ante lapſum. Si vo gratia infundit̄ tm̄ ſm̄ diſpoſitionē ⁊ intentionē actus penitētis: vt dicūt prime due opiniones: infundūtur virtutes morales nō in eo gradu quo infuerūt ante lapſum: ſ3 ſm̄ gradū gratie de nouo infuſe.

Dub. 5. S ¶ Quinto dubitat̄: vtrū omnia opera mortificata per mortalē culpā / reuiuiſcāt per penitētiam. Reſpōſio ad hoc dubiū quātū ad opera meritoria iā patuit ex reſpōſione ad tertiū dubiū. Sed ꝓpter opera bona de genere mouet̄: ⁊ hec ſunt triplicia. Quedā bona meritorie que eliciūtur ex gratia. Quedā bona moraliter que nō eliciūtur ex charitate ſeu gratia: nec ꝓpter finē vltimū: ſed ꝓpter aliū finē honeſtū. Tertia ſunt que circa obiectuȝ debitū ſiūt: ſed deficit circunſtantia finis honeſti: ⁊ illa vel ſunt indifferētia: vel vitioſa. Item magiſter in textu: ⁊ poſt eū doctores cōmuniter differentiā ponūt inter opera mortua et mortificata. Mortua ſunt q̄ nunꝙ̄ acceptata ſunt ad beatificā premiationē. Et talia ſunt oīa que nō ſunt elicita ex gratia: ſicut oīa opera exiſtētis in mortali: etiā opera exiſtētis in gratia: nō tn̄ ab eo in finē vltimū ordinata: ſ3 mortificata ſunt que ad premiū eternū ſunt a deo accepta: ſed ꝑ ſequēs mortale pctm̄ ab aſſecutione premij impedita: talia ſunt opa meritoria ex gratia elicita: lapſum in mortali precedētia. ¶ Quo premiſſo dicit̄: ꝙ licet opera ꝑ culpā mortificata reuiuiſcāt per penitētiā: nō tn̄ mortua. Prima pars patet ex precedētibus. ſcđa pars patet: q: qđ nūꝙ̄ vixit: nō reuiuiſcit. ¶ Preterea per penitentiā nihil noui dat̄ operibus bonis preteritis: ſed tm̄ remouet̄ impedimētū ſc3 peccatū: quo obſtāte ad effectū ad quē acceptata ſunt: peruenire nō poterant. Sed opera bona non meritoria nunꝙ̄ accepta ſunt ad remunerationē beatificā: et per hoc ſemꝑ mortua: ergo per penitentiā nō remouet̄ eis obſtaculū premiationis: quia nō fuerūt aliquādo premiāda. Itē remoto obſtaculo mortalis peccati: opera priora redeūt ad eū vigorē quo fuere ante peccatū. Et q: mortua opera prius nullā habuere efficaciā reſpectu futuri premij beatifici: nō acquirūt illā per remotionē impedimenti.

¶ Ultimo dubitat̄ de penitētia ſolēni qualis ſit ⁊ quis eius ritus. Dub. 6. T De hac penitētia tractat̄ diſt. l. c. ſi quis poſt remiſſionē. §. poteſt. ⁊ aliter per plura ſequentia. c. quoꝝ tenorē breuiter colligit Richar. q. xj. huius diſ. ¶ Unde poſt eū breuiter nota ꝙ eſt triplex penitētia: ſecreta / publica et ſolēnis: et oīs ſolēnis eſt publica et nō ecōuerſo. In hac diuiſione penitētia nō accipit̄ ꝓ virtute: q: iſta eſt in ſola volūtate. Nec pro penitentia vt eſt ſacramentū: q: ⁊ huius forus ſecretiſſimus eſt: nec vnꝙ̄ licet pctm̄ ibi cōfeſſum ⁊ remiſſum publicare. Sed accipit̄ ꝓ ſatiſfactione que ſequit̄ ſacramentū penitētie impoſita confitēti a cōfeſſore. ¶ Eſt ergo penitētia ſecreta ſatiſfactio pro pctis a ſacerdote iniūcta ſecrete agēda. i. non publice. Publica eſt que ꝓ manifeſtis peccatis iniungitur manifeſte in facie eccleſie agēda: nō tn̄ cū ſolēnitate aſtantiū clericoꝝ: ſicut eſt publica correctio virgarū vel flagelloꝝ: aut circūitio nudis pedibus: capite diſcooperto ante crucē ꝓceſſionis dominice diei: aut peregrinatio per mūdū cū baculo cubitali: et hec pōt iterari: ⁊ a ſimplici ſacerdote iniūgi. ¶ Sed penitētia ſolēnis eſt que a ſolo epō pro grauiſſimis criminibus publicis totā cōmunitatē conturbātibus / laicis fidelibus ſemel tm̄ cū debitis ſolēnitatibus imponit̄. Hec nō iteratur ne vilis habeat̄: etiā ſi pctm̄ pro quo iniūgēda eſt iteratur. quo caſu penitētia publica / aut ſecreta nō negat̄. diſ. l. Quāuis. hec a ſuſceptione ordinis impedit: et ideo nūꝙ̄ clericis iniūgenda eſt: vt eadē diſt. in capite. §. hanc autem. et duobus ſequētibus capitulis. ¶ Et q: hoc ſtatutum eſt propter clericatus dignitatē: videt̄ poſſe cōcludi ait Rich. ꝙ nec laicis perſonis inſignibus: nec religioſis ꝓpter ſtatus dignitatē iniūgi debet: etiā nō debet iniūgi iuuenibus propter etatis fragilitatē. eadē diſt. penitētes. Alijs ꝑſonis vtriuſqꝫ ſexus a predictis iniungi poteſt. Ritus aūt huius qui hodie in nōnullis vel pauciſſimis eccleſijs obſeruatur: deſcribit̄ eadē diſt. in capite. ex Agathenſi cōcilio: vbi dicit̄ In capite quadrageſime oēs penitentes qui publicā ſuſcipiūt vel ſuſceperūt penitentiā: ante fores eccleſie ſe preſentent epiſcopo ciuitatis ſacco induti: nudis pedibus: vultibus in terrā demiſſis: reos ſe eſſe habitu ⁊ vultu proteſtantes. Ibi adeſſe debent decani / archidiaconi / archipreſbyteri parochiarū / et preſbyteri penitentiū: qui eoꝝ penitētiam et cōuerſationē diligēter inſpicere debent: et ſm̄ modū culpe penitentiā per prefatos gradus iniūgere. Poſt hoc eos in eccleſiā introducāt: et cū omni clero ſeptē pſalmos penitētiales in terra ꝓſtratus epſ cū lachrymis pro eoꝝ abſolutione decātet. Tūc reſurgēs ab oratione / iuxta ꝙ canones dicūt: manus imponat: aquā benedictā ſuper eos ſpargat: cinerē poſt mittat. Deinde cilicio capita eorū operiat: et cū gemitu et crebris ſuſpirijs denūciet eis: qm̄ ſicut adā proiectus eſt de paradiſo: ita ipſi ꝓ pctis ſuis ab eccleſia abijciūtur. Poſtea iubeat miniſtris vt eos extra ianuas eccleſie expellāt: clerus vero proſequat̄ eos cū reſpōſorio. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: vt vidētes ſanctā eccleſiā pro facinoribus ſuis tremefactā atqꝫ cōmotā: nō paruipēdant penitentiā. In ſacra aūt dñi cena / rurſus ab eoꝝ decanis et eoꝝ preſbyteris eccleſie liminibus preſentētur. Hec in tex. et glo. ibidē. Ita fit quolibet anno vt tali die mittant̄ in eccleſiā. ¶ Et licet ſtent in eccleſia: nō tamē cōmunicabūt cū alijs in eucharistia vel oſculo: et ſic erūt vſqꝫ ad octauā paſche: et tūc iterū exibūt de eccleſia: et erūt extra eccleſiā vſqꝫ ad talē diē ſequētis anni. Et hoc fiet vſqꝫ ad finē penitētie. Et ſi bene penitēt duos vel tres annos: poteſt eis reddi in-

greſſus eccleſie:qñcꝫ etiā vſcꝫ ad finē vite manebunt extra eccleſiā. Et hec intromiſſio fit a ꝓprio ſacerdote:niſi ſolēniter debeāt reconciliari eccleſie/ſcꝫ finito tēpore penitentie: vel etiā ante ſi epo viſum fuerit. Hāc em̄ ſolus eps pōt facere.xxvj.q.vj.c.j. Hec glo. Etiā veſtes mutabūt ⁊ comam deponēt ſi viri fuerint/nō mulieres: in ſignum ſubiectionis. diſt.l.penitētes.in tex.et glo. ¶ Sed diceres:per hāc peni-

B tētiā peccatū confitētis publicatur:qđ fieri nullo modo debet:vt infra diceꝛ. Reſpōdet ſctūs Tho.q.v. huius diſtin. ar.j. Sacerdos iniūgēdo talē penitētiā nō reuelat cōfeſſionē necꝫ crimē:licet ſuſpitio oriatur illū aliqđ enorme peccatū cōmiſiſſe. Nec em̄ pro certo culpa ſcitur ex pena:q: qñcꝫ aliquis penitentiā pro alio facit. Et ſi pctm̄ ſit publicū:ipe penitēs exequēdo penitentiā:confeſſionē a ſe factā manifeſtat. ¶ Sed aliter ⁊ melius reſpondet Duran. et poſt eum Pal.q.vj.huius diſt.allegās Duran.vbi ⁊ materiam hanc breuiter per cōcluſiones proſequitur:ꝙ per talē penitentiā nō publicaꝛ pctm̄ penitētis: q: qđ eſt publicū de ſe: amplius publicari nō poteſt:ſaltē quoad illos quibus iam innotuit tale peccatū. Penitētia aūt necꝫ ſolēnis:nec publica imponi debet:niſi ꝓ peccato publico vt dictū eſt. Sed correctio eius publicaꝛ per penitētiā:quod nō eſt malū ſed bonum: vt publicū peccatū habeat publicam medicinā. Et q: maxima confuſione dignus eſt qui maximū peccatū publice cōmiſit:et vt ſit alijs in terrorē et in exemplum penitendi:ne deſperent qui in grauibus peccatis detinentur. Et tantum de queſtione et de tota diſtinctione.

Diſtinctio.xv.

# Et ſicut ꝑdictis. In

priori diſtinctione magiſter egit de penitētia quātum ad eius diffinitionē et diſtinctionē ſimul:circa hoc errorē excludēs negātium eius iterationē. In hac diſt.xv.incipit agere de eadē quātum ad eius integritatem:⁊ circa hoc duo facit. Primo excludit errorē circa penitētie integritatē:quantū ad obiectū/ſcꝫ pctā cōmiſſa. Scđo de partibus penitentiā integrātibus:quātū ad penitētie actū: videlꝫ/cōtritionē/cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē/diſt.xvj. ¶ Sentētia huius diſt.in tribus ſequētibus concluſionibus ſummarie cōtineꝛ. ¶ Prima. Sicut errāt qui verā penitentiā iterari poſſe negant:ſic et illi a veritate deficiunt qui de vno peccato ſine alio veram agi penitētiam affirmant. Hanc probat ⁊ multa contraria ſoluit. ¶ Secūda. Fruſtra ſibi blandiūtur de elemoſyna qua non correcti ſua expiari putāt facinora. Et circa hoc magiſter diſtinguit elemoſynarum genera. ¶ Tertia. Qui rem alienā iniuſte auferendo proximum damnificat:non poteſt penitēdo veniam conſequi:niſi ablatum dum poteſt reſtituat.

Queſtio.j.

A

# Irca hāc diſtinctio-

nē de duobus querēdū eſt. De quibus prima et tertia cōcluſiones ſonāt: qm̄ de elemoſyna poſterius diſt.ſequēti determinabitur. Eſt ergo prima queſtio: vtrū exiſtens in pluribus pctis mortalibus:de aliquibus poſſit vere penitere:ita ꝙ nō ſimul de omnibus.

Artic. I. ¶ Pro reſpōſione ad.q.notandū ꝙ queſtio intelli-
Nota. I. gi debet de vera penitētia per quā remittiꝛ pctm̄: nam accipiēdo penitentiā generaliter ꝓ actu deteſtationis peccati: nō eſt dubiū quin aliquis poſſit habere diſplicētiā de vno peccato cōmiſſo:et cōplacentiā habere in alio. et ita dolere de vno et non dolere:immo gaudere de alio. Sed queſtio vult querere:vtrū dolēs de vno peccato ⁊ nō de alio:poſſit conſequi remiſſionē illius peccati de quo dolet abſcꝫ remiſ-
Nota. 2. ſione pcti qđ adhuc cōplacet. ¶ Scđo notādū:ꝙ aliud eſt querere an quis poſſit penitere de vno peccato ſine alio:⁊ vtrū quis poſſit ſatiſfacere de vno pctō ſine alio. Et ꝗuis vtracꝫ queſtio tractetur a magiſtro diſt.preſenti: q: tñ ſcđa queſtio multa preſupponit de ſatiſfactione/diſt.ſequēti tra-
Nota.3. ctāda:ideo vſcꝫ ad ibi differatur;ne ordo prepoſtereꝛ. ¶ Tertio ſupponiꝛ ex prioribus ꝙ peccatū quātū ad culpā nō remittiꝛ ſine gratia ⁊ charitate.ꝙcꝫ gratia ⁊ mortale peccatū ſtāte lege ſunt immediate oppoſita : ita ꝙ oīs hō aut eſt in gratia:aut eſt in mortali pctō: et nullus ſimul in mortali et gratia:etiā ſm gradū quātūcūcꝫ remiſſum. ¶ Ex quo ſeq- Corolla.
tur ꝙ minima gratia ſufficit ad remiſſionem oīm peccatoꝝ mortaliū. Patet:q: oīs gratia gratificat.i.facit hoīem gratū deo:⁊ ꝑ ꝯñs dignū vita eterna: ideo em̄ diciꝛ gratia gratū faciens:de qua hic loquimur. Etiā omne peccatū mortale priuat pctōrē vita eterna:et reddit eū dignum morte eterna. Sed impoſſibile eſt eūdē pro eodē tpe acceptari ad vitā et ad mortē eternas:ſiue eſſe dignū ⁊ indignum morte ſiue vita:q: dignus ⁊ indignus ſunt predicata cōtradictorie oppoſita vel ꝓuatiue:⁊ redit in idē: q: oppoſitio priuatiua infert cōtradictoriā. Hec de primo articulo. ¶ Quantum ad Artic. 2.
ſcđm articulum eſt hec cōcluſio vnica et reſpōſalis. Nō pōt Conclo.
pluribus irretitus pctis mortalibus de aliquibus eoꝝ vere penitere:⁊ nō ſimul de oībus. Illā cōcluſionē late deducit beatus Augu.in de vera ⁊ falſa penitentia.c.ix.⁊ tangit magiſter in littera:et pōt breuiter ſic oſtēdi. Nō poteſt vnū mortale dimitti ſine alio in habēte plura : ergo nō pōt talis vere penitere de vno ⁊ nō de alio. Tenet ꝯña:q: vera penitētia eſt per quā remittiꝛ pctm̄: vt dictū eſt in primo articulo. Añs ꝓbatur: q: implicat cōtradictionē vnū mortale dimitti ſine alio ſm legē ſtatutā;ergo. Añs ꝓbaꝛ: q: ſequiꝛ: ipſi a/dimittiꝛ pctm̄:ergo a/habet gratiā. Et ſimiliter ſequitur:a/habet mortale:ergo nō habet gratiā. Sic ergo a/habet gratiā ⁊ nō habet gratiā. Prima ꝯña ꝓbatur:quia ſine gratia nō remittiꝛ pctm̄. Scđa ꝓbatur: q: gratia opponiꝛ pctō:ideo poſitio vnius infert negationē alterius. Itē impoſſibile eſt eūdē eſſe amicū ⁊ inimicū deo ſimul tpe: ſed ꝑ gratiā eſt amicus dei:et per pctm̄ eſt inimicus:ergo nō ſtāt ſimul:⁊ per ꝯñs nec remiſſio vnius pcti mortalis ſine alio. Ad idē adducit beatus Augu.exēpla chriſti:qui totū hominē ſanauit in ſabbato. vñ dicit: Nunꝗ chriſtus aliquē ſanauit quē oīno nō liberauit.et ſequiꝛ qđ dictū eſt. Totum hominē ſanauit in ſabbato:q: et corpus ab infirmitate:et animā ab oī cōtagione.indicās penitentē oportere ſimul ⁊ dolere de oī crimine orto in aīa ⁊ corpore. Et tantū de ſcđo ar-
ticulo. ¶ Quātū ad tertiū articulū dubitaꝛ cōtra conclu- Artic.3.
ſionē:nā pōt quis penitere de oībus pctis quoꝝ habet me- Dub. 1.
moriam:et adhuc teneri aliquo pctō mortali oblito de quo nō penitet. Nō em̄ pōt quis penitere ⁊ deteſtari pctm̄ cuius nullā habet noticiā : cum oīs actus volūtatis preſupponit actū intellectus: ⁊ tñ talis abſoluiꝛ a pctis de quibus penitet: ⁊ nō de alijs oblitis;ergo cōcluſio falſa. ¶ Ad illud dubiū diciꝛ: q: aut talis fecit diligentiā debitā ad cognoſcendū pctā ſua:aut nō. Si primū:tūc abſoluiꝛ ab oībus pctis quorū memoriā habet:et etiā ab oblitis. Et qñ diciꝛ/reſpectu oblitoꝝ nullā habet penitentiā: et ſine penitētia peccatū nō dimittiꝛ. Diciꝛ ꝙ reſpectu oblitoꝝ habet penitētiā in genere:licet nō in particulari: q: ad hoc ꝙ penitētia ſit ſufficiēs diſpoſitio ad remiſſionē pctōꝝ:requiriꝛ ꝙ ſit in particulari reſpectu oīm pctōꝝ mortaliū in particulari cognitorū. Et vltra:ꝙ habeaꝛ in genere diſplicentia oīm peccatoꝝ oblitoꝝ:vt infra diceꝛ de contritione. Itē de oblitis habeꝛ diſplicētia antecedēter: nā in hoc ꝙ pctā cognita diſplicent q: cōtra deū cōmiſſa ſunt: etiā pctā quecūcꝫ ꝯtra deū diſplicēt antecedēter: q: bene ſequiꝛ:hoc pctm̄ diſplicet:q: cōtra deū:ergo omne peccatū cōtra deū diſplicet:q: oīs cauſalis infert vniuerſalē. Unde bene ſequiꝛ:iohānes eſt homo: q: rationalis:ergo omne rationale eſt hō. Si vero penitēs nō fecit diligentiā ſufficientē ad rememorandū pctā cōmiſſa:⁊ ſubterfugiūt aliqua memoriā propter ſui negligentiā:tunc nullū pctm̄ dimittiꝛ:necꝫ cognitū: necꝫ oblitū de quo magis inferius. Et ſm hoc cōcluſio debet intelligi:ꝙ non pōt quis vere penitere de vno ⁊ nō ſimul de oībus:⁊ hoc in genere vel ſpecie:in ſe vel in ſuo antecedēte. ¶ Dubitaꝛ ſecū- Dub.2.
do cōtra illud verbū Augu.ꝙ quoſcūcꝫ dñs ſanauit: perfecte ſanauit corpus ab infirmitate; ⁊ aīam a pcti cōtagione.

Nã dñs ſanauit decẽ leproſos a lepra corporis. Luc. xvij. et
nõ a lepra aie. Nã vnus tñ rediJt gratias agẽs: ceteri nouẽ
ingrati nõ redierũt. Nã et dñs ait. Nõne decẽ mũdati ſunt:
et nouẽ vbi ſunt. vbi glo. ſup verbo. Fides tua te ſaluum fe
cit. dicit: Fides que ad agẽdas gratias inclinauit: te ſaluũ
fecit. Econtra perfidia illos dãnat q̃ de acceptis beneficijs
ſunt ingrati. Nouem ergo licet corpore ſanati fuerãt: tñ ſm
aiam ſunt dãnati. Reſpõdetur: ꝙ oẽs decẽ a principio fide
liter ⁊ deuote petierũt clamantes. Jeſu preceptor miſerere
nobis: qua fide ⁊ deuotione meruerunt de cõgruo: vt dicit
Lyra ſanari corpore et mẽte. Et veniẽtes ad ſacerdotes ad
verbũ dñi. Jte oſtẽdite vos ſacerdotibus: nouẽ qui fuerãt
iudei decepti ſunt a ſacerdotibus ne darẽt honorẽ chriſto:
ſed magis ſacrificio. Et ita relapſi ſunt in infidelitatẽ: nõ ſe
credẽtes a chriſto ſanationẽ recepiſſe: et ideo nõ redierunt
ad gratias referẽdas. Et per hoc dicit ꝙ vera eſt autoritas
Augu. Nã ſimul receperũt oẽs decẽ ſanitatẽ corporis ⁊ ani
me: ſed poſtea nouẽ decepti ad infidelitatem relapſi ſunt.
¶ Poſſent dubia moueri de quibuſdã autoritatibus: que
videtur ſonare ad oppoſitũ cõcluſionis: ſed magr̃ in textu
ſufficiẽter eas ſoluit. Et tantum de illa queſtione.

Queſtio. ij.

A Circa tertiam cõclu
ſione textualẽ / que ſonat de reſtitutione iniu
ſte ablatorꝝ. Queritur primo in genere: ſcd̃o
in ſpecie: Utrũ reſtitutio qua alienuꝫ iniuſte
occupatũ ſuo dño reddit: ſit aliquid penitẽtie per quã pec/
catũ remittit. Quia materia reſtitutionis latiſſima quidẽ:
ſed valde neceſſaria eſt: ideo aliquantulũ latius ſcripta do
ctorꝝ colligẽdo a fundamẽto incipiẽdũ eſt. Et quia queſtio
preſupponit aliqua bona eſſe quibuſdã aliena ⁊ iniuſte oc/
cupata. Primo videndum: ſi aliqua ſint propria: aliqua alie
na: hoc aũt fundat in diſtinctione dominiorꝝ rei. Si eñ nõ
ſunt diſtincta rerũ dñia: nihil erit ꝓpriũ cuiqꝫ: nihil alienũ:
Artic. 1, ſed oia ſunt oibus cõmunia. ¶ Eſt ergo primo notandum
Nota. 1, poſt Sco. q. ij. huius diſt. ꝙ rerũ dominia nõ ſunt diſtincta
de lege nature: vel diuina: ſed lege nature oia ſunt oib⁹ cõ/
munia: vt habet. viij. diſt. c. Quo iure. vbi recitat dictũ bti
Augu. homel. vj. iuxta finẽ ſuper Job. Quo iure defendis
villas eccleſie diuino aut humano ⁊c̃. et ſequit. Jure ergo
humano dicit hec domus mea: hec villa mea: hic ſeru⁹ me/
us eſt. et ſequit. Tolle iura imperatoris: ⁊ q̃s audet dicere
hec villa mea eſt. ⁊ poſt. Per iura regia poſſidentur poſſeſ/
ſiones: q: ipſa iura humana per imperatores ⁊ reges ſeculi
diſtribuit generi humano. hec Augu. et btũs Clemens. xij.
q. j. dilectiſſimis. Quis cõis vſus oim que ſunt in hoc mun/
do oibus hoibus eſſe debeat cõis: ſed per iniquitatẽ alius
hoc dixit eſſe ſuũ ⁊ alius iſtud: et ſic inter mortales facta eſt
diuiſio per iniquitatẽ. glo. id eſt per cõſuetudinẽ iuris gen/
tiũ equitati naturali ꝯtrariã. vel iniquitatẽ. i. ſollicitudinẽ.
Et addit Sco. rationẽ duplicẽ. Prima: q: vſus rerũ ſm re/
ctã rationẽ ita debet cõpetere hoibus ſicut cõgruit ad paci
ficã cõuerſationẽ ⁊ neceſſariã ſuſtentationẽ. Jn ſtatu aũt in
nocẽtie cõis vſus ſine diſtinctione dominiorꝝ ad vtrũqꝫ iſto
rũ plus valuit q̃ diuiſio dominiorũ: q: null⁹ tũc occupaſſet
qđ fuiſſet alteri neceſſariũ: nec inſuper fuiſſet opportunũ il
lud ab ipo per violentiã extorquere: ſed quilibet hoc quod
primo occurriſſet neceſſariũ: occupaſſet ad vſum. Scd̃a: q:
ſic magis fuiſſet ſufficiẽtia ad ſuſtẽtationem: q̃ ſi alicui pre
cluderetur vſus alicuius per appropriationẽ factam alteri.
¶ Jllud aũt iuris naturalis preceptũ de habẽdo oia com
munia poſt lapſum reuocatũ eſt. ¶ Et rationabiliter pro/
pter eadẽ duo: ſcilꝫ pacificã cõuerſationẽ: et neceſſariã ſuſtẽ
tationẽ: q: poſt lapſum cõmunitas oim rerũ eſſet cõtra pa/
cificã cõuerſationẽ: cum malus et cupidus occuparet vltra
ea que eſſent ſibi neceſſaria: etiam inferẽdo violentiã alijs:
qui vellent ſecũ eiſdẽ cõmunibus ad neceſſitatem vti: ſicut
loquit de Nemroth q̃ fuit robuſtus venator corã dño. i. ho
minũ oppreſſor. Geñ. x. Jtẽ eſſet cõtra neceſſariã ſuſtẽtatio
nem: q: fortiores bellatores priuarẽt alios neceſſarijs. Etiã
terra redigeret in ſolitudinẽ: cũ nemo ita diligẽter cõmuni
caret in labore cõmuni: ſicut cõmunicare vellet in cõmuni
fructuũ perceptione. Et ideo politia Ariſto. Polit. ij. ꝙ nõ
ſunt oia cõmunia: multo melior eſt / q̃ politia ſocratis quã
reprehẽdit de oibus cõmunibus ſm illũ ſtatũ quẽ Ariſto.
repperit in hoibus. Reuocato igit precepto legis nature
de habẽdo oia in cõmuni ꝓpter lapſum et mutationem ſta
tus nature: et per hoc cõceſſa licentia appropriãdi et diſtin
guendi cõmunia. Prima diſtinctio dominiorꝝ quatenus iu
ſta ſit / facta eſt lege poſitiua iuſta: ſiue lata ſit a patre: ſiue
principe: ſiue cõmunitate iuſte regnãte ſeu regẽte. A patre
eñ iuſte potuit fieri hec diuiſio: q: de lege nature filij tenẽ/
tur obedire parẽtibus. Nec iſta lex per legẽ aliquã moyſai/
cã aut euangelicã reuocata eſt: ſed magis cõfirmata. Sic ꝓ
babile eſt factũ fuiſſe poſt diluuiũ / ꝙ Noe filijs ſuis diſtin
xit terras quas ſinguli occuparẽt ꝓ ſe filijs ſuis ⁊ poſteris.
A principe aut cõmunitate regẽte iuſte: hec eſt autoritas di
ſtinguẽdi dominia rerũ ex cõmuni conſenſu et electione ip
ſius cõmunitatis: ⁊ hec autoritas dicit politica ſicut prima
vocat paterna: ⁊ hec paterna reſpicit deſcenſum naturalem
q̃q̃ non cohabitantium ciuiliter. Scd̃a politica reſpicit co
habitantes quãtũcũqꝫ nulla conſanguinitate vel ꝓpinqui
tate cõiũctos: vtputa: ſi ad ciuitatẽ aliquã edificandam vel
habitandã cõcurrũt extranei aliqui: vidẽtes ſe nõ poſſe be
ne regi ſine aliqua autoritate: poterãt cõcorditer cõſentire:
vt vel vni perſone vel pluribus cõmitterẽt illã cõmunitatẽ.
Et vni perſone vel pro ſe tantũ: ⁊ ſucceſſor eligeretur ſicut
ipſe: vel ꝓ ſe ⁊ tota ſua poſteritate. Et hec autoritas politi/
ca iuſta eſt: q: iuſte põt ſe quis ſubmittere vni ꝑſone vel cõ/
munitati in his que nõ ſunt cõtra legẽ dei: in quibus meli⁹
põt dirigi per illũ cui ſe ſubmittit / q̃ per ſeipſum. Hi ergo
apud quos reſidebat autoritas paterna / vel politica: pote
rãt cõdere leges iuſtas / habẽtes prudẽtiam in ſe vel in ſuis
cõſiliarijs. Unde vt lex ſit iuſta: duo ſunt neceſſaria: autori
tas et prudẽtia: qua ſm rectã rationẽ habens autoritatẽ di
ctet quid faciendũ: et quid expediat ad finẽ debitũ: in ꝓpo
ſito ad pacificã cõuerſationẽ / et neceſſariã cõmunitatis ſu/
ſtentationẽ. Ex illo patet vnde eſt iuſticia in ꝓprietatũ poſ/
ſeſſione ⁊ dominio rerũ: nã quicquid ſm leges huiuſmodi
iuſtas poſſidet: iuſte poſſidet: qđ vero contra eas tenetur:
iniuſte tenet. ¶ Scd̃o notandũ / ꝙ q: dominia rerũ diſtin/ Nota. 2.
cta nõ manent ſemper apud eos quibus in prima rerum di B
ſtinctione appropriata ſunt: nec manere potuerũt: tum pro
pter mortẽ poſſeſſorꝝ: tũ ꝓpter varias alias occurrẽtes cau
ſas: ſed transferũtur de perſona in perſonã: neceſſe eſt intel
ligere quõ ſeruãda eſt iuſticia in hmõi tranſlationib⁹ domi
niorꝝ. Pro quo conſequẽter attẽdendum ſm Sco. vbi. s̃. ꝙ
trãſlatio rerũ põt eſſe vel quantũ ad dominiũ: vel quãtum
ad vſum / ſiue ius vtẽdi retento tñ dominio apud eundem:
tũc eñ tranſfertur dominiũ rei in aliũ: qñ alter eandẽ pote
ſtatẽ habet in re ipſa cuius dominiũ trãſfertur quã habuit
dñs rei a quo tranſlatum eſt vtendi / donãdi / alienandi ⁊c̃.
Ex quo patet ꝙ in mutuo transfertur dominiũ. Nã mutua
tã pecuniã diſtrahere põt mutuũ accipiẽs et alienare: ſicut
is qui mutuo dedit. Utrũ aũt in vſura transferat dominiũ
vel nõ: opiniones ſunt doctorꝝ: de quibus infra videbitur.
Sed vſus tñ trãſfertur dũ cõceditur alicui ꝙ re aliqua vti
poſſit: nõ tñ poſſit rem alienare / corrũpere / ſeu quoad ſub/
ſtãtiam mutare: vt in locatione domus vel accõmodatione
equi aut inſtrumenti artis. Trãſlatio dominij iuſta põt fie/
ri dupliciter: vel autoritate publica legis vel p̃ncipis. Uel
ſecundo autoritate priuata ipſius dñi immediate poſſiden
tis. Omnis enim trãſlatio dominij que ſit autoritate legis
iuſte / iuſta eſt: quia ſi lex iuſta potuit iuſte determinare pri/
ma dominia: et non minor eſt autoritas legis vel principis
(quod hic pro eodẽ habetur) poſt diuiſionẽ dominiorũ q̃
ante: ergo propter eandẽ cauſam et eundem finẽ / poteſt iu
ſte trãſferre dñiũ poſtq̃ fuit alicui appropriatũ. ¶ Preter/
ea quilibet poteſt dominiũ ſuũ transferre in aliũ. tota com

munitas poteſt cuiuſlibet de communitate trāſferre domi/
nium in quēlibet: quia in facto cōmunitatis ſupponitur in/
cludi conſenſus cuiuſlibet de cōmunitate: ergo cōmunitas
habēs iuſtum conſenſum quaſi iam oblatum in hoc ꝙ qui/
libet cōſenſit in leges iuſtas cōdendas a communitate vel
principe: poteſt per legē iuſtā cuiuſlibet dominiū trāſferre
in quemlibet. ¶ Secūdo poteſt fieri trāſlatio dominij per
actū perſone priuate immediate habentis dominiū rei. Et
hoc dupliciter vel per actum mere liberalē: qn̄ ſcʒ trāſferēs
non expectat aliquam redditionē: vel actū ſm quid libera/
lē: dū videlʒ pro eo ꝙ tranſfert expectat aliquid ſibi reddi.
Exēplum primi in donatione. Exemplū ſecūdi in venditio
ne. Quoad primum dn̄s alicuius rei nō prohibitus a lege
ſeu ſuperiore: a cuius voluntate depēdet in dando vel trāſ
ferendo: donare poteſt rem ſuā alij volēti eam ſuſcipere: nā
ex quo per actum voluntatis ſue fuit dn̄s: ergo per volūta/
tem poteſt ceſſare eſſe dn̄s: et alius vult recipere: ergo po/
teſt incipere eſſe dn̄s. Et nō prohibet aliqua cauſa ſuperior
iſtū deſinere: et iſtū incipere eſſe dn̄m: ergo per donationē
iſtā fit vere et iuſte trāſlatio dominij. Ex illo patet quid re/
quiritur ad iuſtam donationē liberalē. Primū liberalis et
voluntaria donatio ex parte donantis. Scd̄m voluntas re
cipiendi ex parte illius cui fit donatio. Tertium ꝙ nulla le
ge ſuperiori prohibeatur/ ille donare: iſte recipere: nec per
actū alterius a quo dependeat ille vel iſte in iſta tranſlatio
ne. Propter defectum primi/ non poteſt monachus dare ſi
ne licentia abbatis: nec filiuſfamilias ſine parentis volun/
tate. Propter ſecundū non poteſt quis donare pecuniā fra
tri minori: quia ille non vult eſſe dominus. Similiter pro/
pter defectum tertij/ viſitatus non poteſt viſitatori: q2 pro/
hibitum eſt ꝙ viſitantes a viſitatis vlla recipiant munuſcu
la: et ſi receperint teneantur duplum reſtituere: vel non ab
ſoluantur a maledictione quam ipſo facto incurrunt: vt in
Corol. 1 cap̄. exigit. de cenſibus. lib. vj. ¶ Ex quo patet ꝙ nō mere
liberaliter donat: ſi deceptus vel quaſi neceſſitate coactus
donat: q2 ignorātia ⁊ coactio excludūt volūtariū. iij. Ethic̄.
Corol. 2 ¶ Ex quo vlterius patet/ ꝙ deceptus de eo cui donat quā
tum ad rationem propter quam donat: non ſimpliciter do/
nat: ⁊ ideo ſi alicui donat tanꝙ̄ propinquo: qui tamen non
eſt propinquus: nō ſimpliciter donat. Similiter ſi alicui vt
egeno/ qui non eſt egenus: ſic qui arctatus aliqua neceſſita
te: vt in vſuris dandis: vel debitis remittendis/ non eſt do
natio mere liberalis: ⁊ per conſequēs deficit iuſticia in hac
ſpecie donationis ſiue trāſlationis dominij. ¶ Tranſlatio
ſecundo modo non mere liberalis: vbi ſcilʒ transferens ex/
pectat aliquod equiualens ei quod tranſfert: dicit̄ proprie
contractus: quia ibi ſimul trahuntur voluntates partium:
trahitur enim ille ad transferendum in illum a commodo
quod expectat ab illo ⁊ quod recipit ille. ¶ Et horum con
tractuum quidam eſt rei vtilis pro re vtili immediate: ſicut
vini pro blado ⁊ huiuſmodi: et hic dicitur permutatio. Se
cundus rei vtilis pro nummiſmate: vel econuerſo: et dici/
tur emptio vel vēditio. Tertius eſt commutatio nummiſ/
matis pro nummiſmate: et dicitur mutui datio: et mutui ac
ceptio. In his contractibus preter cōditiones ſupradictas
ad omnem trāſlationem dominij requiſitas: generaliter iu
ſticia in hoc conſiſtit ꝙ fiant ſine fraude ⁊ ſeruetur equali/
tas ſubſtantie/ qualitatis/ quātitatis/ in commutatis. Re/
quiritur tamen in qualibet ſpecie contractus aliquod ſpe/
ciale vt ſit iuſtus: de quo infra (dum deſcendetur ad parti/
culares ſpecies) dicetur. ¶ In trāſlatione autem vſus tm̄
abſqȝ dominio iuſticia proportionabiliter attenditur: ſicut
in quibus dominium tranſfertur: de quibus omnibus in/
Nota. 3. E fra particularius tractabitur. ¶ Tertio notandum ꝙ reſti
tutio ſm Aſten̄. lib. v. titu. xxix. c. j. eſt iterata immiſſio alicu
ius in poſſeſſionem vel dominium rei ſue. Ait enim. Reſti/
tuere eſt aliquid iterato ſtatuere in poſſeſſionem vel domi
nium rei ſue. Poſſet tamen generalius deſcribi ſic. Reſtitu
tio eſt iuſta recompēſatio damni iniuſte illati ei cui illatum
eſt. Vel adhuc largius accipiēdo reſtitutionem: eſt recom/
penſatio facta alicui pro illato damno: vel pro re ablata ip/
ſo conſentiente vel inuito. Dicitur pro damno: quia quan/
doqȝ damnum infertur vbi nulla res aufertur: vt dum im/
peditur aliquod ne acquirat aliquid ſibi debitum. Dicitur
conſentiente: vt in mutuo et depoſito: venditione ⁊ vſura.
Dicitur vel inuito: vt in rapina et furto. ¶ Ex quo ſequit̄
ꝙ reſtitutio eſt actus iuſticie commutatiue: qua fit recom/
penſatio rei ad rem ſm equalitatem valoris earundem. Et
quoniam multipliciter poteſt quis damnificari: ſm ꝙ mul
tiplicia bona iniuſte ei poſſunt auferri: multiplex eſt reſti/
tutio. Sunt enim bona anime tam gratuita ꝙ̄ naturalia.
Sunt et bona corporis: vt corporis robur/ ſanitas/ mēbro/
rū integritas/ pulchritudo ⁊c̄. Sunt tertio bona fame: ſm
illud: Melius eſt nomē bonū ꝙ̄ vnguenta precioſa. Sunt
quarto bona exteriora: que dicuntur bona fortune: vt diui/
tie rerum mobilium et immobiliū: et in omnibus his quis
poteſt dānificari iniuſte. Et ſimiliter reſtitutio fieri ſimpli/
citer vel in equiualenti. ¶ Quantum ad ſecundum articu Artic̄. 2.
lum/ eſt hec concluſio prima. Reſtitutio damni illati iniu/ Cōcl. 1.
ſte/ eſt de ſalutis neceſſitate. Probatur: quia om̄e quod eſt D
preceptum/ eſt de neceſſitate ſalutis: reſtitutio damni iniu/
ſte illati eſt precepta: ergo eſt de neceſſitate ſalutis. Conſe/
quētia nota. Maior patet per illud Math. xix. Si vis ad
vitam ingredi: ſerua mandata. Minor probatur per illud
Non facias furtum. quo prohibetur ois vſurpatio rei alie/
ne qua damnificatur proximus: ergo prohibetur omne dā
num proximo iniuſte illatum: ⁊ per conſequens mandatur
ceſſatio a damno illato: ſed reſtitutio eſt ceſſatio a dāno il/
lato: ergo ⁊c̄. nam damnum illatum tādiu manet donec re
compenſetur: cum vero damnum recompenſatur: ceſſat et
extinguitur. ¶ Preterea non tenere alienum iniuſte abla/
tum inuito domino ⁊c̄. eſt de neceſſitate ſalutis: ſed reſtitue
re alienum ⁊c̄. eſt nō tenere alienum ⁊c̄. ergo reſtituere alie
num ⁊c̄. eſt de neceſſitate ſalutis. Conſequentia nota. Mi/
nor eſt manifeſta. Maior probatur: quia de neceſſitate ſa/
lutis eſt non peccare mortaliter: ſed tenere alienum iniuſte
ablatū inuito domino eſt peccatū mortale: ergo neceſſariū
eſt non tenere: et per conſequēs reſtituere. Minor proba/
tur: quia ſicut auferre alienum iniuſte eſt mortaliter pecca/
re contra preceptum. Non furaberis: ita tenere ſic ablatum
eſt mortaliter peccare. Tenet conſequentia: quia maior eſt
iniuria et damnum proximi in tenendo alienum ꝙ̄ in aufe/
rendo: propter hoc enim auferre eſt iniurioſum proximo: ⁊
per conſequēs peccatum: quia adimitur proximo facultas
vtendi ſuis: hoc autē magis fit per tentionē rei proximi/ ꝙ̄
per eius ablationem. Itē de neceſſitate ſalutis eſt remiſſio
peccati poſtꝙ̄ cōmiſſum eſt: ergo et illud ſine quo pctm̄ nō
remittitur: ſed ſine reſtitutione pctm̄ in dānificando cōmiſ
ſum nō remittitur: ergo de neceſſitate ſalutis eſt reſtitutio.
Conſequētia nota cum maiore. Minor probatur per illud
Augu. epiſtola. ij. ad Macedo. et eſt in tex. Non dimittitur
peccatū niſi reſtituatur ablatum. et habetur. xiiij. q. vj. ca. j.
¶ Secūda ꝯcluſio. Reſtitutio rei iniuſte ablate ſtatim eſt Cōcl. 2.
facienda et regulariter nulla mora protelāda. Probat̄ poſt E
Palu. q. ij. huius diſt. ar. iiij. q2 preceptū eſt negatiuū. Non
remanebit opus mercēnarij ⁊c̄. Itē aliter ꝓbat̄: q2 ſtatim ⁊
ſine mora ceſſandū eſt a pctō mortali: ſʒ detinere rē reſtituē
dā regulariter eſt pctm̄ mortale: ergo nullo tp̄e detinendū:
et per ꝯn̄s ſtatim reſtituēdū. Cōſequētia nota: ⁊ maior pro
bat̄ infra diſt. xvj. de cōtritione. Minor patet ex ꝯcluſione
precedēti. ¶ Dicit̄ notāter/ regulariter: q2 qn̄qȝ in caſibus
licet differre reſtitutionē exteriorē: poſita tm̄ interiori volū/
tate reſtituēdi cū occurrūt circūſtātie opportune. Pro quo
Sco. ponit hāc maximam. Licet detinere rē alienā qn̄ dn̄s
rei debet rationabiliter eā velle detineri. Hoc aūt rationa/
biliter velle debet dn̄s rei in tribus caſibus: quibus addo
duos. ¶ Primus quādo reſtitutio eſt in preiudiciū cōmu/
nitatis vel ipſius recipiētis reſtitutionē: q2 quilibet magis
debet velle bonū cōmune ꝙ̄ propriū: ⁊ magis velle maius
bonum ſuum ꝙ̄ minus bonū; ideo cū reſtitutio eſt in pre/

iudiciũ boni cõmunis vel ſuſpſius:⁊ per cõſequẽs maius
bonũ non recipere ꝙ̃ recipere: nõ debet eam velle dñs rei.
¶ Secundus caſus eſt quãdo reſtitutio eſt in preiudiciũ
fame reſtituẽtis: quia magis debet quilibet velle famam
proximi reſtituẽtis/ꝙ̃ modicum cõmodũ ſuũ: quod conſe
queretur ex cõtinua vel cita reſtitutiõe. Magis em̃ debet
ſuſtinere modicũ incõmodũ ex dilatiõe reſtitutionis/ꝙ̃ ex
hac occaſione diffamiã proximi. ¶ Tertius caſus eſt quã⸗
do ex reſtitutione ſequitur maius incõmodũ reſtituentis/
ꝙ̃ ſit cõmodũ recipientis reſtitutionẽ:qḋ cõſequitur ex re⸗
ſtitutione ſtatim facta. In his caſibus debet dominus rei
velle dilationẽ reſtitutiõis vſq̧ ad remotionem dictorum
caſuum. ¶ His addẽtur duo. Unus quãdo dñs rei ſponte
cõſentit in dilationem reſtitutiõis:vel ſpõte remittit debi⸗
tum reſtituendi:ſic em̃ dominus nõ eſt inuitus: tenere au⸗
tem alienum domino rei non inuito/nõ eſt peccatũ: nec te
netur illo inſtante reſtituere. Alter caſus quãdo debens re
ſtituere non poteſt reſtituere rem iniuſte ablatam vel detẽ
tam ſuo domino: vel quia non eſt in habendo. tunc enim
impoſſibilitas excuſat: vt in ca. odoardus. de ſolutionibꝰ.
Addit Pal.q.ij.diſt.huius preſcriptionẽ. Si iuſto titulo ⁊
bona fide fuerit res poſſeſſa: verũtamen manet obligatio
reſtituẽdi:ad quã reſtitutionẽ tenetur dum venerit ad pin
guiorem fortunam. Unde licet per inopiã debitoris actio
ſuſpendatur durante inopia: quia inanis eſt actio quã ex⸗
cludit inopia debitoris:nõ tamen expirat nec extinguitur:
quia manet ius agendi domino rei: ſicut manet obligatio
in debitore:licet ſopita. Uel etiam quia impoſſibilis eſt re⸗
ſtitutio domino rei: vt dum ignoratur:ideo durante inuin
cibili ignorantia/nõ teneť ad reſtitutionẽ domino rei:tene
tur autem facere diligentiã vt ſcire poſſit: qua facta ſi ma⸗
net ignorantia: nec eſt ſpes aliquando ſciendi;fiat ſicut in
reſtitutione vaga de quo infra. Sic dum dominus rei agit
in remotis. In his caſibus tenetur detinens rem alienam/
habere voluntatem reſtituendi pro tempore opportuno:
ſcilicet ceſſantibus predictis caſibus: durantibus autẽ eis
nõ cenſetur tenere rem alienam domino inuito. Debet em̃
dominus rei ſtantibus his caſibus vel aliquo eoꝝ/nõ eſſe
inuitus:hoc eſt nõ velle pro tunc reſtitutionem rei ſue: eſt
ergo tunc non inuitus:etſi non actu elicito:tamen actu de
bito: vt dicit Sco. ¶ Qḋ ſi dominꝰ velit ſibi reſtitui in ca⸗
ſibus predictis:et ita eſt inuitus actu elicito:inordinata et
iniuſta eſt eius voluntas:cui nõ tenetur ſe conformare de⸗
bens reſtituere:quia etiã depoſitũ:de cuius redditione eſt
lex ſtrictiſſima:teneri poteſt dño inuito voluntate inordi⸗
nata:et ideo preceptũ negatiuũ de non tenendo rem alie⸗
nam dño inuito:qḋ obligat ꝓ ſemꝑ : intelligendũ eſt dño
F rei inuito voluntate ordinata. ¶ Ex illo poſſunt determi⸗
nari diuerſi caſus particulares: Unde patet primo ꝙ quã⸗
do reſtitutio eſſet in dãnũ ſpũale vel corporale eius cui re⸗
ſtituitur:puta in periculum mortis: vt gladius furioſo:aut
in periculum mortalis peccati: aut alterius tẽporalis dãni
tunc em̃ reſtitutio eſſet cõtra fraternã charitatẽ: ideo reſti⸗
tutio tunc differenda eſt donec amoueať periculũ. Sic etiã
ſi quis habendo rem reſtituendam ſit pecunia vel res alia
magis repugnaret et preualeret bono cõmuni : tunc enim
(ſm Rich. diſt. xv. arti. iiij. in ſolutione tertie ratiõis) deti⸗
nens non tenetur illud reſtituere illi:ſed debet fideliter re⸗
ſeruare vel deponere vt reſtituat: vel reſtitui ordinet ei vel
ſuis heredibus:dum hoc fieri poterit ſine preiudicio boni
cõmunis. Sic ſi ꝑſona detinẽs rem alienam / fuerit multũ
neceſſaria reipublice:et eſſet in tanta neceſſitate cõſtituta:
ꝙ ſi reſtitueret nõ poſſet ſeruire reipublice:et ꝑ hoc reſpu⸗
blica notabile pateretur dãnũ. in tali caſu non eſt ſtatim fa
ciẽda reſtitutio:q̃a magis cauendũ eſt dãnũ cõmune/ꝙ̃ pri
uatũ. Si tamẽ illud iniuſte detentũ a ꝑſona multũ neceſſa⸗
ria reipublice nõ ſit ſimpliciter neceſſarium reipublice:ſed
tãtũ ad ſaluãdũ ſtatũ ſuũ ſolennẽ:nõ excuſať a reſtitutiõe
ſtatim facienda:q̃a vt dicit Sco. Non licet alicui ſtatum ſo
lennẽ tenere de bonis alienis; nec tantũ valet reipu. iſtius
ſtatus ſolẽnis:quẽ tenet ꝑ nõ reſtitutionẽ:quantũ valet fi⸗
delitas eius ⁊ iuſticia cõmuni. Hec Sco. ¶ Uideť tamen
ꝙ ſi talis ſit neceſſarius reipublice: magis ꝓuidendus eẽt
de cõmuni erario vt poſſet ſeruire reipu. ꝙ̃ de iniuſta deten
tione rei aliene. Et quãdo illud fieri non poſſet ꝓpter pau
pertatẽ reipu. aut maliciã regentiũ rẽpu. tunc caſus tenet.
¶ Similiter quoad ſecũdũ caſum ſupra principalẽ: ſi reſti
tutio nõ poteſt fieri ſine damno fame:puta ſi furtũ occultũ
nõ poteſt reſtitui ꝑ furem quin ꝓdat ſeipſum:nõ debet per
ſeipſum reſtituere:ſed ꝑ aliam ꝑſonã ſecretã ⁊ fidelẽ. et ex⸗
pedit fieri ꝑ cõfeſſorẽ cui crimẽ detectũ eſt in cõfeſſiõe: ⁊ de
cuius fidelitate/ꝙ reſtituat fidei ſue cõmiſſum ſatis debet
credi. ¶ Eſt tamen bona cautela vt cõfeſſor vel alia ꝑſona
reſtituẽs recipiat ſcedulã recognitionis ab eo cui reſtituit
qua teſteť ſe talem ſummã recepiſſe: tacito tamen cautiſſi⸗
me noĩe eiꝰ qui abſtulit/aut ſecreto detinuit: vt ſic reſtituẽs
nõ incidat ſiniſtrã ſuſpitionẽ. Poteſt ģ in hoc caſu reſtitu⸗
tio differri quouſq̧ haberi poteſt ꝑſona ꝑ quã poſſit fieri
hmõi reſtitutio fideliter ⁊ ſecrete. ¶ Ad idem reduciť re⸗ G
ſtitutio faciẽda ꝑ mulierem q̃ genuit puerũ per adulteriũ
ipſa em̃ defraudat verũ heredẽ in eo ꝙ ſpurius: q̃ putatur
eſſe filius mariti:recipit hereditatem vel eius partẽ. Et de
hoc caſu varie ſunt opiniones doctorum : vt recitat Sco.
¶ Et dicendũ finaliter primo/ꝙ mulier crimen non debet
manifeſtare:neq̧ marito:quia ſupponeret ſe periculo vite
et maritũ periculo vxoricidij:q̃ longe magis vitanda ſunt
ꝙ̃ deuolutio hereditatis ad alienũ heredẽ: ſed nec reuela⸗
re debet filio ſpurio/ad inducendũ eum vt nõ recipiat he⸗
reditatẽ:q̃a nõ poteſt facile preſumere ꝙ filius ſpurius cre
deret matri. Et ſi crederet:nõ ſtatim cederet hereditati: tũ
ex cupiditate:tum q̃a ꝑ hoc timeret:ſe infamari. Neq̧ de⸗
bet reuelare pueris in genere:dicendo ꝙ vnus eoꝝ non ſit
filius legitimus:nõ tamẽ manifeſtando ſpuriũ quis ſit: vt
ſic ſponte cõſentirent: vt ſpurius cũ eis reciperet heredita
tem: q̃a ſic iterũ ſe diffamaret: ⁊ eſſet ꝑiculũ magne diſcor⸗
die iter fratres. Ad iſta ergo mala mortis/diffamie/odij ac
diſcordie que ſunt valde ꝓbabilia : ⁊ videnť vt in pluribꝰ
euẽtura: nõ dꝫ ſe mulier exponere ꝓpter incertũ bonũ he⸗
reditatis reſtituendũ: vnde generaliter nũꝙ̃ reſtitutio eo
modo faciẽda eſt quo ex reſtitutiõe ſic facta peiora eueni⸗
ant mala/ꝙ̃ ex retentione rei aliene. Debet ergo mulier la⸗
borare quantũ poteſt ad hoc vt hereditas reddať vero he
redi quantũ in ſe eſt: quia vt dictũ eſt: nõ debet ſe expone⸗
re diffamationi. Sed ex alijs honeſtis cauſis filiũ ſpurium
quantũ poteſt: inducere vt dimittat hereditatẽ:puta vt in⸗
tret religionẽ:aut fiat clericus: ⁊ recipiat beneficia eccleſia
ſtica: ⁊ his quaſi ſufficientibꝰ cõtentus dimittat hereditatẽ
Et ſi per nullã honeſtã ꝑſuaſionẽ poteſt eũ inducere: debet
mulier aliũde laborare reſtitutionem fieri vero heredi ſm
correſpõdentiã iuſticie: q̃a nõ teneť reddere eq̃ualens toti
hereditati. Nã multũ differt habere ⁊ ꝓpe eſſe : et ideo re⸗
ſtituat ſm arbitriũ boni viri. Hec Sco. Sed vnde mulier
reſtituet. Rñdeť ꝙ de laboribꝰ et ſudoribꝰ ſuis: q̃s ſupero⸗
get ſuꝑ illud qḋ teneť ratiõe vinculi cõiugalis: de q̃.j.q. ꝓ⸗
xima. vel de parafernalibꝰ ſi hꝫ : aut de dote ſua ſi in ptãte
habeat ⁊ alijs licite q̃ſitis: vt indẽnẽ faciat viꝝ ⁊ legitimos
heredes/tam de ꝯſũptis ꝑ ſpuriũ in ſua educatiõe: ꝙ̃ de he
reditate ſi eã aſſeq̃ť. Et nõ ſolũ teneť heredibꝰ viri ab inte⸗
ſtato ſuccedẽtibꝰ; ſed etiã heredibꝰ ſcriptis: vel q̃bꝰ veriſi
militer crediť ꝙ reliq̃ſſet hereditatẽ. Quod ſi facere neq̃t⸗
eſt in ca. odoardus. et ſic ꝓtunc nõ obligatur: agat tamen
penitentiã de crimine: ⁊ de eo qḋ nõ põt reſtituere: tenebiť
tñ ſi venerit ad pinguiorẽ fortunã. ¶ Uerũ dicunt q̃dã (vt
recitat Anto. par. ij. ti. ij. ca. vij.) ꝙ mulier ſi ſatiſfacere non
poterit: teneť reuelare marito aut filio: ſi hec tria cõcurrũt
Si apud maritũ ⁊ alios ſuper hoc fortis ⁊ grauis ſuſpitio
impreſſa eſſet: vtputa ſi alias leuis ⁊ infamata mulier eẽt:
aut forte viro cõſcio et cõſentiẽte : vtputa ab eo proſtituta
adulterata fuiſſet. Secundo ſi ex certis et ſufficientibꝰ cau
ſis poteſt vehemẽter et valde ꝓbabiliter credi ꝙ nil de pre

miſſis periculis excreſceret:ſed potius minuereť. Tertio ſi
firmiter pſumereť ꝙ filius ſpurius bonis mariti volūtarie
cederet. Sed vix'et rariſſime preſumendū eſt ꝙ hec tria cō
currant. Si tamen viro aut filio ſpurio reuelaret cōcurren
tibus predictis tribus:iam ſe a debito reſtitutionis eoꝝ: q̄
poſt reuelationē ad ſpurium deuenirent:liberaret. ¶ De
adulterio aūt cuius eſt filius:dicēdū ſm Anto. ꝙ ſi ſcit vel
credit veriſimiliter illum eſſe ſuū: vbi mater ſatiſfacere nō
poteſt:videť ꝙ teneať de expenſis educatiōis patri putati
uo ſm ſuā poſſibilitatē:quia cauſam efficacem dedit dāno:
vt habetur de iniu. ⁊ dā. da. ſi culpa. Similiter ſi puer dota
retur a patre putatiuo:aut hereditatē reciperet:teneť reſti
tuere ſm ſuam poſſibilitatem ad arbitriū boni viri. Sed ſi
puerū mater mitteret ad hoſpitale nutriendū: tenebiť ho-
ſpitali de nutrimēto et alijs expēſis: niſi notabilis pauper-
tas eam excuſaret : q̄a hoſpitalia ꝓpter pauperes fundata
ſunt:non ꝓpter diuites. Que tamen ſatiſfactio occulte fie
ri debet:cū ſine ꝑiculo manifeſtari non poſſit. Si aūt dubi
tat adulter ex eo q̄a leuis eſt mulier:et cū alijs adulteratur
vel etiā quia ipſa adultera dubitat vtrū ſit eiꝰ vel mariti:re
linquatur iudicio dei:cui oīa nuda ſunt et aperta: ⁊ graua-
ri nō videtur adulter de reſtitutiōe. In nullo tamē caſu ad
obuiandū hmōi malis et ꝑiculis debet adultera vel adul-
ter querere mortē vel aborſum pueri. ¶ Sed q̄d ſi ſpurius
reuelāte ſibi matre crederet ſe illegitimū : teneť ne reſtitue
re hereditatē et bona recepta a marito matris. Reſpōdet
Antoni. Si indubitāter credit:et rationē credēdi habet: te
netur ſm deū:nō tamē iure humano: ſicut ſi rationē credē
di nō habet:quia mater magis amat alios: aut odit ſpuriū
aut ſtulticia ei dominať: aut nō eſt ſufficiēs certitudo et ſi-
milia. His aut altero eoꝝ exiſtente nō habet rationē credē
di. ¶ Sed q̄d de expēſis educatiōis ſi indubitanter credit
ſe eſſe ſpuriū:videtur ſm Hoſtieñ. ꝙ nō tenetur refundere
eas:ſed mater et verus pater:tum quia educatio ſibi debe
tur a veris parētibus iure naturali:tum quia ſunt bone ſi-
dei poſſeſſores. Cautius tñ exiſtimarem ſi abundaret ꝙ de
M fectum parentū nō reſtituentiū ſuppleret. ¶ Ad tertiū ca-
ſum ( ſcilicet ꝙ debet magis velle ꝙ vitetur magnū incō-
modum ꝓximi reſtituētis : ꝙ̄ modicū cōmodum ſuum ex
indilata reſtitutione ) reducitur caſus ille quando nō poſ-
ſet ablatum reſtitui niſi fierēt plures ſumptus in miſſione:
ꝙ̄ valeat id qđ mittiť:tunc em̄ nō teneť detinēs ſtatim re-
ſtituere. Sed expectanda eſt pſentia ꝑſone ſi quādoq; cre-
datur haberi:ſed ſi nō crediť haberi : nec nuncius interue
niet ſine nimijs ſumptibus : tradendū eſt parentibus aut
propinq̄s ſi aſſint:ſi non: dandū eſt pauperibꝰ eccleſie aut
in pios vſus. Uniuerſaliter enim dando elemoſynam pau
peri ⁊c̄. datur illi bonū ſpirituale: ⁊ in hoc ſit ſibi reſtitutio
poſſibilis quādo non poteſt ſibi reddi bonum temporale
Ad eundē caſum reducitur quādo detinens eſt in extrema
neceſſitate. Sed circa hoc diſtinguit Sco. et ſimiliter Ri-
char. Aut detinens eſt in extrema neceſſitate: et nō ille cuiꝰ
eſt res reſtituenda:ſed habet aliqua vltra extremā neceſſi-
tatem:tūc res ſit detentoris:eo iure quo in extrema neceſſi
tate omnia omnibus ſunt cōmunia. Si autē ambo ſunt in
extrema neceſſitate:et ſi prius venit dn̄s rei ad illā neceſſi-
tatem ꝙ̄ detentor debet reddi duplici iure:tum quia prius
ſuum:tum quia iam ex iſta neceſſitate factum eſt ſuū. Si ve
ro prius deuenit detinens ad extremā neceſſitatē: tunc do
mino rei poſt deuenienti ad iſtā neceſſitatē non teneť red-
dere:quia ceſſauit dominiū eius in re iſta:et facta eſt alte-
rius/ſcilicet detinentis. Si vero ambo ſimul deuenerunt
ad iſtam neceſſitatem:debet reddi domino:quia ille nūꝙ̄
cecidit a dominio:ſimiliter ſi dn̄s prius deuenit ad neceſſi
tatem illam. ¶ Et ſi dicis:magis debet quilibet ſe dilige-
re ꝙ̄ proximum:et per ꝯſequens magis diligere vitam cor
poralem ꝙ̄ vitam proximi:et per hoc rem illam ſibi ſimpli
citer neceſſariā magis retinere ſibi ꝙ̄ dare ꝓximo. Reſpō
det Scotus diſtin. preſenti. q. ij. in ſolutiōe rationū:magis
debet diligere ſuam vitam ordinate: vt eſt diligibilis ad vi
tam eternam:et magis conſeruationem iuſtam vite ſue:ꝙ̄
conſeruationē vite proximi ſui:ſed non magis conſeruatio
nem iniuſtā vite ſue/ꝙ̄ conſeruationem iuſtā vite proximi
ſui:ſic enim magis debet latro ſuſtinere ſuſpendiū ꝙ̄ occi-
dere ſuſpendentē vt euadat. Cuius ratio eſt:quia dilectio
vite corporalis iniuſte cuſtodite/nō eſt dilectio ordinata:
quia non ad dilectionē dei et anime. Dilectio autē detinen
tis cuſtodite vite ſue in caſu vltimo eſt iniuſta:quia ſic dili
gens ſe eſt homicida:quia iniuſte occidit alium:quia ſub-
trahit ſibi neceſſariū quod illi debetur. ¶ Sed nūq̄d poſt
extremā neceſſitatem/ſi deueniat detentor ad pinguiorem
fortunā:tenetur tūc reſtituere. Reſpōdet Scotus. Poſſet
dici ꝙ ſi res talis ſimpliciter neceſſaria eſſet pertinens ad
victum: ⁊ tunc cōſumereť et iuſte:quia cōſumēs fuit domi
nus:aut ad amictum: ⁊ tunc nō conſumereť. Et ſi detentor
rem illam occupaſſet ante extremā neceſſitatē : tenetur ille
ceſſante illa neceſſitate:dum ſcilicet venerit ad pinguiorem
fortunam reddere rem detentam : vel equiualens ſi fuerit
cōſumpta:quia obligatio illa ad reddendū orta eſt ex occu
patione preuia rei aliene:que fuit iniuſta ante extremā ne-
ceſſitatē:et per extremā neceſſitatē nō eſt extincta:ſed ſopi-
ta. Si vero nunꝙ̄ ante extremā neceſſitatē:ſed tantum illa
aduenientē occupaſſet:tūc iuſte ſimpliciter occupaſſet rem
ſuam:tunc ſi eſt cōſumpta:non tenetur ad aliquā reſtitutio
nem. Hec Sco. q. ij. huius diſt. in ſolutione rationū. Si ve-
ro nō fuerit extrema neceſſitas detinētis rem alienam : ſed
tantum res illa eſt neceſſaria ad victum ſm decentiā ſtatꝰ
perſone. Dicit Rich. teneť reſtituere: quia nō eſt licitū de
alieno viuere cum ſeculari honore. ¶ Sed vtrū ſit neceſſa
rium tunc ſtatim reſtituere:an (vt ſibi et familie ſue hone- I
ſte prouideat) poſſit cū tēpore ſucceſſiue reſtituere. Dicen-
dum ſi dilationem nō poteſt obtinere ab eo qui poteſt con
cedere vſum rei:ꝙ̄ꝙ̄ ſi ſibi notus fuerit diligēter impetra-
re conetur ꝑ ſe vel interpoſitā perſonam:tunc diſtinguitur
aut is cui reſtitutio facienda eſt: eſt in ſimili neceſſitate:et
tunc detinens ſtatim reſtituere teneť: vel cedat bonis:etiā
ſi magnum ex hoc incommodum incurreret. Non em̄ licet
de alieno vitare incommodum ſuum cum incommodo
illius cuius eſt res:ſicut in ſimili ſupra dictum eſt de extre-
ma neceſſitate. Si vero is cuius eſt res reſtituēda:eſt abun
dans et cōpetenter poteſt ſtatum ſuum tranſigere cum ca-
rentia illius rei reſtituende:non tenetur detinens ſtatim re
ſtituere:cum ſic incurrat notabile detrimētū: et ex cōſequē
ti deueniat vſq; quaſi ad extremā neceſſitatē. Et multa ani
me et corporis pericula poſſent ſibi ex hac reſtitutione ſta-
tim facta contingere:ſed ſtatim reſtituat quantū cōmode
valet:et per ſingulos menſes aut annuatim reſtituat quā
tum poteſt cauendo omnem ſuperfluitatem in victu ⁊ ami
ctu in ſe et familia. In hoc enim caſu creditor nō debet vel
le reſtitutionem ſuorum ſm rectam rationem in proximi
charitate fundatam cum tanto damno ꝓximi. Unde dr̄ in
Piſanella/ꝙ ſi debitor eſt in tanta neceſſitate: ⁊ creditor in
tanta facultate ꝙ teneretur debitori ꝑ elemoſynā ſubueni-
re:debitor nō teneret ad reſtitutionem : nam hoc caſu cre-
ditor teneretur reddere. Unde beatus Ambro. Neq; enim
minus eſt criminis habenti tollere:ꝙ̄ cum poſſis et abun-
dans ſis indigētibus denegare. Eſurientiū panis eſt quē
tu detines:nudorum indumentum eſt quod tu recludis:
et miſerorum redemptio eſt et abſolutio pecunia quam
tu i terra defodis. et habetur. xlvij. diſt. Sicut hi. vbi gl. ſu
per verbo. eſurientium dicit/ ꝙ poſſunt pauperes cogere
diuites ad preſtandum eis:non per viam actionis: ſed per
viam denunciationis ad eccleſiam : que poteſt diuites co-
gere ad dandum eis. Et ſm hoc dicit dominus Antoni.
par. ij. titu. ij. ca. viij. ꝙ cum quis habet inſtrumenta artis
ſue vnde ex labore ſuo gubernat ſe et ſuos:et vendendo ea
vt reſtituat: non poſſet laborare : et ſe et ſuos ſuſtenta-
re : puta libros quoad iuriſperitos ac medicos: ac inſtru-
menta quoad artifices : laborando autem cum predictis
vltra ſuſtentationem ſuam poterit paulatim ſatiſfacere:

non tenetur talis iſta vendere vt ſtatim ſatiſfaciat. Suo
modo in quocunqꝫ caſu in quo ex reſtitutione ſtatim facta
ſequitur magnum ⁊ notabile dānū reſtituētis: notabiliter
excedens damnū qđ patereꝛ creditoꝛ ex dilatiōe reſtitutio/
nis: nō debet velle creditoꝛ ſibi fieri reſtitutionē cū tāto dā
no detinētis. Et per cōſequēs nō tenetur detinēs in tali ca/
ſu ſtatim reddere vt ſupꝛa habitū eſt in tertio caſu generali
Si vero creditoꝛ eſt incert⁹ et detinēs poteſt: debet ſtatim
reddere. ſi vero reddere nō poteſt ſtatim / ſine graui dāno
dicatur vt ſtatim ſupꝛa. Et cautū foꝛet ꝙ eṗs vel confeſſoꝛ
terminū ſtatueret: et modū reſtituēdi p̄figeret: vt. j. diceꝛ.
Nec tamē illa ſunt p̄dicāda: ne paeꝛ via indebite detinēdi
aliena: ad qđ nimis iclinate ſunt pſone: immo ne deturvia
furtis / rapinis ⁊ fraudibus: ſed cū magna diſcretiōe in cō/
feſſione et ꝯſilijs hec ſunt tractāda / attētis circūſtantijs de
tentoꝛis et creditoꝛis ⁊ ſingulis cōcurrentib⁹. ¶ Tertia cō
Cõcl. 3. cluſio. Reſtitutio nō eſt pars ſacramēti penitētie: nec ſatiſ
factionis ꝓpꝛie accepte. Hec cōcluſio eſt Alexā. par. iiij. q.
lxxxvj. ⁊ ceteroꝝ ſanctoꝝ Tho. Bonauen. ⁊ Sco. Diciꝛ au
tem ſatiſfactiōis accepte pꝛopꝛie: q̄a accipiendo impꝛopꝛie
pꝛo quolibet opere volūtarie aſſumpto: ad quod q̄s teneꝛ
eo ꝙ talis ſatiſfacit p̄cepto: manifeſtum eſt ꝙ reſtitutio eſt
opus ſatiſfactiōis: vt tangit Alexāder ⁊ Bonauē. Sed ꝓ/
pꝛie accipiēdo ſatiſfactionē pꝛo opere volūtarie aſſumpto
a ſacerdote ꝓ cōfeſſis peccatis iniūcto: ſm quā acceptionē
diciꝛ eſſe tertia pars ſacramēti penitētie: vt diceꝛ diſt. ſequē
ti. vel etiā generalius ꝓ opere volūtarie aſſumpto ad redi
mendū penā ꝓ peccato / per penitentiā (ſiue ſacramentum
ſiue virtutē) dimiſſo debitam: ſiue vt ſupꝛa diffinita eſt: cō/
cluſio habet veritatē. Quod ꝓbaꝛ: q̄a reſtitutio pꝛeſuppo
nitur penitētie vtroqꝫ modo accepte: ſicut ceſſatio a pctis
ſaltē reſtitutio rei iniuſte occupate: ⁊ hoc in actu vel voto:
ergo nō eſt pars penitentie. Tenet cōſequētia: q̄a pars ſub
ratione partis nō pꝛecedit totū. Coꝛrelatiua eñ nō amplia
tiua ſunt ſimul natura. Antecedens patet: q̄a detinere rem
alienam eſt peccatū: vt pꝛobatū eſt in pꝛima cōcluſione: ſed
ante penitentiā neceſſaria eſt ceſſatio a pctis. Nō aūt ceſſa/
tur ab iniuſta detētione: niſi ꝑ reſtitutionē factā in actu vel
voto: vt ibi oſtenſum eſt. Reſtitutio aūt rei iuſte detēte eſt
impertinēs penitētie: cum nō pꝛeſupponat pctm̄: ergo nec
illa eſt pars ſatiſfactionis de qua hic loquimur: nec penitē/
tie: vnde ſicut reſtituere adulterā viro ſuo nō eſt niſi ceſſa/
re a pctō: et tranſgreſſione huius p̄cepti. Nō mechaberis:
ſic et reſtituere rem alienā: vnde ſicut tenens adulterā: nō
eſt capax penitētie: ſed irriſoꝛ: ⁊ ſi talis veniat ad penitētie
ſacramentū: addit pctm̄ pctō: ita detinens alienum volun/
tate ⁊ facto / dum talis eſt / nō eſt capax alicuius partis pe/
nitentie. Hec Sco. ¶ Quantū ad articulū tertiū / dubitaꝛ
Artic. 3. Dub. 1. pꝛimo q̄d ſit reſtituendū. Ad dubiū illud in genere reſpon
detur: que tamē reſpōſio limitationē recipit in caſibus par
Z tialibus: vt infra in ſingulis diceꝛ. ¶ Diciꝛ ergo pꝛimo ꝙ
Cõcl. 1. reſtituendū eſt omne occupatū vel detentū iniuſte. i. dño
rei inuito: vt exponit Scot⁹: ſi reſtitui poteſt in ſe vel in eq̄
ualenti. ¶ Diciꝛ pꝛimo: Omne occupatū: q̄lia ſunt rapta
furto ablata / aut alio mō vſurpata: in quib⁹ non tranſferꝛ
dominiū rei ablate. ¶ Diciꝛ vel detenta ꝓpter ea in q̄bus
tranſfertur dñium: vt in mutuo ⁊ iniuſte exactis. Diciꝛ in/
iuſte. id eſt inuito dño: q̄a accedēte volūtate dñi / detinens
nō teneꝛ ad reſtitutionē: volēti eñ non fit iniuria. Et intel
ligendū eſt tam de dño ꝓximo ꝙ̄ remoto. i. ſupioꝛi / a q̄ vo
luntas ꝓximi dependet quantū ad rei alienationē. Nam li
cet dñs ꝓximus cōſentiat in retentionē rei ſue: ſi tamē dñs
ſuperioꝛ diſſentit / p̄cipiēdo reſtitutionē: aut ꝓhibēdo talē
alienationē: teneꝛ detinēs reſtituere: vt in ſimonia et ludo
ſm aliquos. Et accipio reſtitutionē large: vt includit red/
ditionē ſiue expoſitionē rei detente in pios vſus. Item ꝙ
diciꝛ inuito: intelligendū eſt de inuito actu nō illicito: ſed
actu debito: vt ſupꝛa dictū eſt in concluſione ſecunda. Itē
inuito accipi debet de inuolūtario ſimpliciter vel ex condi/
tione. Simpliciter vt cū dñs rei vult actu elicito et debito
rem ſuam nō detineri: vel ex conditione: id eſt vellet nō de/
tineri / ſi reſtitui poſſet ſine periculo / aut grauioꝛi damno
domini rei: vt cōtingit in iniuſtis exactiōibus ⁊ oppꝛeſſio/
nibus pauperū q̄ dant voluntarie ſimpliciter exactoꝛibus
ſuis: ſed inuoluntarie ex conditione: quia vellent nō dare
ſi ceſſaret exactio / violētia / metus ⁊ hmōi: oīa ſic exacta re
ſtitui debent. ¶ Diciꝛ ſi reſtitui poteſt: quia ſi ob inopiam
aut aliam cauſam reſtitui nō poſſet: non eſſet obligatio ad
reſtituendū durante impoſſibilitate: quia generale pꝛece/
ptum nullū obligat ad impoſſibile: vt vult beatus Hiero
nymus in explanatiōe fidei. ¶ Diciꝛ in ſe: quia res vſurpa
ta reſtitui debet eadem in ſpecie ⁊ in indiuiduo ſi habetur
nec poteſt dari alia res eiuſdē bonitatis ꝓ ea cōtra volun/
tatem dñi ipſius rei. Unde. iij. q. j. reintegrāda. vbi dicitur
ꝙ reintegranda ſunt oīa ſpoliatis. Et hoc verū niſi in caſu
cum vſurpatio rei aliene eſſet occulta: et ex reſtitutiōe eius
in ſua ſpecie detegeretur vſurpans: aut aliud incōueniens
ſequeretur: tūc ſufficeret reſtituere pꝛeciū eius. Suo mō ſi
res cōſumpta eſſet vel perijſſet: ſufficit ꝙ reſtituatur in eq̄/
ualenti. ¶ Secūdo dicitur / ꝙ detinens iniuſte rem fructi/ Cõcl. 2. M
feram: omnē fructū quem cōſequiꝛ ex re ipſa: vel ꝯſequi po
tuiſſet ſi diligenter coluiſſet: eo modo quo dñs rei ſolebat
colere: tenetur reſtituere: deductis tamen expenſis in rei cō
ſeruatione cultura ⁊ fructus collectione. Unde in. c. ſi cul/
pa. de iniu. et dam. da. dicitur. Si culpa tua datum eſt dam
nū vel iniuria irrogata: aut alijs irrogantibus foꝛte opem
tuliſti: aut hec imperitia tua ſiue negligentia euenerunt: iu
re ſuper his ſatiſfacere opoꝛtet: vt ſi agrū vel vineā abſtu/
lit: et fructus eius recepit: tenetur ad reſtitutionē fructuū.
Nec ſolum quos recepit: ſed etiā quos recepiſſet dñs rei ſi
ipſe ſolito ſuo moꝛe coluiſſet. Gratia exēpli: vſurpatoꝛ de
agro tantū recepit viginti modios: quia negligēter coluit
Dñs vero rei qui diligenter ſolebat colere: recepiſſet qua/
dragiuta: vſurpatoꝛ tenetur reſtituere quadraginta. Simi
liter ſi quis equū ſubtraxit: de quo dñs eius lucratus fuiſ/
ſet per menſem vnū floꝛenū cum dimidio: teneꝛ reſtituere
pꝛo ſingulis menſibus detentionis equi vnū floꝛenū cum
dimidio: licet ipſe lucratus fuiſſet tantum vnū floꝛenū vel
minus vel etiam nihil. Unde bꝛeuiter oīa damna q̄ dñs rei
paſſus eſt ex carentia rei ſue: tenetur iniuſte detinens com/
penſare. ¶ Dicitur notāter detinens rem fructiferam ⁊c̄.
quia ſi res de ſe non eſſet fructifera: ſed fructus pꝛouenirēt
ex vſu rei ex induſtria occupantis: ad illoꝛum fructuum re
ſtitutionem nō teneꝛ: vt dicit Sco. Unde infert ꝙ fenera/
toꝛ lucrum acquiſitum ex pecunia fenoꝛis reddere nō tene
tur: puta ſi cum tali pecunia negociat⁹ fuiſſet. Pꝛobat: q̄a
alioquin qui reciperet pecuniam: puta qui dedit vſuram:
poſſet eſſe iuſte vſurarius: quia recipere fructum de ſua pe
cunia pꝛouenientem per induſtriam alterius eſt facere vſu
ram. Lucrum enim vſurarij: quod per ſuam induſtriā acq̄
rit ex pecunijs per vſuram acquiſitis: ſuum eſt: quia per ſu
am induſtriam acquiſitum: et ideo non tenetur reſtituere:
quia non ſuum: ſed alienum reſtituendum eſt ſemper. Hec
ſententialiter Scotus. Et de ſimilibus ſimiliter eſt ſentien
dum: vt ſi fur vel raptoꝛ aufert pecuniam: et cum illa pecu
nia ablata negociatur et lucratur: pecuniam ablatam tene
tur reſtituere: non lucrum rei. ¶ Dicitur: deductis expen/
ſis. neceſſarijs quidem non ſuperfluis: quia ſi expenſe ali/
que facte ſunt in vtilitatem et conſeruationem ipſius rei.
Similiter ſi expenſe facte ſunt in colligēdo fructus ac cul/
tura et huiuſmodi: ille deducende ſunt: et res ipſa cum eo
quod ſupereſt reſtituenda. ¶ Tertio dicitur ꝙ damna etiā Cõcl. 3. N
que paſſus eſt dominus ex carentia rei ſue: tenetur detētoꝛ
ille iniuſtus compenſare. Nemo enim debet a pꝛoximo in/
iuſte damnificari. Et patet plane per ca. allegatum. ſi cul/
pa. Unde ſi quis pecuniam colligit ad ſatiſfaciendū ſuis
creditoꝛib⁹: et fur ſubtrahit eā: ꝓpter qđ cōpellitur ille pe/
cuniā recipere ad vſurā: aut vēdere hereditatē remiſſius ꝙ̄
valet: damnum illud tenetur fur reſtituere: ſic ſi furat⁹ eſt
fur modium ſigilinis dū valuit. xx. ⁊ ten u it donec valet. x

et tunc reſtituit: teneť ſupaddere.x.ſcilicet valorem eiꝰ dū furatꝰ eſt. Sed q̇d ſi preciū rei aſcēdat: et plus valet tpe reſtitutiōis ꝙ tēpore ablatiōis iniuſte. Credo ſi dn̄s rei fuerat rem ſuā ſeruaturus vſq; ad hoc tēpus: et per hoc dānificatus eſt: teneť detētor ad damni cōpenſationē: nō tamē tātum ſupaddere quātū valet: ſed aliq̄d ad dictamē boni viri ❡ Sed q̇d ſi res periit. Reſpondeť/ſi res rapta/aut furto ſublata periit apud raptorē ſeu furē: et ſi fuit in mora reſtituendi: teneť preſtare valorē eius ſm illud tēpus quo magis valuit. Sed ſi nō fuit in mora: puta q̇a obtulit rem dn̄o tēpore et loco debitis: ⁊ dn̄s rei neglexit recipe: nō tenebiť de caſu ſm Ray. ❡ Sed q̇d ſi res meliorata eſt induſtria vſurpatoris. Reſpōdeť ꝙ in foro penitētie (de quo in omnibus his intelligenda ſunt q̄ dicunť) poteſt deducere expenſas et labores meliorationis: q̇a ſine culpa rationabili nō debet quis priuari labore ſuo. de re. iu. ſine culpa. lib. vi. quod intellige excluſis dolo et fraude: vt ſi q̇s doloſe melioraſſet rem/vt res maneret ſibi: q̇a dn̄s rei ꝓpter inopiā non poteſt ſoluere meliorationē: teneť rem reſtituere vt eſt meliorata: et tamē videť ꝙ dn̄s rei dum potuerit refundet expenſas et labores meliorationis. ❡ Dubitať ſcd̄o quis teneť reſtituere.

Dub. 2.

Pro huius dubii explanatiōe notandum ꝙ q̇a ſm predicta reſtitutio faciēda eſt rei iniuſte ablate et detēte. i. inuito dn̄o: et dn̄s dupliciter poteſt eſſe inuitus: ſimpliciter ſcilicet/vel ex cōditione. Primo reſpōdendum eſt ad dubiū de ablatis dn̄o ſimpliciter iuito: puta q̄ actualiter vel habitualiter vult rem ſuā a ſe nō alienari aut detineri. Deinde de ablatis dn̄o nō inuito ſimpliciter: ſed ex cōditione. ❡ Circa primū: q̇a oīs dānificans auferendo vel detinēdo rem alienā reſtituere teneť: vt dictū eſt. Et dans occaſionē damni/damnū dediſſe videť. de iniu. ⁊ dam. da. ſi culpa. §. ſane. Non ſolū damnū per executionē perſonalem inferens: ſed ⁊ cauſam inferendi preſtans: vt ſunt participātes et ꝯſentientes reſtituere teneňť: per. c. allegatum ſi culpa. Unde tales reprehēdunť a propheta. Si videbas furem (inquit) currebas cū eo: ⁊ cū adulteris portionē tuam ponebas. Et ad Rom. i. Digni ſunt morte: nō ſolum q̄ ea faciunt: ſed etiā qui cōſentiūt faciētibus. vnde eſt illud. Facientē ⁊ cōſentientem par pena cōſtringit. ii. q. i. notum ſit. Ponunť aūt nouē modi currēdi ſeu participādi cū fure q̄ his verſibꝰ ſm Alexā. q. lxxxvi. parte. iiii. mem. iii. ar. iiii. Pal. diſ. preſenti. q. ii. ar. iii. ⁊ alios poſt eū/cōprehendunť. Quilibet in ſolidū reddat prius iniuriator. Iuſſio/cōſiliū cōſenſus/palpo/recurſus/ Participās/mutus/nō obſtās/ non manifeſtās. Currere cum fure faciunt furtiq; reatum. Hi oēs cauſam p̄ſtant: et ideo reſtituere teneňť: nā omnis obligatio ad reſtituendū: vt dicit Sco. reduciť ad auferre vel detinere: ⁊ hoc vt cauſa principalis ſupior/precipiēdo vel vt cauſa ꝓxima immediate auferēdo vel detinēdo: vel vt cauſa coadiuuās/vt ſocius coadiuuādo: aut in re ablata participando: aut cōſentiendo ſeu receptādo: vel vt cauſa inducens. Si cōſulit/fauet vel adulatur: vt non impediens: aut nō obſtans: quia nō impedit: nec facit reſtitui dū id ſibi ex officio cōpetit et manifeſta ſibi ſit iniuria: ac ſine periculo ꝑſone poteſt: ſed diſſimulat aut tacet in iudicio requiſitus vbi poſſet ſententialiter res ſuo dn̄o reſtitui: ⁊ tamen dicēdo v̓itatē nō immineret ſibi ꝑiculū ſtatꝰ vel perſone: et hoc intelligendū quādo ꝓpter illa ſeu aliq̄d illoꝝ poſitiue vel priuatiue auferť vel detinetur res aliena: ſecus ſi illis nō exiſtentibus nihilominus res auferretur a raptore vel fure: aut ablata detineretur: quia tūc nō tenentur q̄ dicti ſunt ad reſtitutionem: quia tunc proprie non preſtant cauſam: cum cauſa ſit qua poſita poniť effectus: et ea non poſita nō poniť effectus: vt dictū eſt diſt. i. q. i. huius collectorii. Iſtoꝝ autē quilibet dum cauſam p̄ſtat: tenetur ad reſtitutionem in ſolidū: id eſt totiꝰ ablati: q̇a q̇libet fuit cauſa totius ablationis: licet non cauſa totalis: ſed partialis. Uerūtamē vno reſtituente oēs alii liberanť a debito reſtituendi quantū ad damnificandū: tamen alii teneňť pro rata portionis q̄ eos contingit: illi qui pro oībus ſatiſfecit: vt dicit Sco. et cum eo ceteri. Uerū Angelus in ſum. dicit in verbo furtū. §. xvi. Nec credo in cōſcientia ꝙ de neceſſitate teneanť p̄mo ſatiſfaciēti: q: obſtat ſibi turpitudo ſua: niſi ille fuiſſet cauſa ſine qua non induxiſſet illū ad aliquod tale faciendū: ſed de bono cōſilio debet dari pauperibꝰ. ❡ Et pro illoꝝ maiori declaratiōe circa modos participādi q̄riť vtrū mandātes vel cōſulētes rem iniuſte vſurpare: ſatiſfaciant ſi poſt vſurpationē hm̄oi mandēt ſeu conſulant vſurpatori vt reſtituat: ita ꝙ ad aliā reſtitutionē nō teneanť. Et videtur ꝙ ſic: quia ſicut conſiliū de vſurpatione rei aliene obligat cōſulentē ad reſtitutionē ⁊ multomagis percipientem: ita et precipiens vel cōſulens reſtituere abſoluit ip̄m ab obligatione reſtitutionis: q̇a ſi preceptū et cōſiliū de reſtitutione nō abſoluit: nec preceptū et cōſiliū de vſurpatione obligat cōſulentē et p̄cipientē: quia eſt par ratio. Nō em̄ plus facit p̄cipiens vel cōſulens ad vſurpationē/ꝙ ad reſtitutionē. ❡ Preterea ſicut precipiēs vel cōſulens vſurpare per hoc nihil participat de re vſurpata: ita non videť ꝙ teneať ad reſtitutionē eius q̇d nō accepit. ❡ Ad hoc reſpondet Alexander parte. iiii. q. lxxxvi. membro. iii. arti. iiii. §. ii. ꝙ ſi vſurpator motus p̄cepto aut ꝯſilio ſubtrahit rem alienam: alias eā nō ſubtracturus/p̄cipiens aut cōſulens: tenetur ad reſtitutionē. Si tamen eā fecerit vſurpator: ſolutus eſt precipiens ⁊ conſulēs ab obligatiōe reſtitutiōis. nō autem a pctō niſi penituerit. Si vero vſurpator rem non alienat aut ſubtrahit a dn̄o ſuo: et nō exeq̄tur iuſſionē aut cōſilium: licet iubens et conſulens peccet mortaliter iubendo aut cōſulendo: nō tamen tenetur ad reſtitutionem rei ablate: quia nulla eſt ablata. Et ita eſt par ratio p̄cipientis reſtitutionē quoad abſolutionē obligatiōis ⁊ precipiētis vſurpationem quoad obligationē reſtitutionis: ſi res eodem modo ſe habeant: hoc eſt ſi vſurpator vtrobiq; cōformat ſe precepto aut ꝯſilio: ita ꝙ ſi ad preceptū vſurpauit rem alienam: ita ſimiliter ad iuſſionē ſeu cōſiliū reſtitutionis reſtituit rem alienatam. Si vero obedit p̄cepto alienādo: ⁊ nō obedit reſtituēdo/non eſt par ratio. Et per hoc patet ſolutio primi. Non em̄ preceptū vſurpandi obligat precipientem: niſi ſequatur effectus vſurpationis: nec preceptū reſtitutionis abſoluit eundem: niſi ſequatur effectus reſtitutionis. ❡ Ad ſecundū dicendū ꝙ nō ſolum participans in re alienata teneť ad reſtitutionē: ſed quicūq; dat cauſam alienandi ac dānificādi: vt dictū eſt: ſicut em̄ dedit efficacē cauſam dānificādi: ita teneť dare efficacem cauſam reſtituēdi: quā ſi vſurpans nō facit: ipſe teneť. ❡ Uerū de conſilio dicit Frāciſcus de platea/ꝙ hoc de dante cōſiliū locū habet tam in cōtractibus/ꝙ in delictis/qn̄ cōſiliū eſt fraudulenter datū: ſcʒ ex odio vel malicia: nam in cōtractibus non teneť ad reſtitutionē ſi bona fide cōſuluit: vt in. c. nullus. de regu. iu. li. vi. vbi diciť. Nullus ex cōſilio (quādo fraudulētum nō eſt) obligať. In maleficiis aūt cōſiliū ſemꝑ eſt fraudulentū: cū ergo cōſuliť maleficiū. i. q̇d de ſe eſt malū aut peccatū: teneť nō ei cui ꝯſuluit: ſed ei ꝯtra quē conſuluit: ſi v̓o ꝯſuluit in re illicita: vt in ꝯtractu doloſo: teneť ei cui cōſuluit: vt ſi cōſuluit vt mutuaret pecuniā debitori non idoneo. De hoc Iohā. and. i gl. regule: Nullꝰ. allegate. et h̓ nō habet locū in p̄cepto. ❡ Sed adhuc circa ſextum participatiōis modū. ſ. recurſus: vbi notanť receptatores vſurpatoꝝ rei aliene. Ponať ꝙ fur vel raptor timore mortis ꝯfugiat cū ſpoliis ad domū alicuiꝰ/vt mortē euadat: ⁊ ꝯmittat ſe ⁊ ſpolia illa bone fidei illiꝰ: videť ꝙ receptor nō teneať ad reſtitutionē: alioq̄n cōmitteret crimē ꝓditiōis. Rn̄det Alexā. vbi ſupra. §. v. ꝙ in caſu ille apud quē latet latro cū ſpoliis: dum habet ſpolia in ſua p̄tāte: teneť illa reſtituere nec eſt de ꝓditionis crimine arguendus: ſi ſpolia furto habita ſuo dn̄o reſtituat: immo potius exequiť q̇d iuſticia requirit. Nec ex hoc fidē violat: quia in voto illicito debet reſcindi fides: vt dicit Iſido. in ſyno. Om̄ ſi illa reciperet cū propoſito ſeruādi furi vel ſibi: ipſe eſſet furti particeps: et reus mortis ſm legem humanā: ꝓpter q̇d neceſſe habet illa reſtituere: ſi tamen ſine ꝓditione ꝑſone/⁊ imminēte ſibi

periculo reſtituere poſſit:ſi vero imminet ſibi periculum:
vt ꝙ furtum ſibi imputaret̃: reſtituat ꝑ perſonā mediā: pu
ta ſacerdotē:cui cōmittat ſub ſigillo cōfeſſionis reſtituēdū
¶ Sed hic notandū/licet nō prodendus ſit qui bona fide
ad aliū cōfugit:nō tamē eſt defendēdus:quia qui defendit
delinquentē:maledictus eſt apud deū et homines: ⁊ corri
pietur increpatione ſeueriſſima. vnde.xſ.q.iij.qui conſentit
et.xxiiij.q.iij.qui aliorū.dicit̃. Qui alioꝝ defendit errorem
multo amplius damnabilior eſt illis qui errant. Unde in
glo.in Cle.ſ.de penis.notatur duplex defenſor. Unus qui
autoritatem delinquendi preſtat: et ille amplius punitur.
Alius defenſor/qui poſt delictū defendit:puta impediēdo
ne delinquēs ad iudicē veniat examinādus vel puniēdus:
vel ne fiat executio:et hic punit̃. Verū ſi talē defenderit ne
ledatur a priuato/vel ipſo offenſo/vel eius conſanguineis
vindicare volentibus:nō forefacit:nec penā incidit:cum il
la ſit iniuria: ad quam ꝓpulſandam a ſocio quis tenetur.
Hec glo. ¶ Sed adhuc quereres:quia dictū eſt ꝙ partici/
pes:puta iubens/ꝯſulēs ⁊c̃. tenent̃ ad reſtitutionē quādo
ꝓpter hec res aliena aufert̃:alias nō auferēda: quomodo
ſciri poteſt quādo propter ꝑceptū cōſiliū vel cōſenſum res
aufertur:et nō alias. Reſpondet̃ ꝙ ſi fur vel raptor nō poſ
ſet auferre rem alienā/niſi accederet cōſenſus: ꝗa ſine ꝯſen
ſu prohiberet̃:certū eſt ꝙ ꝓpter cōſenſum res alienat̃. Si/
militer poteſt hoc noſci ex veriſimilibus coniecturis: que
preſumptionē quaſi violentā inducunt: vt ſi talis conſide/
ratur habitudo iniuriatoris ad cōſentientē / ꝙ nequaꝙ̄ eū
offenderet:quia eius vindictā euadere non poſſet:ꝑſumit̃
ꝙ non auferret rem alienam: ſi non accederet conſenſus.
Dub.3. R ¶ Dubitat̃ tertio cui faciēda eſt reſtitutio rei iniuſte abla
te. Reſpondetur ꝙ regulariter damnificato: ſi iuſto titulo
poſſedit:ſi noſcitur:ſi eius preſentia haberi poteſt: aut res
ablata poteſt ei mitti ſine maioribus expenſis ꝙ̄ res valet
ſi rerū ſuaꝝ adminiſtrationē habet:ſi reſtitutio ei facienda
non eſt interdicta eccleſiaſtico vel imꝑiali edicto:patet.iij.
q.ſ.reintegranda. ⁊ de re.ſpo.quaſi per totum.de quo vide
Pal.q.ij.ar.iiij.di.huius ꝑ totū. ¶ Dicit̃ notanter: ſi iuſto
titulo poſſedit: quia ſi furtū aut ſpolium aufertur furi vel
raptori reſtituendū eſt dn̄o rei:et non furi. Et dicit̃ notan/
ter:ſi iuſto titulo ⁊c̃.et nō vero dn̄o rei:qui ſi poſſideret bo
na fide:licet nō eſſet ver⁹ dn̄s:ei eſſet reſtituēda: ⁊ nō vero
domino:niſi de volūtate poſſidētis. ¶ Dicit̃ ſi noſcit̃:qui
ſi ignoratur cuius fuerit res ablata:poſt diligentē inquiſi/
tionem/debet reſtitui pauperibus:vel eccleſie:aut in pios
vſus: vt dictum eſt ſupra concluſione tertia. Sed cui⁹ auto
ritate ſeu per quē fiet reſtitutio/infra dicet̃. ¶ Dicit̃ notā/
ter:ſi eius preſentia haberi poteſt:quia ſi haberi nō poteſt
forte quia mortuus eſt:aut ignoratur vbi ſit:reſtituendum
eſt heredibus: aut quibus vult ſua reſtitui in teſtamēto ſi
ſciunt̃ alias pauperibus : vt ſupra. ¶ Dicit̃ tertio aut res
ablata mitti poteſt ſine maioribus expenſis: de hoc ſupra
concluſione tertia. ¶ Dicitur quarto:ſi rerum ſuarū admi
niſtrationē habet: ꝓpter pupillos aut furioſos aut minorē
nes:tunc enim reſtituendum eſt procuratori eoꝝ. ¶ Dicit̃
vltimo:dūmodo nō fuerit interdictū ⁊c̃. vt quādo aliquid
acceptū eſt ex turpi cauſa/in quo reſtituere tenet̃:nō debet
reſtitui illi qui dedit:ſed eccleſie vel pauperibus debet ero
gari:ſi tamē ille qui dedit potuit alienare:alioq̄n ei qui ha/
bet adminiſtrationē reddendū eſt: vt ſi ob cauſam turpem
monachus aliq̄d daret aut vxor:reddendum eſt abbati vel
marito: tacita tamen ꝑſona q̄ dedit. Sic in acq̄ſito ꝑ ſimo/
niam:aut dum acceptū ipſo iure applicatū eſt fiſco : nō eſt
reſtituendū danti:ſed eccleſie vel fiſco : et in hoc caſu non
pauperibus. ¶ Si queris/ſi reſtituendū mittendū erit ad
dn̄m in remotis agentē:cui⁹ expenſis mitti debet. Reſpō/
det Pal.i c.cū tu.de vſuris. Si debēs reſtituere mutauit lo
cum:manētibus illis quib⁹ debet reſtituere: ſuis expenſis
mittat. Si vero dn̄s rei reſtituende mutauit locum:tūc do
mini ſumptibus ei mittetur: vt in glo.c.cum tu. de vſuris.
Et hoc ſi fuerit male fidei poſſeſſor; vt fur/raptor/aut vſu/
rarius. Si aūt fuerit bone fidei poſſeſſor: et aliquo iuſto ti
tulo habet:arbitrio boni viri ſtabit/cuius ſumptibus mit/
tatur/penſata qualitate ⁊ cauſa abſentie:et ſi non fuerit in
mora. ¶ Dubitat̃ quarto:per quem debet fieri reſtitutio. Dub.4.
Reſpōdet̃ per duas ꝓpoſitiōes. Prima. Reſtitutio certis R
facienda cognitis ⁊ notis/fieri debet per eos qui rem ab/ ꝓpō.1.
ſtulerunt:aut qui detinent: ⁊ hoc ꝑ ſeipſos:vel per ꝑſonas
interpoſitas:quia ibi tenet regula. Qui per aliū facit:per/
inde eſt ac ſi ꝑ ſe facere videatur. Et cū delinquēs in abla/
tione rei eſt occultus:fiat per aliū caute:ne publicet̃ actor.
Caueat etiā diligenter ꝙ cū per alium facit:caute ꝓuideat
vt is recipiat reſtituenda cui debet̃:ne ꝑſona ꝑ quā vult re
ſtituere:ſibi retineat:quia nō eſſet ꝓpter hoc liberatus: vt
dicit Antoninus: ⁊ ſubdit: Nec cōfidat de ꝑ̄dicatoribus et
cōfeſſoribus ac queſtoribus qui querunt pecuniā:nō ani/
marū ſalutem. Sed de reſtitutione faciēda eccleſie in pios
vſus vel pauperibus:puta quādo nō noſcit̃ dn̄s rei ablate
nec eius heredes:varie ſunt opiniones. Quidam dicūt ꝙ
taliū reſtitutiones ꝑtinēt ad epiſcopum: ꝗa cum hmōi bo/
na ſint ꝓ animabus eoꝝ quoꝝ fuerūt fideliter diſpēſanda
per ꝯſequēs eoipſo ſunt ad diuinū cultū/ ⁊ ſubuentionem
pauperū ordinata. Solus aūt eccleſiaſticus prelatus eſt re
ctor ⁊ moderator diuini cultus:ac pater pauperū:et diſpē/
ſator rerum diuino cultui ordinataꝝ:ideo ſm iudiciū eius
incerta debita per eū diſpenſanda ſunt: vnde.lxxxvij. diſt.
Diuine.dicitur: Diuine retributiōis memor ad pontifica/
lem conſcientiā non ambigas pertinere egentiū cōmodis
piam ſollicitudinē nō negare. Huius opinionis videntur
eſſe Hoſtienſis ⁊ Johānes andree. ¶ Cōtrariū tenet Ar/
chidiaconus/dicens ſententiā Hoſtien̄. eſſe verā:dum nul
lus deputat⁹ eſt a teſtatore q̄ hoc exequat̃:ſed vbi certa per
ſona deputata eſt:illa exequat̃: vt.xij.q.ij.de laicis. in fine
capituli. immo perſona q̄ ad reſtitutionē tenet̃ per ſeipſam
tenet̃ hoc facere:et pauperibus erogare abſq3 licētia ⁊ au/
toritate ep̄i vel alterius ꝑſone eccleſiaſtice: vt ſatis colligi/
tur in.c.cum tu.de vſuris. ⁊ in glo.c.ſicut dignū.de homici
dio. vbi hmōi reſtitutio pauperibus facienda imponit̃ eis
qui iniuſte poſſederūt. Nec cōtra hoc facit. c.cum ſit.de iu/
deis.qđ dicit / ꝙ iudeis officialibus ſuꝑ chriſtianos tādiu
chriſtianoꝝ cōmunio in ꝯmertijs ⁊ alijs deneget̃: donec in
vſus pauperū chriſtianoꝝ ſm prouidētiā dioceſani ep̄i cō/
uertatur q̄cq̄d fuerit a chriſtianis adeptus occaſiōe officij
ſic ſuſcepti:et officiū cū pudore dimittat:qđ irreuerēter aſ/
ſumpſit. Qđ ca. Hoſtien̄. ꝓ ſua opinione allegat: qm̄ hoc
ca. loquit̃ de iudeo conſtituto in officio ſuꝑ chriſtianos:de
quo nō poteſt ꝑſumi ꝙ ipſe fideliter diſtribueret (accepta
ratione officij) chriſtianis pauperib⁹: ⁊ merito eſt ſuſpect⁹
Et ideo bene dicit canon: ꝙ hec reſtitutio fieri debet ſm ꝓ
uidentiā dioceſani:ſed nō eſt extendendus ad chriſtianos
reſtituētes:in quibus ceſſat hec ſuſpitio. Hāc opinionem
Archidiaconi ſequuntur plurimi canoniſte: eo ꝙ nullum
ius expreſſum cōtrarium dicit:ꝙ̄uis epiſcopus dicitur pro
curator pauperū:quia poteſt ꝓcurare pauperibus de ſuo
proprio ſi habet vel de fructibus eccleſie ⁊ alijs modis. Et
quia ſacerdotes ſimplices ſunt imperiti ꝓ maiori ꝑte: ep̄i
vero reputant̃ ſufficiētes: hinc inoleuit ꝙ hmōi reſtitutio
nes remittunt̃ ad ep̄os. Unde ſi cōfeſſor perit⁹ fuerit: ⁊ ſci
at ſufficiēter ꝯſulere:nō eſt op⁹ ꝙ remittat̃ ad ep̄os. ¶ Ad
rationē ꝓ alia opiniōe inductā / dr̄: ꝙ ꝙ̄uis ep̄i et ꝑlati ſint
diſpēſatores reꝝ dataꝝ eccleſijs:nō tamē ſeq̄tur ꝙ ſint diſpē
ſatores oim̄ q̄ ſm deū ſunt in diuinū cultū et in pauperes
eroganda:ſed ſolū eoꝝ que iam ſunt in diuinū cultū ordi/
nata: vt ſunt eccl'iaꝝ reddit⁹ ⁊ hmōi. nā ſi eſſent diſpenſato
res oim̄ erogādoꝝ/ſm hoc eēnt diſpēſatores oim̄ ſuꝑfluo
rū q̄ diuites ex diuino ꝑcepto tenent̃ pauꝑib⁹ erogare: ſm
illud. Qđ ſupeſt date pauꝑib⁹. Luc.xſ. Un̄ angel⁹ in ſūma
dat tale cōſiliū. Si hr̄ ep̄s talis ꝯditionis q̄ reddit⁹ ſuos di
ſpēſet i pauꝑes reſeruata ſibi ſolū neceſſitate: tūc tales ha/
bētes diſpēſare incerta nō debent hoc facere ſine eius cōſi/
lio ⁊ autoritate: ꝗa ꝑſumendū eſt ꝙ nouit melius pauꝑes

ꝙ alius aliquis. Si vero talis eſt epiſcopus q̃ de pauperibus nihil curat: ſed potius de pompis aut ſtatu aut ſublimatione conſanguineoꝝ: tali non ſunt danda talia incerta: quia q̇ tali ea daret: nō eſſet tutus in conſciētia: ſed ipſe ea diſpenſet: vel videat quomodo diſpenſent. Hec angelus. ¶ Huic vltimo ſatis cōcordat Sco. diſt. xv. quarti. q. ij. dicens. Si queris per manus cuius reddi debet pauperibꝰ. Reſpōdeo non inueni q̄s determinatus ſit neceſſario mediator in diſtribuēdo iſta pauperibus. ¶ Dicit vnꝰ doctor ꝙ cōfeſſor vel aliq̇s de cuius fidelitate credat. Videt̃ mihi ꝙ per ſeipſum: cōſilio tamen alicuius boni viri poteſt iſta diſtribuere pauperibus: q̇a tali mediatori poſſet dare vt reſtitueret de cuius fidelitate p̄ſumeret: et tamen ille ſibijpſi applicaret: vel alijs vſibus q̄ deberet. Unde vbi lex diuina vel eccleſiaſtica nō ligat pſonā: ſequēda eſt ratio naturalis: illa aūt dictat ꝙ pſona que tenet̃ magis reſtituat pauperibus p ſeipſam q̄ p aliam: licet nō excludendo cōſilium alterius boni viri: ſed includendo. Hec Sco. ſimiliter beatus Tho. nō determinat p quem. ¶ Ponit tamē Angelus quattuor caſus in quibus epiſcopus poteſt ſe intromittere de reſtitutionibus incertoꝝ. Primus: quādo mortuo illo qui debebat reſtituere: nullus eſt relictꝰ heres vel executor ad reſtituendū. Secūdus quādo is qui debet reſtituere nō vult: et in iudicio agit̃ contra eū. Tertius quando reſtituens male diſpenſaret: q̇a nō dicit̃ factū qđ aliter factū eſt q̄ debuit: poteſt ergo ſe intromittere vt legitime diſpēſet. Nec tamē excuſaret̃ ſi interueniente autoritate epī male diſpenſaret: nō eīm habet ſe intromittere niſi quatenus bene fiat: alioquin ambo incidunt celeſtem iracundiam. Quartus caſus eſt / quādo talia incerta poſſidētur a manifeſto vſurario: quia tūc ex diſpoſitione iuris diſpenſatio de

S bet fieri per epiſcopum vel eius autoritate: vt in. c. q̄q̄. de vſuris. li. vj. ¶ Sed querit̃ vtrū epīs poſſit ſibi reſeruare reſtitutionē incertoꝝ per ſua ſynodalia ſtatuta: et prohibere ne alius ſe intromittat: eoſq; excōicare qui cōtra huiuſmodi ſtatutū diſpēſent pauperibus. Reſpōdet Angelus ti. reſtitutio. ij. §. xiiij. in roſella. ti. reſtitutio. xv. §. ij. in fine. Johan. de lignano in dicto. c. cū tu. ſm Johā. cal. in quodam cōſilio ſuo: ⁊ fratrē Clarū ⁊ Hugonē / ꝙ epīs nō pōt de iure ſacerdotes excōicare q̃ ſe itromittūt de diſpēſatiōe icertoꝝ. Ex quo infert Angelus in ſumma ſua / ꝙ multo minus religioſos exeptos: et ꝙ nō eſt caſus ſuus: nec ſibi poteſt de iure reſeruare niſi in quattuor caſibus p̄dictis. Huic opinioni concordat Piſanella reſtitutio. vj. in additionibꝰ. Rich. in. iiij. Antoninus / Angelus ⁊ ceteri ſuprapoſiti cum plu

ꝓpō. 2. rimis alijs. Et quia ꝓbabilior videt̃ ſm eum ponit̃ hec ſecunda ꝓpoſitio. ¶ In reſtitutione vaga ſiue incerta. i. vbi verus dn̄s rei ignorat̃: ſatiſfacit detinēs ſi per ſe vel alium reſtituendū in pios vſus: hoc eſt eccleſie vel pauperibus / eius ordinatione fideliter diſtribuant̃. Patet ex premiſſis et cautius agit ſi de cōſilio alicuius prudētis boni viri agit. Excipit̃ tamen quartꝰ caſus ſupra dictus: in quo accedere debet autoritas dioceſani. Cōgruit etiā vt inter pauperes eligant̃ pauperiores: et inter equaliter pauperes iuſtiores quia nō tam paupertas q̄ religio attendenda eſt. Et conuenit vt detur pauperibus illius loci: in quo ablatio facta eſt q̇a ſic citius poſſent caſu ꝑuenire ad veros dn̄os: et magis preſumit̃ verū dn̄m in caſu voluiſſe reſtitutiones fieri pauperibus loci ſui / q̄ alienis: ⁊ ſic tenent doctores allegati. ¶ Quid aūt ſi facta reſtitutione in p̄dictos pauperes / apparet dn̄s rei vel eius heredes. Reſpondet̃ ꝙ ſi talis q̇ reſtituit fecit debitā diligentiā ad verū rei dn̄m inueniendū non tenet̃ amplius: quia bona fides nō patit̃ vt ſemel exactū exigatur: vt in regula. Bona fides. de re. iu. li. vj. Secus ſi nō adhibuit debitā diligentiā: quia ſic iterū tenet̃ reſtituere vero dn̄o. Non eīm aliena (cum ipſa potuiſſent eis

Dub. 5. T quoꝝ fuiſſent reſtituere) debuerunt pauperibus erogare. ¶ Quinto dubitari poteſt quādo reſtitutio facienda eſt: ſed de hoc ſatis habitū eſt in ſecūda cōcluſione. ¶ Sed dubitatur: an confeſſor poſſit dare dilationē obligato ad reſtitutionē. Reſpōdetur: quando certus eſt cui reſtitutio fieri debet: et reſtituere debēs eſt in ſoluendo / nō poteſt: q̇a nō poteſt deferri reſtitutio extra caſus ſupra cōcluſione ſecundo poſitos ſine pctō mortali: q̇a nō poteſt cōfeſſor dare licentiā peccandi. ¶ Eſt tamen vnus caſus ſingularis: qui tamen frequēter contingere poſſet: ſcilicet cū debens reſtituere et potens non vult reſtituere totū ſimul: forte ꝓpter aliqua cōmoda: licet nō ſufficiant excuſare: nec is cui tenet̃ vult dare aliquā dilationē. Utrū tūc ꝯfeſſor poſſit dare aliquā dilationē. Ad h̓ r̄ndet̃ in directorio ti. reſtitutio. ꝙ etiā ſi nō immineat ꝑiculū vite reſtituere debenti: vel aliud graue incōmodum: poteſt confeſſor cōſcientiā ſuā formare ex eo ꝙ intendat negociū vtiliter gerere creditoris: eo q̇a videt ꝙ nō ita cito: vel ita cōmode: vel nunq̄ poſſet rem ſuā recuperare. Et ſic dilationē ⁊ abſolutionē poteſt dare peccatori: dūmodo ꝓmittat bona fide certa die ſatiſfacere: vel aliam cautionē faciat: nō tamē iuramentū exigat: vt ita creditor habeat ſuū: et peccator nō recedat a ꝯfeſſore deſperatus. Cōcordat hoſtienſ. in ſumma. Qđ bene notent ꝯfeſſores: qui nō ſolum nō vtiliter gerunt negociū creditoꝝ: ſed potius dānoſe abſoluēdo illos q̇ reſtituerent ſi abſolutionem negarent: quia tenent̃ ipſi de omni dāno dato creditoribus. Hec angelus reſti. ij. Si vero reſtitutio fuerit vaga ſeu incerta: poteſt nō ſolum epiſcopus aut penitētiarius: ſed etiā proprius cōfeſſor ex rationabili cauſa dare dilationem reſtitutionis: ita tamē ꝙ per hoc nō ledant̃ pauperes ſicut faciūt qui talia cōcedūt ad pompā illoꝝ qui reſtituere tenent̃ ad damnationē tam cōcedentiū / q̄ illoꝝ quibus cōcedit̃. Si etiā reſtituere debens pauꝑ fuerit: et ad cōſiliū cōfeſſoris diſponat res reſtituēdas: poteſt cōfeſſor ſi viderit eum eque indigentē vel plus q̄ ceteros pauperes: quibus foret erogandū: ſibi remittere partem: vel etiā totum / ſi viderit tantā neceſſitatē. Et partē reſiduā nō remiſſam fideliter inter pauperes reſtituat ordine quo ſupra: ⁊ nihilo minus pro remiſſis impendat orationes deuotas: ⁊ ſi que alia bona poterit pro animabus eoꝝ quibus deberet̃ reſtitutio ſi ſcirent̃. Hec frāciſcus de platea in tractatu de reſti. reſtitutio. x. ¶ Dubitat̃ ſexto de ordine reſtitutiōis. Si de- Dub. 6. V

bitor pluribus obligatur: cui primū reſtituere tenet̃: dum non poterit oībus ſatiſfacere. Reſpōdet̃ / ꝙ ſi habet res aliquas nō ſuas: quarū dominiū eſt apud alios: ⁊ res extant: illa ante oia ſuis dn̄is ſunt reſtituenda: vt rapta / furata ⁊c̄. quia nunq̄ fuerūt ſua: ⁊ ideo in aliū vſum vel cōmodū nō pōt cōuertere. ceterū inter res reſtituēdas: quaꝝ habet dominiū: certa p̄ponenda ſunt incertis: in certis p̄ponendus eſt qui iure potior eſt. Inter quos multe ſunt diſtinctiōes: de quibus canoniſte late tractant ad quos remittit̃: quia magis reſpiciūt forū iudicij q̄ cōſciētie. Inter habētes eq̇le ius: qui eſt tꝑe prior / poſterioribus p̄ponit̃. Si aūt ſimul veniūt creditores ſm ratā ſingulis: quātū fieri poteſt: fiat reſtitutio. In incertis preferendi ſunt pauperes alijs pijs vſibus. Nam eſt multoꝝ opi. ꝙ de male queſitis reſtitutio eſt facienda pauperibus: et nō reparationibus eccleſiarū: niſi fuerit tanta eccleſie pauꝑtas: ꝙ nō ſufficiāt redditꝰ eccleſie ad eius reparationē: ⁊ reparatio ſit neceſſaria: et hoc cum licētia epiſcopi: vel ſm aliquos pape. Sed alij hoc intelligūt vt recitat Angelus in ſua ſumma reſtitutio. ij. quādo huiuſmodi reſtituenda ſunt legata pauperibus cui conſentit angelus. ¶ Et tantum de reſtitutione in generali quia de ſpecialibus dicet̃ queſtionibus ſequentibus.

Queſtio. iij.

## Conſequenter et ter A

tio querit̃ de varijs ſpeciebꝰ reſtitutionum ſm varias ſpecies alienatiōis rerum. Et primo de reſtitutione rerum in quaꝝ alienatione nō transfertur dominiū: vt in rebus occulte et violēter ablatis dn̄o rei nō cōſentiente: quomodo ſit in furto et rapina. Deinde de reſtitutionibꝰ rerū dn̄o earū conſentiente trāſlatarū. ¶ Circa p̄mū querit̃: vtrū oēs fures / raptores /

ac eorum

ac eoꝝ participes teneantur ad reſtitutionē rerū ſingu-
larū a ſuis dominis alienatarū. ❡ Tribus articulis que
ſtio tractabiꝛ. Premiſſis notabilib⁹ termini deſcribētur.
Secūdo ꝯcluſionibus ad titulū reſpōdebiꝛ. Tertio du-
[...]d. 1 bia diſſoluenꝛ. ❡ Quantū ad primū notandū: ꝙ furtuꝫ
[...]ta. 1. ſm bea. Tho. ſcd̃a ſcd̃e. q. lxvj. ar. iij. deſcribiꝛ. Eſt occul-
ta acceptio rei aliene. Veruꝫ: q: hec deſcriptio eſt nimis
generalis/accipiendo furtū ꝓprie. Cōuenit em̄ ſimonie
vſure/doloſe ſeu inique mercantie: ⁊ eſt nimis reſtricta/
accipiendo furtū cōiter ꝓ qualibet iniuſta ꝯtrectatione
rei aliene: quo mō accipiꝛ in ſeptimo p̄cepto. Non furtū
facies. vñ Aug. in lib. q. Exodi dicit. Furti noīe bene in-
telligiꝛ oīs illicita vſurpatio rei aliene. Non em̄ rapinā
ꝑmiſit qui furtum ꝓhibuit. Sed vtiq̧ furti noīe in lege
vete. te. ⁊ rapinā intelligi voluit. A parte em̄ totū ſignifi
cauit quicq̄d illicite rerū ꝓximi auferꝛ. xiiij. q. v. Penale.
Sic ergo capiendo furtū/diffinitio nō cōuenit oī furto.
Non em̄ cōuenit rapine: que tñ illo modo nō diſtinguiꝛ
a furto. ❡ Ideo aliter diffinit Raymū. quē cōiter ſequū
tur doc. Furtū ꝓprie acceptū eſt contrectatio rei aliene/
mobilis ⁊ corporalis/fraudulēta/inuito dño/gratia lu-
crandi rem ipſam vel vſum eius vel poſſeſſionem veraꝫ.
❡ Dicitur p̄mo ꝯtrectatio: qd̄ poniꝛ pro genere: que eſt
realis ⁊ exterior rei apphēſio: q: ſola volūtate aut ver-
bis nō cōmittitur furtū: licet voluntas furandi ſit pecca
tum: nō tñ d: furtum. Volūtate quidē ſit tranſgreſſio al
terius precepti ſcilꝫ. x. Non concupiſces rem proximi tui.
❡ Dicitur rei aliene: quia in re ꝓpria nō cōmittitur fur-
tum: qd̄ verum eſt: niſi alius haberet in re illa aliqd̄ ius:
puta cui res fuit impignorata vel cōmodata. Hanc em̄ ſi
dñs fraudulenter ⁊ occulte recipit: furtum cōmittit. Eſt
em̄ ſibi res aliena quātum ad vſum: inquātum alteri im
pignorata eſt aut cōmodata. Similiter ſi quis rem ſuam
apud aliū inuentā (ius in ea nō habentē) reciperet: non
cōmittit furtū: licet ius ſuū in re perdat: eo ꝙ ꝓpria auto
ritate eam tollit: ⁊ ipſe ſibi ius dicit. Et hoc de iure fori/
nō de iure poli: ⁊ ideo ad reſtitutionē nō tenetur: ſed de
hoc in dubijs. Sic ſi in extrema neceſſitate rem ꝓximi cō
trectaret: non cōmitteret furtum: q: tunc res nō eſt alie-
na. ❡ Dicitur mobilis: q: in re immobili/vt agro vel do
mo/non cōmittitur furtū: ſed bene ſpolium vel rapina.
❡ Dicitur ⁊ corporalis: q: in re incorporali vt in actione
vel ſeruitute nō cōmittitur furtū: quia nō poſſunt cōtre-
ctari. ❡ Dicitur fraudulenta: q: ſi quis credebat rem eē
ſuam. que tñ nō eſt ſua: vꝉ etiā ſi ſcit nō eſſe ſuā: credebat
tñ dñm rei non eſſe inuitū: ⁊ habuit rōnē iuſtā credendi:
non cōmittit furtū. In dubio em̄ p̄ſumitur dñs inuitus.
❡ Diciꝛ inuito dño: qd̄ intelligendū eſt tam de dño pro
pinquo ꝙ̄ ſuperiori vel remoto: q: ſi dñs ſuperior nō eēt
inuitus: nō eſſet furtū nec rapina. Sicut patet in ſpolia-
tione egypti ꝑ filios iſrael. Exodi. xij. Requiriꝛ igitur ꝙ
vterq̧ ſit inuitus: altero enim voluntario non eſt fur-
tum. vnde ſimonia aut vſura non dicitur furtuꝫ proprie:
q: volente domino rei/⁊ eius voluntate cognita/recipi
ens rem nō cōmittit furtū. Si tñ crederet dñm inuitum:
furtū cōmittit: ſic recipiēs quātum ad intentioneꝫ: nō tñ
tenetur ad reſtitutionē. Et d: dñs inuitus etiam dū videt
rem auferri ⁊ nō ꝯtradicit ꝓpter timorē vel verecūdiā:
alias nō ꝯtradicendo cū potuerit: videꝛ ꝯſentire. ❡ Di-
citur gr̄a lucrandi: q: ſi nō animo lucrandi: ſed aīo cuſto
diendi: vel reddendi cautioreꝫ dñm rei: aut alia ſimili cā
rem auferret: nō eſſet furtū. ❡ Diciꝛ rem ipſam vſum vel
poſſeſſionē: q: nihil refert an tollēs rem alienā intendat
ſibi appropriare rē ſiue ſolū vſum rei ſiue eius poſſeſſio
nē. Nā quodlibet hoꝝ intendat: furtum cōmittit. ❡ Et ſi
placet furtū apertius diſtinguere a rapina: addendū eſt
occulte. ſicut addit ſctūs Thomas: licet etiaꝫ ꝑ hoc ꝙ d:
fraudulēta ſatis diſtinguiꝛ: ꝙ̄uis minus aperte: de quo
ſtatim infra. ❡ Qd̄ etiā d: dño inuito: intelligi debet nō
actu illicito: ſed actu debito; vt tactū eſt queſtione prece
denti. ❡ Secūdo notandū: ꝙ in genere duplex eſt fur- Nota. 2.
tum: ſcꝫ manifeſtuꝫ. Et eſt qñ cum eo fur deprehenditur B
priuſq̄ veniat ad locū deſtinatū. Aliud nō manifeſtū: cū
quo ſcꝫ fur nō deprehendiꝛ. Sunt etiā quedā furta que
ſpecialia ſortiūtur noīa: vt ſacrilegiū qd̄ eſt furtū rei ſa-
cre: vel rei nō ſacre/de loco tñ ſacro. Unde ſacrilegiū d:
quaſi ſacriledium: vel quaſi ſacre legis leſio. Cōmittitur
ſacrilegiū vel in ꝑſonā: vt cū lediꝛ ꝑſona eccleſiaſtica: vꝉ
in locū: vt cū imunitas eccleſie vel cymiterij leditur: vel
in re: vt cum res aliqua ſacra de loco ſacro: aut res ſacra
de loco nō ſacro aufertur. vt hꝛ in glo. ſacrilegiū. xvij. q.
iiij. ⁊ in ca. Si quis contumax. in textu. eadem. q. Sic fur
tum cōmiſſum in re religioſa: vel in republica d: peculia
tus. Sic ſi diſperſo grege inde furetur: d: abigeatus. Si
militer furtū hoīs liberi venditi vel empti ſciēter d: pla-
giatus. Et eodem mō ſollicitatio ſerui alieni: vel aſporta
tio: vel ad aliam regionē furtiua ductio: cetera furta reti Nota. 3.
nent generale nomen furti. ❡ Tertio notandū: ꝙ rapi- C
na multipłr accipiꝛ. Uno mō largiſſime ⁊ improprie pro
oī indebita vſurpatione rei: ſiue tꝑalis ſiue ſpūalis. Sic
accipiꝛ ad Phil. ij. vbi de xp̄o dicit apl's. Non rapinā ar-
bitratus eſt eſſe ſe equalē deo: q: nō attribuit ſibi equali
tatem dei indebitā. Fuit em̄/⁊ eſt equalis patri ſm diui-
nitatē: ⁊ verus deus de deo vero. Hāc aūt rapere voluit
p̄mus parens. vt dicit Aug. Voluerūt rapere diuinitatē:
⁊ perdiderūt felicitatem. Et hui⁹ rapine penā ſoluit xp̄s
vt ait in Ps. Que nō rapui exoluebā. Scd̄o mō accipiꝛ
cōiter: minus tñ large pro vſurpatione vel retentione in
iuſta rei aliene tēporalis quacūq̧ ſiue manifeſta ſiue oc
culta: ⁊ ſic cōprehendit ſub ſe furtum rapinā ꝓprie acce
ptam/vſurā ⁊c. hinc Amb. in lib. de bono mortis. ⁊ hꝛ in
decreꝛ. xiiij. q. iiij. ſi q̄s. Si quis vſurā accipit: rapinā fa-
cit: vita nō viuit. ⁊ Aug. xiiij. q. v. Si quid. ait. Si q̄d inue
niſti ⁊ nō reddidiſti: rapuiſti. Et btūs Hieronymus ⁊ hꝛ
diſt. xlij. §. ordinādus. Aliena rapere cōuinciꝛ: q̄ vltra ne
ceſſaria ſibi retinere conatur. qd̄ intelligendū eſt de ſuꝑ
fluo nature ⁊ ꝑſone: ⁊ illo mō rapina nō diſtinguiꝛ a fur
to: etiaꝫ large accepto. Tertio mō accipitur ꝓprie ⁊ ſtri-
cte: vt diſtinguiꝛ ꝯtra furtū ꝓprie: ⁊ ſic rapina deſcribiꝛ.
Eſt rei aliene ꝑ violentiā ad lucrum facta illicita vſurpa
tio. ❡ Dicitur rei aliene: q: ſi quis per violentiā accipe-
ret rem ꝓpriā ab eo q̄ eam abſtulit dū aſportat: aut dum
poſtq̄ ad locū fur vel raptor ſe cōtulit ⁊ portauit: nō eēt
rapina: vt diceꝛ. ❡ Diciꝛ ꝑ violentiaꝫ/ad differentiā fur-
ti quo recipitur res aliena ꝑ fraudulentiā. ❡ Dicitur ad
lucrū/eadē rōne qua in diffinitione furti: q: ſi quis violē
ter eriperet gladiū de manu furioſi ad ꝓhibendū homi
cidiū nō eſſet rapina. Similꝛ ſi quis auferat ancillā ali-
cuius vt forniceꝛ cū ea: nō eſt rapina: licet poſſit dici ra-
ptus: vt eſt ſpecies luxurie. ❡ Dicitur illicita: q: propter
ablata violenter in bello iuſto ab hoſtib⁹: ſimiliter cum
alias debitū ab aliquo inuito publica autoritate auferꝛ:
nō cōmittitur rapina. ❡ Ex illo pꝫ duplex differentia in
ter furtū ⁊ rapinā. Prima: q: furtū ſit occulte: rapina ma
nifeſte: hāc innuit pħs. v. ethicoꝝ. c. iiij. Similꝛ ⁊ ſecūdo
q: furtū ſit doloſe: ſed rapina/vt dictū eſt: violenter. Ac
cipitur tñ rapina ſtrictiſſime: vt diſtinguiꝛ ꝯtra predatio
nē. Et tūc rapina reſpicit res imobiles: depredatio vero Nota. 4
mobiles. Cōiter tñ accipiūtur ꝓ eodem indiſtincte: ⁊ ita D
diffinita eſt: ⁊ ſic accipiꝛ in ꝓpoſito. ❡ Quarto notādū:
ꝙ cū rapina ſicut ⁊ furtum dicūt ablationē rei aliene cō
tra voluntatē dñi rei: q: dño inuito ſm modos inuolun-
tarij poſſunt diſtingui ſpecies ſeu modi rapine. Eſt em̄
voluntariū ſimpłr: ⁊ quādoq̧ ſm quid ſiue ex conditio
ne: vt pꝫ. iij. Ethicoꝝ: ⁊ ꝑ oppoſitū de inuoluntario. Un
ablatio rei ſimpłr eſt inuolūtaria: que eſt volita actu eli-
cito: ⁊ talis ablatio quaten⁹ eſt aperta ⁊ iniuſta: eſt mani
feſta rapina: q: ſit ꝑ manifeſtā violentiā. Quādoq̧ vero
ablatio eſt inuoluntaria ex ꝯditione: q: nollet eā fieri ſi
prohibere poſſet ſine maiori dāno; vt dū ſubditi patiunꝛ

oppreſſiones a ſuis dominis iniuſtas. Et hmõi extorſio
nõ effugit rõnẽ rapine: Et ſm hoc varijs modis cõmitti/
tur rapina: ſcȝ manifeſte vt a latronibꝰ ⁊ publicis rapto
ribus/ac viarũ inſidiatoribꝰ: q̇ vagant̃ ⁊ vndecunq; pñt
rapiũt. Fit in naufragijs: fit in pedagijs: fit in q̃ſtibꝰ ⁊ tal
lijs ⁊ ſilibus. Fit in guerris ⁊ bellis: fit in varijs tam do
minoꝝ ꝙ̃ officialiũ extorſionibꝰ: de quarũ reſtitutionibꝰ
Nota.5. E videndũ. ¶ Quinto notandũ: ꝙ oĩs rapina ſimiliter et
furtũ pctm̃ eſt: q; includũt in ſuis rõnibus iniuſticiã. Nã
vt dictũ eſt: ſi res aliqua iuſte auferat̃ ſiue ignorante do
mino: ſiue ſciente ⁊ nolẽte: neq; furtũ d̓: nec rapina. Vñ
vt dicit btũs Tho. ſcd̓a ſcd̓e. q. lxvj. arti. viij. Rapina di/
cit quãdam violentiã ⁊ coactionẽ: per quã ꝯtra iuſticiaȝ
aufertur alicui qđ ſuũ eſt. Coactionẽ aũt iuſtã in huma/
na ſocietate nemo habet: niſi publica poteſtas. Idcirco
ꝓuata ꝑſona nõ vtens publica ptãte ſi quid ꝑ coactionẽ
aut violentiã aufert: iniuſte agit: ⁊ rapinã cõmittit. Prin
cipibus vero ac rectoribus cõitatum publica ptãs ad h̓
cõmittitur: vt ſint iuſticie cuſtodes: ⁊ iõ non licet eis vio
lentia ⁊ coactione vti: niſi ſm iuſticie tenorẽ: ⁊ hoc vl̓ cõ
tra hoſtes pugnando: vel cõtra ciues malefactores pu/
niendo. Et qđ ꝑ talem violentiã aufertur: nõ habet ratio
nẽ rapine: cũ nõ ſit cõtra iuſticiã. Si vero ꝯtra iuſticiam
aliqui auferũt ꝑ publicã ptãtem violenter res alioꝝ: illi
cite agunt ⁊ rapinaȝ cõmittunt. ¶ Sed ſi pergis q̃rere:
an oĩs rapina ⁊ furtum/ſint pctm̃ mortale. Rñdetur/ꝙ
ſic de ſuo genere. Patet: q; eſt ꝯtra expreſſum ꝑceptũ ne
gatiuũ decalogi. Non furtũ facies. Ubi furtũ accipitur
cõiter pro oĩ iniuſta rei ablatione: ſiue ꝑ fraudem occul/
te ſiue per violentiã manifeſte: vt dictũ eſt: ⁊ ita illo ꝑce/
pto ꝓhibet̃ omne furtũ ⁊ oĩs rapina: ⁊ ꝑ ꝯñs eſt morta/
le per diffinitionẽ mortalis pcti beati Augu. vt habet̃ in
ſcđo. Si tñ aliq̇d minimũ ꝯtrectaretur ex ſurreptiõe: nõ
ex malicia: excuſaretur a mortali: vt dicit ſctũs Tho. Et
d̓: non ex malicia: q; quãtumcũq; modica ſit res q̃ aufer
tur: ſi tñ ablatio ꝓcedit ex affectu nocẽdi ꝓximo: aut ex
cupiditate poſſidendi rem alienã: ⁊ ꝓſumitur ꝙ ablatio
rei tam modice ſit ꝯtra voluntatem dñi eius: nõ excuſat̃
a mortali. Cum etiã ſola voluntas ⁊ ꝯcupiſcentia rei pro
ximi eſt mortale ⁊ cõtra decimũ ꝑceptum. Non concupi
ſces ⁊c. ¶ Differunt tñ rapina ⁊ furtum in rõne pcti: q;
ceteris paribus rapina eſt grauius pctm̃ furto. vñ Aug.
in lib. q. Exod. Penale eſt occulte auferre: ſed multo ma
ioris pene eſt viſibiliter eripe. xiiij. q. v. Penale. vbi glo.
Penale. ideſt dignũ pena. ¶ Magis em̃ delinquit ra/
ptor ꝙ̃ fur: duplici rõne ſm btm̃ Thomã vbi ſupra ar. ix.
Prima: q; cum furtũ ⁊ rapina ſint pctã pro quãto per ea
aufertur res aliena inuito dño: quãto dñs rei eſt magis
inuitus ſeu inuolũtarius: tanto grauatur pctm̃ ablatio/
nis rei. Nunc aũt violentia q̃ eſt rapina: directius oppo/
nitur volũtati ꝙ̃ ignorantia q̃ eſt in furto. Secũda: q; ꝑ
rapinã nõ ſolum infertur damnũ alicui in rebus: ſȝ etiaȝ
vergit in quãdã ignominiã ⁊ iniuriã. ideſt vilipenſioneȝ
ꝑſone dãnificate q̃ preponderat fraudi ⁊ dolo: que ſunt
in furto. Et põt addi tertia: q; maior eſt temeritas ⁊ perti
nacia in rapina ꝙ̃ in furto: ⁊ ita intenſior voluntas aufe
rendi rem alienã: ⁊ per ꝯſequẽs grauius pctm̃ in rapina
nam intenſio volũtatis male: aggrauat peccatum. ſicut
eregione intenſio volũtatis bone auget meritũ. Maior
em̃ eſt temeritas ⁊ intenſior voluntas in pctõ publico ꝙ̃
occulto. Magis em̃ vult auferre alienũ: qui minꝰ retra/
hitur ab illa voluntate: q; firmius inheret paratꝰ defen/
dere ſuã voluntatẽ ꝯtra repugnantes: ⁊ ita eſt in rapina
Nam raptor nõ retrahitur verecũdia: quia publice rapit
paratus defendere: q; violenter rapit: ⁊ frons meretri/
cis factus eſt ſibi neſciens verecũdari: qđ aggrauat pec
catum. Nec impedit ꝙ raptor magis verecũdatur de fur
to ꝙ̃ de rapina. De maiori aũt turpitudine magis verecũ
damur: ⁊ ita maior videtur eſſe turpitudo in furto ꝙ̃ in
rapina: ⁊ ita magis pctm̃: q; vt dicit Thom. ex quo homi
nes ſenſibilibus inherentes magis gloriantur de virtu/
te exteriori que manifeſtatur in rapina: ꝙ̃ de virtute inte
riori que tollitur per pctm̃: ⁊ ideo minus verecũdant̃ de
rapina ꝙ̃ de furto: q; furto adeſt quidã timor ⁊ puſillani
mitas: quã magis deteſtantur/ꝙ̃ audaciã. Addit̃ ⁊ quar
ta ratio: quia plus punitur rapina ꝙ̃ furtũ: taȝ ſm leges
ꝙ̃ canones. Nam ſm canones excõicatur ab epõ in cuiꝰ
dioceſi rapinaȝ cõmiſit: de rapto. c. j. ⁊. ij. Nec abſoluitur
niſi prius emendet ablata reſtituendo ſi poterit. Si aũt
nolit ſatiſfacere vel ſatiſfaciendi plenã ſecuritatem dare
negetur ei bñficiũ pñie. Et ſi vſq; ad obitũ in obſtinatio
ne fuerit: ⁊ tunc emendationẽ: vel emendandi ſecurita/
tem ꝑſtiterit: pñiam ⁊ viaticũ ac ſepulturaȝ habebit. Si
ꝟo in morte ſatiſfacere nõ poterit: cõtritus viaticũ habe
bit: ⁊ eccl̓iaſtica ſepultura carebit: vt in ca. ſuꝑ eo. de rap.
Et hoc ad terrorẽ alioꝝ: vel ad cõfuſionẽ cognatoꝝ: vt ꝑ
hoc inducant̃ ad ſatiſfaciendũ. Et additur in. c. allega/
to: ꝙ ſi qui preſbyteroꝝ vel clericoꝝ ꝯtra hoc in vita vel
in morte pñias dare vel ſepulture intereſſe: aut eoꝝ ele/
moſynas accipere attentauerint: ſi huius rapine partici
pes inuenti fuerint: ordinis ſui dãnum irrecuperabiliter
patiant̃: ⁊ eccleſiaſtico beneficio careant. Et intelligit h̓
Hoſtieñ. ſi ſepe admonitꝰ ſit: vel ſi fuerit et modico tꝑe
cõtumax fuerit abſolutꝰ: ꝑ ꝓpriũ preſbyterũ ſepeliẽdus
erit: ⁊ heredes cogentur ꝑ cenſurã eccleſiaſticã ſatiſface
re ſm facultatẽ defuncti. eodẽ ti. in lr̄is. Et eſt idem: ſi in
morte conſtitutus ſatiſfacere ꝓmiſit ſi cõualeſceret: ⁊ añ
ſatiſfactionẽ deceſſit. Simil̓r etiã ſi in vita ſatiſfacere nõ
poſſet: nõ negaret̃ ei pñia ſi emendare ꝓmitteret: ⁊ ſi ad
pinguiorem fortunã veniret. Et intelligenda ſunt hec de
raptoribus notis nõ de occultis. ⁊ idẽ intellige de ꝑdoni
bus. ¶ Utrũ aũt furtũ ⁊ rapina differant ſpecie in gene
re moris ſiue pcti: parũ refert in ꝓpoſito. certũ eſt ꝙ eo
dem ꝑcepto ꝓhibentur. Signãtur tñ ꝑ diuerſas ſpecies
accidentaliter differẽtes: ⁊ ſuꝑfluũ iudico talia hic indu
cere. ¶ Ultimo notandũ: ꝙ duplices ſunt participãtes Nota.6.
cũ furibus ⁊ raptoribus. Quidã participãt in actu furã/
di vel ſpoliandi: quidã in re ꝑ furtuȝ vel rapinã acq̇ſita.
Primi ſunt qui dederũt occaſionẽ iubendo/ꝯſulẽdo ⁊c.
ſine qua actus furti vel rapine nõ fuiſſet cõmiſſus. Secũ
di ſunt q̇ nõ dederunt occaſionẽ actu: ſed tñ in rebꝰ ſub/
tractis participant illas a raptoribus accipiendo/emen
do/vtendo/cõſumendo ⁊ hmõi: ⁊ hoc fieri põt ſcienter
vel ignoranter. Et tantũ de arti. j. ¶ Quãtum ad articu Arti.2.
lum ſcđm eſt ꝯcluſio prima. Oĩs fur atq; raptor ſingula Cõcl̓.1.
furto aut rapina acq̇ſita tenetur dño rei reſtituere: ſi ea/ F
rum reſtitutio fuerit in ſua poteſtate. Probat̃ cõcluſio:
quicũq; aliq̇d acquiſiuit iniuſte/doloſe aut violenter cõ
tra dñi voluntatem: tenetur id reſtituere dño rei ſi fuerit
poſſibile: ſed oĩs fur ⁊ raptor eſt hmõi: ḡ tenetur ⁊c. Cõ/
ſequẽtia nota: q; in ꝓmo prime. Maior ꝓbata eſt q̃ſtio/
ne ꝑcedenti. Minor etiaȝ patet ex deſcriptionibus furti
⁊ rapine in priori arti. poſit. ¶ Qđ dicit̃ dño rei: et ſi re/
ſtitutio in ſua fuerit poteſtate: ꝑcedenti q̃ſtione declara/
tum eſt. vbi oſtenſum eſt q̇d/⁊ cui ſit facienda reſtitutio
⁊ ſm modificatiões ibi tactas intelligenda eſt hec cõclu
ſio. ¶ Secunda ꝯcluſio. Oĩs participans in actu vel re
ablata cũ fure vel raptore ad reſtitutionẽ tenetur ſm di Cõcl̓.2.
uerſos tñ ꝑticipationis modos diuerſimode. Patet con
cluſio: q; participãs in actu tenet̃ ad reſtitutionẽ totius
ſi ſine eius cooperatione actus nõ fuiſſet cõmiſſus: vt di
ctum eſt q̃ſtione ꝑcedendi. Participans aũt in re ipſa te
netur reſtituere partẽ illam in qua participauit: vt infra
particularius dicet̃. In alia em̃ parte ablati q̃ ad eũ non
peruenit: nõ eſt culpabilis: ſi tñ nõ participauit in actu.
¶ Quãtum ad tertiũ articulũ eſt primũ dubiũ ꝯtra pri/ Arti.3.
mã concluſionẽ. Nã qui furatur ex pietate vt faciat ele/ Dub.1.
moſynã: nõ tenetur ad reſtitutionẽ: ḡ ꝯcluſio falſa. Ante G
cedẽs ꝓbatur: q; nullus tenetur ad reſtitutionẽ rei quã
tenet ſine pctõ: ſic aũt furans nõ peccat: qđ ꝓbatur: q; ſi

peccaret maxime cōtra preceptum ſecunde tabule. Non
furtum facies: ſed hoc nō: quia oīa peccata cōtra prece-
pta ſecūde tabule/ſunt ꝯtra charitatem ꝓximi: ſicut pec
cata cōtra p̄cepta prime tabule ſunt cōtra charitatē dei:
ſed furtum p̄ſertim in caſu argumēti/nō eſt contra cha-
ritatem ꝓximi: ſtat eñ cum ea. Nā charitas ꝓximi eſt vel
le ei dilectionē dei ꝛ eterna bona ac cetera ad beatitudi-
nē ꝓmouentia: vt habitū eſt in. iij. diſt. xxviij. Sed hoc
poſſet velle proximo: ꝛ tñ nihilominꝰ aliquā rem tēpora
lem ſibi ſubtrahere: maxime q̄ ſibi non eſt neceſſaria ad
ſalutem ꝛ p̄ſertim ſi eſt ſibi impedimēto: vt ſunt bona ex
teriora ſuꝑflua: que tenetur erogare indigentibus: vt dr̄
Luce. xj. Quod ſupeſt date elemoſynā. Illa eñ poſſuʒ nol
le proximo ex charitate. Ad hoc reſpōdetur/ꝙ nequaq̄
eſt furādum proximo etiam ſuꝑabundanti/vt detur ele
moſyna: niſi in extrema neceſſitate proximi: ſed tunc ceſ-
ſat ratio furti. In illa eñ poſſet quis de rebꝰ diuitis ſub-
uenire ꝓximi neceſſitati: dum de ſuis nō poſſet ſicut ꝛ ſi-
bi ipſi: ꝛ de hoc Augu. in home. Forte aliq̄s cogitat ꝛ di-
cit: multi ſunt xp̄iani diuites/auari/cupidi: non habebo
pctm̄ ſi ſuū illis abſtulero: ꝛ pauperibꝰ dedero. Vn̄ eñ il
li nil boni agunt: mercedē hr̄e potero: ſʒ hmōi cogitatio
a diaboli calliditate ſuggerit̄. Nam ſi totū tribuat paupe
ribus qđ abſtulerat: addit potius pctm̄ q̄ꝫ minuat. Hec
Augu. xiiij. q. v. forte. Non eñ ſunt facienda mala vt eue-
niant bona ad Rom̄ iij. furari aūt malū eſt: q: ꝓhibitū.
¶ Sed ad rationē dr̄ ꝙ omne pctm̄ eſt peccatū inquan-
tum eſt cōtra charitatē dei: q: ratio peccati ſm̄ Augu. et
Amb. cōſiſtit in tranſgreſſione legis diuine: que obuiat
charitati dei. Unde cōmiſſum in ꝓximū: ideo eſt peccatū
q: a deo ꝓhibitū: ꝛ dilectio charitatiua ꝓximi includit di
lectionē dei: vnde nō pōt charitatiue diligi ꝓximus: niſi
diligat̄ deus. Nec diligit̄ deus ab eo qui p̄cepta eius nō
ſeruat. Concedit̄ ergo: ꝙ peccās contra p̄ceptum ſecun
de tabule: peccat cōtra charitateʒ ꝓximi: ſed nihilominꝰ
magis ꝯtra charitatē dei. Et cū arguit̄: furtum ſtat cum
charitate ꝓximi: neget̄. Et conſequēter dr̄/ꝙ diligere ꝓ
ximū charitatiue eſt velle proximo dilectionē dei: ꝛ bea-
titudinē: ꝛ quicquid boni deus vult nos ꝓximo velle: ꝛ
nolle oē malū qđ deus vult nos proximo nolle. Et ꝑ h̄ q̄
tp̄alia mala vult proximo contra legem dei: licet nō con
traria ſaluti: nō diligit proximū: ꝛ ſic nō ſtat furtum cum
dub. 2. charitate ꝓximi in caſu argumēti. ¶ Scđo dubitat̄: vtrū
vxor que aliqua ſubtrahit/reſeruat/exponit ſeu diſpen-
ſat viro ignorante: teneatur ad reſtitutionē viro: ſimili-
ter vir vxori: ꝛ proles parenti. ¶ Pro horū ſolutione ad
uertendū ꝙ exiſtentiū in coniugio triplicia ſunt bona: q̄
dam ſunt ꝓpria viri: quedam ꝓpria vxoris: quedam cōia
vtriuſq̄. Cōia vtriuſq̄ ſunt que cōibus laboribus lucran-
tur: vt fructus dotis ac donationis ꝓpter nuptias. Eſt
aūt dos id qđ donatur viro a parentibus vxoris: aut ip̄a
vxore: vel alijs/ad ſubleuationē onerū matrimonij. Sʒ
donatio ꝓpter nuptias eſt qđ ſponſus ſponſe donat qñ
ab ea dotem accipit: ꝛ idem ſi dotem non acciperet: vt in
§. illud. de dona. inter virū ꝛ vxorem. c. nuper. Bona viri
ſunt cetera bona q̄ vir ſua induſtria ac labore vel alias
(nō concurrente vxore) collaborando habet vel acqui-
rit: vt ſunt etiā bona paterna: aut hereditaria p̄ter doteʒ
ꝛ donationem ꝓpter nuptias. Bona vxoris/ſunt bona
parafernalia. ideſt quecūq̄ habet mulier p̄ter dotem: a
para qđ eſt iuxta: ꝛ ferna qđ eſt dos quaſi iuxta dotem:
vt ſucceſſiones hereditarie legata ei vel donata. Item ſi
mulier vltra gubernationē domus exerceret artē aliquā
lucroſam: vt q: textrix eſt: vel lanaria: netrix vel negocia
trix: ꝛ ſimilia. ¶ Scđo aduertendū: ꝙ vt dicit angelus
in ſum. in verbo Vxor: ꝙ vxor qñq̄ operatur in bonis vi
ri ꝓ vſu ſuo: vtputa in lana viri vt faciat veſtimentū: vel
in lino vt faciat linteamina ꝓ vſu domus: ꝛ ſic lucratur
viro. Nec minus illa ſunt viri/q̄ꝫ ſi nihil operis in eis fe-
ciſſet: nec preciuʒ laboris petere pōt a viro. Aut laborat
in rebus viri: aut alijs quibuſcūq̄ nō ad cōmunem vſuʒ:
ſed vt inde lucrum habeat: ꝛ ſic non cedit lucro viri. hoc
eſt nō viro: ſed ſibi lucratur: niſi qñ nō attulit dotem ſuf
ficientem ad alendū ſe ꝛ cōes liberos cū marito: qñ ma-
ritus nō habet alia bona ſufficientia. Sed ſi attulit dotē
ſufficientem ad alendū ſe ꝛ cōes liberos: vel ſaltē ſe qñ
maritus habet alia bona ſufficientia: nō tenetur cedere
lucro mariti: ſʒ pōt in eis bonis vl' i alijs laborare: vt ha
beat p̄cium laboris ꝛ ſibi acquirit. Et hoc patet: q: muli-
er nō tenetur laborare pro viro: ſi habet dotem ſufficien
tem pro parte onerum ſupportanda: vel al's alimenta iu
re legati. Nec pōt etiam vir eam cōpellere ad laborandū
ſubtrahendo alimenta: vt vult Panor. in ca. lr̄as. de re-
ſti. ſpolia. Si vero vxor nō portauit dotem ſufficientē ad
ſuſtentanda onera matrimonij: ſaltem pro parte: labora
re debet ꝓ ipſis oneribus ſupportandis: ꝛ ſi nō vult: vir
poteſt ei negare alimenta. Iura vero que vident̄ velle:
ꝙ ſimpl'r cedat lucro viri: ꝛ ꝙ debet eſſe in officio viri: de
bent intelligi quātum ad debitū reddendū: ꝛ dum labo
rat ꝓ vſu ſuo in re viri: al's nō habet veritatem. Sic ꝙ di
citur eſſe pene famula viri de dn̄io viri intelligendū eſt:
nō ſimpl'r: ſed ſm̄ quid: inquātum eſt ſub eius cura: ꝛ de
bet regi ab eo: ꝛ quoad debitū cōiugale: q: non trāſit in
ꝑtātem viri. Vel dicit̄ ſm̄ eūdem ꝙ p̄dicta debent intel-
ligi quoad obſequialia opera in domo/vt cuſtodire res
viri: reſpicere coquinā: parare cibos: lauare ordinare vtē
ſilia domus ꝛ ſimilia. Et hoc attenta conditione mulie-
ris: q: ſi nobilis fuerit: ad vilia opera cogi nō debet: et ſi
deſiſteret a talibus obſequialibꝰ operibus ꝛ parue eſti-
mationis ꝓpter faciendam artem: pars lucri talis artis
cōicari deberet cū viro/ſm̄ iudiciū boni viri: qđ autē vl-
tra talia obſequialia exercens per artē lucratur: pōt ſibi
retinere tanq̄ꝫ ꝓpriū: ꝛ nō cogitur cōicare. Hec Angelus ppō. 1
¶ His p̄miſſis rn̄detur ꝑ aliquas ꝓpoſitiones. Prima.
Vxor ſi de rebus mariti ꝓprijs aliqua diſpenſando ſub-
traxerit. reſtituere tenetur: niſi extrema neceſſitas ſuorū
liberorū vel familie excuſauerit. Patet: quia vxor in rebꝰ
mariti nullam habet diſpenſandi facultateʒ multo minꝰ
q̄ꝫ vir in rebus vxoris. Ex quo ſequit̄ ꝙ de his bonis vxor
elemoſynā facere nō poteſt: nec quicq̄ꝫ in pios vſus con
uertere. ¶ Dicitur niſi excuſet extrema neceſſitas. Eadē
rōne qua ſupra dictum eſt de extrema neceſſitate. ¶ Se ppō. 2.
cūda ꝓpoſitio. Vxor de ſuis bonis parafernalibus vel
lucris diſtrahens vel diſponēs marito ignorante: etiam
ꝓhibente: nō tenetur reſtituere: niſi cetera viri bona ad
alendū proles ꝛ cōiugem nō poſſent ſufficere. Probat̄:
quia quātuʒ ad bona ſua ꝓpria/vxor nō ſubeſt dominio
viri: vt dictum eſt: ꝛ ꝑ ꝯſequēs quātum ad illa eſt ſui iu-
ris in diſpenſando. Satis concordat ſan. Tho. ſcđa ſcđe
q. xxxij. arti. viij. Item dū ſufficit dos ad alimentū: non te
netur vxor laborare ad lucrū: ideo ſi ſua ſponte lucratur
ſuū erit lucrū: vt dictū eſt. Sed de ſuo quilibet poteſt diſ
ponere vt vult: niſi lege aliqua ꝓhiberet̄: que in ꝓpoſi
to nō apparet. ¶ Et dr̄ niſi cetera ꝛc. quia in hoc caſu te
netur laborare ad educationē puerorū ſui ꝛ cōiugis iure
naturali: ideo lucra in alios vſus non poteſt exponere.
¶ Tertia ꝓpoſitio. Vxor ſi de bonis cōibus contra viri ppō. 3.
ꝯſenſum/expreſſum vel p̄ſumptum extra caſum neceſſi-
tatis occulte tenet vel derogat: viro ad reſtitutionem te
netur: niſi negocia viri vtiliter agat. Probatur cōcluſio:
q: diſpenſatio bonorū cōmuniū ad virum pertinet tanq̄ꝫ
ad caput ꝛ p̄ncipalem domus gubernatorem: ideo deil-
lis cōtra viri conſenſum nō habet facultatem diſpenſan
di extra caſus in ꝓpoſitione deſignatos. ¶ Dicit̄ primo
de bonis cōibus/ꝓpter dicta in ſecūda ꝓpoſitiōe. ¶ Di
citur cōtra viri cōſenſum: q: conſentiente viro/pōt de re
bus cōibus diſponere. ¶ Dicit̄ verū vel preſumptū: q:
ſi ex cōſuetudine loci/aut alijs ſignis pōt probabiliter
preſumi de conſenſu: pōt erogare: ꝛ nō tenetur reſtitue-
re. Gratia exempli: ſi cōſuetudo loci ita habet ꝙ vxores

de pane ⁊ vino ⁊ hmōi faciunt elemoſynas: poteſt preſu
mere: ⁊ ſine requiſitione viri dare: q: conſuetudo dat iu
riſditionē. Et licȝ viri aliquando ꝓhibeant: dicit Angelꝰ
in ſum. i verbo elemoſyne. §. vij. debet mulier ſibi forma-
re conſcientiā ſm Rodon. ꝙ ideo faciunt ne nimis dent:
ſed temperate. Et ſuo modo intelligendū eſt de alijs cō-
ſuetudinalibus mulieribꝰ. ¶ Dicit niſi negocia viri vtili
ter gerat: nam vxor habēs virum ꝓdigum/inutilem ſua
male vel turpiter diſpenſantē: ac ſibi ac liberis non ſatis
(vt pōt ⁊ tenetur) ꝓuidentē: aliqua celat de bonis cōi-
bus: imo de bonis viri ꝯtra eius ꝓhibitionē: vt ſibi ⁊ vi
ro ꝓuideat tēpore neceſſario: nec peccat: nec ad reſtitu-
tionem tenet: neqȝ ad obediendū viro p̄cipienti ſibi/ꝙ
oīa ei tradat: q: hoc eſſet dare gladium furioſo. Sic ſi vi
det virum crudelem ac ꝑuerſum ac ſceleratum: pōt dare
moderatas elemoſynas: aut in pias cauſas: vt deus ſuſ
pendat iram ſuam aut illuminet ⁊ cōuertat eum: dū hoc
agit occulte ⁊ ſine ſcandalo viri. Nam his placatur deꝰ/
vt oſtēdit btūs Hiero. ſup Malach. ⁊ recitatur. xvj. q. j.
reuertimini. Sic em̄ abigail mulier ſapiens liberauit vi
rum ſuū nabal ſtultum a morte ꝓpter panes ⁊ cetera da
tos dauid ꝯtra voluntatem viri: vt habet. j. Reguȝ. xxv.
Et ſicut mulier poteſt in neceſſitate aliqua expendere in
medicos corporis: etiam viro nō conſentiente: ita in ne-
ceſſitate aīe. ¶ Dictum eſt etiā extra caſum neceſſitatis.
qđ quotiens dicitur intelligendū eſt: nō tm̄ de neceſſita-
te mulieris: ſed etiaȝ viri/liberoꝝ/familie: imo extraneo
rum: qm̄ in eoꝝ extrema neceſſitate poſſet ⁊ deberet fu-
rari: hoc eſt res proximi auferre: ⁊ ſubuenire neceſſitatē
patienti: dum nō aſſit alius qui poſſit ⁊ velit ſubuenire.
Sic etiam ſi vir ad reſtitutionē male ablatoꝝ teneretur:
nec induci poſſet ad reſtituendū aut cōpelli: poſſet vxor
de bonis viri reſtituere: caute tm̄ et prudenter: q: in hoc
vtiliter ageret negociū viri prouidendo anime ſue: ſicut
poſſet ꝓuidere corpori eius in infirmitate medicoꝝ ope
etiam ipſo nolente. de hoc infra. ¶ Quarta propoſitio.
ppō. 4. Maritus diſtrahens doteȝ vxoris: aut propter nuptias
donatū: tenetur reſtituere quicq̇d fuerit diſtractū. Pro-
batur: q: dos eſt proprium patrimoniū mulieris: de qua
vir tenetur mulierē ⁊ onera matrimonij ſuſtentare. Vn̄
ſoluto matrimonio tenetur vir aut heredes dotem reſti
tuere: lucratur tm̄ vir fructus rerū dotaliū ꝓpter onera
matrimonij. Unde fetus dotaliū pecoꝝ ad maritū perti-
nent: qui in fructꝰ cōputant. ſic tm̄ vt ſuppleat inde mor-
tua capita ex iam natis fetibus. Qđ aūt lucrant fructus
verū eſt: ſi ſuſtinet onera matrimonij: alr̄ nō: ſed vxori re
ſtituitur. ¶ Si queritur cui reſtituenda eſt dos. Rn̄det
ſi dos fuerit ꝓfecticia: ſcȝ que a patre vel auo aut nomie
eoꝝ ac eorū bonis datur: redditur patri ſi mulier premo
riatur ſi nō reliquerit filios: alr̄ de cōſuetudine remanet
penes liberos. Si vero vir premoritur: reddi debet pa-
tri ⁊ filie: nō tm̄ poteſt pater eā petere niſi accedente vo-
luntate filie. Si autē dos fuerit aduenticia: hoc eſt data
ab ipſa muliere vel quocūqȝ alio a patre ⁊ auo: ſi premo
ritur mulier: ad eius heredem ꝑtinet dos. ſi premoritur
vir: ad vxorem redibit. Et ſi dos cōſiſtit in rebus imobili
bus: debet reſtitui ſtatim ſoluto matrimonio. Si in mo-
bilibus/reſtitui debet infra annū a marito: ⁊ hoc inquā
tum facere pōt habita rōne ne egeat. Ponet tm̄ cautionē
ꝙ ſi ad meliorē fortunā ꝑuenerit ſoluet reſiduū: ⁊ hoc
priuilegiū tranſit ad filios eiuſdē matrimonij: ⁊ non ad
heredes extraneos: pōt tm̄ vir detrahere expenſas neceſ
ſarias: nō aūt volūtarias aut voluptuoſas. Et ſunt mu-
lieri obligata oīa bona viri: nec ꝑdit ea ꝓpter delictū vi
ri: ſed ꝓpter adulteriū perdit: ⁊ vir lucrat eaȝ. Et p̄dicta
de reſtitutiōe dotis vera ſunt: niſi interueniat pactū: aut
conſuetudo loci alia: aut ſtatutū municipale aliter diſpo
nens: i hoc em̄ magis ſtat legi municipali ſeu ſtatuto ꝙ̄
iuri cōmuni. Multa de dote ⁊ donatione ꝓpter nuptias
tractant canoniſte ⁊ legiſte que hic reſcindunt. ¶ Quin
ta propoſitio. De filiofamilias nondum emācipato: ſed ppō. 5.
adhuc ſub ꝑtāte patris exiſtente: filiuſfamilias auferens L:
aliquid de bonis parentū extra extremā neceſſitatē con-
tra eoꝝ expreſſam vel preſumptā voluntatē: furtū cōmit
tit: ⁊ tenetur ad eorūdeȝ reſtitutionē. Pater: quia aufert
rem alienam inuito dn̄o: ergo tenetur ad reſtitutionem:
res em̄ parentū aliene ſunt a filijs quātum ad dominiū
⁊ adminiſtrationē: nec in eis aliqđ ius cōpetit filijs: licet
hereditatem futurā expectent. ¶ Dicit contra volunta-
tem expſſam vel preſumptā: q: ſi voluntas parentū ad-
miniſtrationē habentiū adeſt: nō eſt furtum. Et d: admi
niſtrationē habentiū: q: nō ſufficit conſenſus matris: cū
ipſa nō habeat diſpenſationē rerū mariti neqȝ cōmuniū.
Et d: voluntas p̄ſumpta/qn̄ filius ex certis ſignis ⁊ cō-
iecturis credit parentes cōſentire: vt q: ſciunt ⁊ nō ꝯtra
dicunt: aut tale habet cōis ꝯſuetudo loci vel domꝰ pater
ne: ⁊ ſic de ſimilibus. Et quia filiuſfamilias nō pōt aufer
re de rebus paternis: multo minus filius emancipatus.
¶ Sed diceres: quid ſi filius haberet peculiū: nunquid
de illo pōt diſpenſare vt volet. ¶ Pro ſolutione notan-
dū: ꝙ peculiū d: quaſi puſilla pecunia: ſiue patrimoniū
puſillū. Et ad ꝓpoſitū d: aliquid: qđ filiuſfamilias acq̇-
rit viuente patre ſub eius ꝑtāte exiſtens: ſiue illud acqui
rat a patre: ſiue aliūde. ¶ Et eſt quadruplex: ſcilȝ profe-
cticiū: aduenticiū: caſtrenſe: ⁊ quaſi caſtrenſe. ¶ Profe-
cticiū eſt qđ ex rebus patris vel earū occaſione ꝓficiſci-
tur. ideſt prouenit: vbi ex capitur large: vt extendit ſe ad
oē qđ occaſione patris vt cauſe ꝓxime vel imediate pro
uenit: vt eſt pecunia: vel res aliqua patris filiofamilias
a patre conceſſa: ⁊ fructus vel lucrū inde ꝓueniens ſiue
acquiſitū: ⁊ hoc ſine labore ⁊ iduſtria filij. Puta ſibi poſ
ſeſſionē a patre datā: alij locat colono ꝓ certa parte cre-
menti: aut pecunia mercatori: de qua habet lucrū. Que
ſic proueniūt: erunt profecticia: ſed id qđ filius acquirit
ex p̄dictis bonis/ex labore ſuo vel induſtria: puta ꝑſona
liter colendo agrum: vel negociando cū pecunijs predi
ctis: lucrū ꝓ parte illa q̄ debetur poſſeſſioni: eſt profecti
ciū: ⁊ pro parte que debet operationi ⁊ induſtrie perſo-
ne lucrātis: erit aduenticiū. Unde oē lucrū qđ prouenit
ex ꝑſona filij in caſu eſt aduenticiū. In peculio ꝓfecticio
ad patrē pertinet ⁊ ꝓprietas ⁊ vſufructus: ⁊ nil iuris hȝ
in eo filiuſfamilias: ⁊ ad nihil valet filio niſi vt nō publi
cetur in caſu quo alia bona patris publicant. ¶ Pecu-
liū aduenticiū eſt qđ aliūde ꝓuenit: vt ex donatione ma
tris amicoꝝ aut alioꝝ quorūcunqȝ nō ītuitu p̄ris: aut ac-
quirit ex induſtria: aut ꝓuenit ex euentu vel fortuna: nō
tm̄ occaſione militie vel officij publici. Et hic excipit/qđ
ab imperatore ſeu auguſta vel rege donatur. In iſto ad-
uenticio peculio filiuſfamilias acq̇rit dominiū ſeu ꝓprie
tatem: ſed pater habet vſufructū donec vixerit niſi remi
ſerit: vel niſi ab aliquo ſibi detur vel relinquat/hoc pa-
cto: vt ad patrē nō ꝑtineat vſufructꝰ: vel niſi ſuccedat fi-
lius vna cū p̄re i hereditate fratris vel ſororis. Morien
te aūt patre id peculiū totū erit filij: nec cōicabit cū fra-
tribus alijs. ¶ Peculiū caſtrenſe eſt qđ filiofamilias a
parentibus vel alijs occaſione militie ⁊ nō alias donat
aut ipſe in militia acquirit: qđ niſi militaret: acq̇ſiturus
nō fuiſſet: q: qđ in militia degenti datū eſſet vel acquiſiſ
ſet: etiā in militia nō degenti/nō ꝑtinet ad peculium ca-
ſtrenſe. ¶ Peculiū quaſi caſtrēſe d: qđ filiuſfamilias ex
officio publico recepit: vt ſi fuerit aduocatus/medicus/
magiſter ſtudioꝝ liberaliu artiū/notarius/aut officialis
vel rector q̇ ſalaria vel ſtipendia recipiunt publica. Qđ
addit: q: qđ notarij cōes acquirunt: non ꝑtinet ad pecu
liū quaſi caſtrēſe. Sed notarij dn̄oꝝ ⁊ officialiū deberēt
habere ſalariū de publico. Addendū etiā eſt/vel ex do-
natione iperatoris vel auguſte ſeu regis: vt ſupra. ¶ Et
in duplici peculio caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi/filiuſfami
lias habet plenū dominiū ⁊ ꝓprietatē ac etiā vſufructū:
⁊ cenſetur vt paterfamilias: ⁊ teſtari pōt: ⁊ dare elemo-

ſynam: ⁊ ad vota diſpon ere. Pater quoqꝫ nihil iuris ha
bet in eis. Oia p̄dicta de peculio / legibꝰ ſancita ſunt: q̄s
ſi placet quere in ſummis ſeu apud legiſtas. ¶ Ex his
patet: ꝙ filiuſfamilias auferēs aliquid de peculio pꝛofe⸗
cticio: ſiue quoad rei ſubſtantiā: ſiue quoad vſufructum:
aut de peculio aduēticio q̊ad vſufructū aufert rē patris:
⁊ per cōſequens tenet̄ ad reſtitutionē. Secus ſi de pecu
lio caſtrenſi / vel quaſi caſtrenſi aliq̄d tollit aut erogat.
Et hoc quoad pꝛima duo habet veritatē patre nō cōſen⸗
tiente / tacite nec expꝛeſſe. Et eſt hec ꝓpoſitio quinta limi
tanda ſicut tertia: ſupꝛa de vxoꝛe rerū bonoꝝ cōmunium
cū ſua declaratiōe. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Famuli et famule
ppõ. 6. ɫ auferētes aliqua de rebꝰ dominoꝝ vel dominarū ſuaruꝫ
cōtra eoꝝ expꝛeſſam ſeu tacitā voluntatē: ſiue in victuali
bus: ſiue aliis extra caſum extreme neceſſitatis: furtū cō⸗
mittūt: ⁊ tenent̄ ad reſtitutionē ꝑ omnia ſicut ſupꝛa pꝛo
poſitione tertia. Excipit̄ tm̄ caſus ſi reciperēt aliq̄d alias
ſibi debitū. Sic em̄ licet occulte accipiēdo peccarēt: non
Coꝛoƚ. tm̄ tenent̄ ad reſtitutionē: vt. j. declarabit̄. ¶ Ex pꝛioꝛibꝰ
ſequit̄: ꝙ vxoꝛ non poteſt de rebꝰ viri vel cōmunibꝰ dare
filiis pꝛioꝛis matrimonii: niſi ꝑ modū elemoſyne ⁊ mul⸗
to minus aliis amicis. Et hoc verū eſt quātum ad ꝓles
pꝛioꝛis matrimonii: ſm̄ Guiƚ. quādo tales filii nō habēt
actionē contra matrē. Si vero talem habent: vt q: obli⸗
gata eſt eos alere cum ſint impuberes: vel q: ambo con
iuges poſſident bona eoꝝ: vƚ ex alia iuſta cauſa maritus
tenetur eos alere: quia mater cū ſuis oneribus ad mari⸗
tū tranſiuit ſm̄ aliquoꝝ cōſuetudinē. Sed tm̄: q: maritus
habet adminiſtrationē: vxoꝛ cōtra illius ꝓhibitionē nō
dꝫ eos alere niſi in extrema neceſſitate. Pōt tm̄ ꝓcurare
ꝙ maritus ad hoc ꝑ iudicem cōpellatur. Si tm̄ in caſu di
cto eos aleret: credo ꝙ nō teneretur ad reſtitutioneꝫ: eo
ꝙ alimentatio eſt pueris debita: ⁊ nō dat eis alienū: ſed
qđ eis eſt debitū. Si vero pueri nō habēt actionē contra
matrē. hoc eſt: q: mater nō tenetur eos alere: nec maritꝰ
nō debet mater eis aliq̄d dare. Et ſi daret de rebꝰ cōibus
teneret̄ ad reſtitutionem: niſi eſſet ꝯſuetudo ꝙ in rebus
cōibus nō ſolus vir: ſed etiaꝫ vxoꝛ habeat adminiſtratio
nē: poſſet vxoꝛ dare ſicut maritus: q: in re cōi quilibet hꝫ
ius equale: vt. ff. pꝛo ſocio. ꝑ totum. qđ intellige de re cōi
quoad adminiſtrationē. In his ⁊ aliis p̄miſſis de dote ⁊
peculio multa operant̄ pacta / ꝯſuetudies / ſtatuta ⁊ mu
nicipalia que (vt ſupꝛa dictuꝫ eſt) pꝛeiudicant iuri cōi in
p̄dictis. ¶ Si q̄ris: quid ſi mulier fecit furtum ſiue ante
matrimonium ſiue poſt: ⁊ vir cōicat in furto: aut vir fecit
furtū ⁊ mulier participat. Rñdeo ſm̄ Guiƚ. ꝙ vbi de cō⸗
ſuetudine regionis vir ⁊ vxoꝛ cōicant ſibi debita ex ꝯtra
ctu vel maleficio: ſi res furtiua adhuc exiſtit in eoꝝ pote
ſtate: vxoꝛ pōt illam reſtituere / etiā ꝯtradicente marito.
Idem etiā eſſet ſi inter eos nō eſſet talis cōio. nā quicūqꝫ
habet rem furtiuā: debet illam dn̄o reſtituere. Si autem
cōſumpta eſt: pōt vxoꝛ ſi vir expꝛeſſe nō ꝯtradicit: nego⸗
cia viri vtiliter gerēdo ⁊ ſe liberādo eſtimationē reſtitue
re de cōibus bonis. Pꝛohibente aūt viro dicit Piſanus:
nō credo ꝙ debeat facere hmōi reſtitutionē: cū nō habe
at adminiſtrationē rerum: ſed maritus. Si tm̄ reſtituit de
bonis cōibus bona fide: non credo ꝙ peccaret moꝛtali⸗
ter ſi hoc faceret latenter ⁊ ſine alioꝝ ſcandalo: cum hic
non ſit fraudulenta contrectatio: nec animus lucrandi.
Dub. 3. Q ¶ Tertio dubitat̄: vtrū auferens rem ſuā aut aliq̄d ſibi
debitū vel eius valoꝛem a detentoꝛe violenter vel occul
te: furtū cōmittat vel rapinā: ⁊ ad reſtitutionē teneatur.
Ꝓpō. Rñdet̄ ꝑ vnicā ꝓpoſitionē. ¶ Qui rē ſuā vel ſibi debi⸗
tam aufert a detentoꝛe nihil iuris in eo habente: furtum
nō cōmittit vel rapinā: nec ad reſtitutionē tenet̄: q̄uis a
pctō in certis caſibus nullatenꝰ excuſet̄. Satis concoꝛ⸗
dat ſcrūs Tho. ſcđa ſcđe. q. lxvi. arti. vii. Ricħ. ar. v. q. vii.
diſtin. p̄ſenti. Palu. q. ii. arti. ii. Aſten. ⁊ ceteroꝝ ſententia
doctoꝝ cōiter. Pꝛobat̄ ꝓpoſitio: q: in caſu talis non au⸗
fert rem alienā; ſed ſuā vel ſibi debitā; ⁊ ideo talis abla⸗
tio nec furtū eſt nec rapina: vt ſatis patet ex deſcriptiōe
vtriuſqꝫ: etiā q: nō aufert aīo lucrandi: nec auferendo ꝓ
ximū dānificat. Qđ etiā ad reſtitutionē nō teneatur: pa⸗
tet: q: nullus tenetur ad reſtitutionem rei ſibi debite / illi
cui nō debetur: ſꝫ nō reſtituere tenet̄: nā fruſtra reſtitue⸗
ret qđ ſibi reſtitui deberet. Qđ vero peccet in certis caſi
bus ſic recipiendo declarabit̄ infra. ¶ Dicitur in ꝓpoſi
tione: rem ſuā: vt ſi rem iniuſte ablatā repperit apud ali⸗
quē detentoꝛē: ſiue ille abſtulerit ſiue aliter ad ipm ꝑue⸗
nerit. ¶ Dicit̄: vel ſibi debitā: vt ſunt accepta ꝑ vſuram:
extoꝛta ꝑ fraudē: ꝯceſſa per mutuū: debita ꝑ laboꝛem et
ſeruitiū / vel alio modo: ita ꝙ ſi rem illā iuſto iudicio im⸗
petiſſet: ⁊ in ꝓbatione nō defeciſſet: ſibi adiudicāda fuiſ⸗
ſet: de oībus illis loquit̄ ꝓpoſitio. ¶ Dicit̄: aufert: qđ in
telligendū eſt ſm̄ mentē dubii / ſiue occulte ſiue violen⸗
ter ⁊ manifeſte. ¶ Dicit̄: ad reſtitutionē nō tenetur: itel⸗
ligendū eſt in foꝛo ꝯſcientie: ſecus in foꝛo exterioꝛi: in il⸗
lo em̄ ꝑderet rem ipſam: niſi incōtinenti recuperaret an⸗
teqꝫ ereptoꝛ ad locū tutū depoꝛtaret: ſic em̄ vim vi repel
lere licet. Etiā qn̄qꝫ furti vel rapine cōdēnaret̄: ſi defice⸗
rent ꝓbationes q̊bus ꝓbaret rem eſſe ſuā. Similr̄ in vſu
ra / mutuo ⁊ mercede: ſi debitū ꝓpꝛia autoꝛitate recupe⸗
raretur. ¶ Dicit̄: a pctō nō excuſaret̄. Ex quo ptꝫ ꝙ non
ſemꝑ q̄s tenet̄ ad reſtitutionē eoꝛum q̄ cū pctō acquirit.
¶ Dicit̄: in certis caſibꝰ. Pꝛimꝰ eſt / qn̄ poſſet iudice ſen⸗
tentiante ſuū hr̄e: q: nullus dꝫ ſibiipſi ius dicere: ſi vero
iuridice hr̄e nō poſſet ꝓpter iudicis negligentiā: aut de⸗
tentoꝛis potentiā: aut teſtiū ſeu ꝓbationis defectuꝫ: nec
petendo a detētoꝛe poſſet recuperare: certus tm̄ eſſet de
re ipſa / ꝙ eſſet ſibi debita: nec recipiendo debitū ſuū ex⸗
cederet: a pctō excuſaret̄. ¶ Ex quo patet ꝙ recipiēs oc Coꝛoll.
culte depoſitū vel qđ mutuauerat / non req̄ſito eo apud
quē depoſuit: vel q̊ mutuo accepit: peccat: q: grauat de⸗
poſitariū: q̊ tenet̄ reſtituere: vel oſtēdere ſe innoxiū eſſe
ſic de debitoꝛe. Etiā peccat ꝯtra cōem iuſticiā dicendo ſi
bi ius: ⁊ tenet̄ ad releuandū grauamē depoſitarii: nō ad
reſtitutionē rei: vt dicit Tho. ii. ii. q lxvi. arti. v. Et q: bo⸗
na fides non patitur vt idē bis reſtituatur: tutū eſſet ꝙ q̊
dānū ſuū occulte recuperat: declararet dānificatoꝛi / furi
vel raptoꝛi / aut heredibꝰ ſuis ꝑ aliquē modū honeſtum:
vel donaret ei ſi q̊d debeat: ne ductꝰ cōſcientia / reſtituat
male ablatū pꝛius occulte recuperatū. Hec Anto. ¶ Se
cūdus caſus / qn̄ ex hmōi receptione ſequeret̄ ſcandaluꝫ
ſui vel ꝓximi: aut graue periculū innocētis: apud quem
foꝛte res cuſtodiēda erat cōmendata: nemo em̄ cū peri⸗
culo ſiue alterius iactura dꝫ locupletari. ¶ Tertius ca⸗
ſus: ſi ſic recipiendo ſe cōmitteret periculo coꝛpoꝛalis vi
te / diffamie vel alterius leſionis magne. Poſſet enim ſi
dep̄henderet̄ vt fur infamari ⁊ iudicari deficientibꝰ pꝛo
bationibꝰ ꝙ res accepta eſſet ſua. ¶ Quartus caſus / ſi
īmineret periculū moꝛtalis pcti: vt q: habet cōſcientiam
nō credēs ſibi licere: ſed furtū reputat: vel q: ſe exponit
periculo periurii ſi peteret̄ potiꝰ peierādo q̄ cōfitendo:
quoniam aliquo iſtoꝝ caſuū interueniēte nō licet: ſed ac
cipiēdo peccat: ad reſtitutionē tm̄ nō tenet̄. Si tamen ex
hmōi receptiōe īminet periculū aut damnū ꝓximo tēpo
rale vel ſpirituale: tenet̄ damnū: nō rē ablatā reſtituere.
Extra hos caſus nec peccat: nec reſtituere tenet̄: etiam ſi
pꝛelatꝰ pꝛeciperet ſub pena excōmunicationis / ꝙ habēs
aliquid de talibꝰ rebꝰ a detentoꝛe ablatis reſtituat: q: ex
quo licite pōt ſibi in recōpenſationē detinere: iam ſuum
eſt factū: nec amplius eſt alteriꝰ: nec ſi p̄latus in ſenten⸗
tia ſua qua excōicaret receptoꝛes: expꝛimeret eos q̊ ani⸗
mo recōpenſandi vel qualitercunqꝫ abſtuliſſent: q: tunc
ſententia cōtinet expꝛeſſe intolerabilem erroꝛem: ⁊ ideo
nō tenet̄. Similr̄ nō ligat̄ qui nō reuelat qn̄ ſcit talē ani
mo recōpenſandi abſtuliſſe: ⁊ eſt certus ꝙ res ei debet̄:
ſecus ſi nō ſit certꝰ. Silr̄ ſi quis reꝫ furto aut iniuſte alte
ri ablatā apud detentoꝛē repperit: ⁊ vero dn̄o reſtituit:
nō tenetur ad reſtitutionē detentoꝛi: nec cōmittit furtuꝫ:

q: nõ fit fraudulosſe: nec animo lucrandi: dum tñ ſine pe
riculo fieri poteſt vt ſupꝛa. etiam vtiliter gerit negocium
furis: ꝗ tenetur ratũ hr̃e. Ita nec furtũ cõmittit: nec pec-
cat q̇ chꝛiſtianos ab infidelibus captos furatur ⁊ libe-
rat: q: infidelis iniurioſe eos tenet. Similr̃ eſt dicendum
de eo q̇ liberat iniuſte detentũ a chꝛiſtiano. Dicit tamen
Ray. ⁊ Hoſtieñ. tẽpoꝛe treuge ſi tales fuerint ꝙ nullus
de rebus ab altera detentis partiũ debet aliq̇d cõtinge-
re vel alienare: tenetur q̇ liberauit xp̃ianũ captũ ab infi-
deli reſtituere (nõ ꝙ reſtituat ipſum hoiem chꝛiſtianũ in
aïe ſue periculũ) ſed eſtimationẽ eius. Si tñ infidelis cõ
pulit chꝛiſtianũ ad circũciſionẽ vel idolatriã: iam chꝛiſtia
nus penitꝰ liber factꝰ eſt. liiij. di. nulla. ⁊ ideo q̇ eũ liberat
nõ peccat: nec reſtituere tenet̃: ſꝫ meret̃. Sic ſi q̇s violẽ-
ter vteretur ancilla ſua: nec vellet deſiſtere: ſi aliter non
poſſet euadere tale malũ: licite poſſet fugere ⁊ dimittere
dñm ſuũ: vt dicit Anto. Res aũt infideliũ niſi eſſet indi-
Dub. 4. N ctũ bellũ ꝯtra eos capere nõ licet. ¶ Dubiũ quartũ de
participantibꝰ. ¶ Et quidẽ de participantibꝰ in actu fu
randi (qđ multiplr̃ cõtingit) dictũ eſt q̄ſtione p̄cedenti:
niſi qđ hic additur. Quid ſi plures ſimul participãt fur-
to vel rapina. Ubi cõſiderandũ ꝙ duplr̃ hoc contingere
põt. Aut q: aliqui aſſociantur raptoꝛibꝰ non vt rapiant:
ſed vt defendãt raptoꝛes: vel vt terreant ſpoliatos ne ſe
defendant: ⁊ ſine quoꝝ pꝛeſentia raptoꝛes non raperẽt.
oẽs illi tenẽtur ad reſtitutionẽ in ſolidũ. Etiam vt Ange.
in ſum. in ver. furtũ. §. xv. Si tales animo pacificandi va
dunt cũ eis: per qđ ſpoliatis timoꝛ incutitur quo res ſu-
as nõ audent defendere: niſi eiſdeꝫ hoc ſignificarent: q:
dant cãm efficacem. Allegat Innocẽ. ⁊ Hoſtieñ. ſicut di-
gnum. de homici. ⁊ direc. ti. reſtitutio. §. iij. Scđo mõ põt
cõtingere ꝙ aſſociant ſe mutuo vt rapiant. Et hoc dupli
citer cõtingit. Aut vniti vadũt: puta ſub vno duce: vt ſi-
mul in cõi ſpolient: ⁊ q̇libet hoꝝ tenet̃ ad reſtitutionem
totius in ſolidũ: q: q̇libet dat cãm efficacẽ totius ſpolij.
Alio modo nõ concurrũt ſic vniti ſub vno dño vel duce:
vt quilibet ꝑ ſe rapiat vel furetur: ⁊ tũc aut vnꝰ eſt in cul
pa in ſubtractione facta ꝑ alium / dando ꝯſiliũ alij vł au
xiliũ: ⁊ tunc tenetur in ſolidũ ad hoꝝ reſtitutionem q̄ ra
pta ſunt ſuo ꝯſilio vł auxilio. Aut nõ fuit in culpa ſubtra
ctiõis rei ꝑ alium: ⁊ ſic nõ tenetur reſtituere niſi quãtum
ipſe rapuit: licet Hoſtiẽ. videat̃ ſentire ꝙ etiã ille teneat̃
in ſolidũ: qđ verum eſt quoad penã legaleꝫ: non quoad
Dub. 5. O ꝯſcientiam. ¶ Sed de participãtibus in re furata vł ſpo
liata ⁊ nõ actu ſpoliandi. Dubitatur q̇nto de recipienti-
bus res hmõi: vtrũ teneãtur ad reſtitutionẽ. Pro cuiꝰ ſo
lutione notandũ / ꝙ recipiẽtes hmõi furta vel rapta vel
quomodolibet iniuſte acquiſita: ita ꝙ acquirentes tenẽ
tur ad reſtitutionẽ earũ: ſiue recipiẽtes ea recipiant ꝑ do
nationẽ: ſiue ꝑ contractũ: puta ꝑ venditionẽ: vel ꝑ muta
tionẽ aut hmõi: poſſunt ſe hr̃e in triplici differẽtia. Quia
aut ſciuerũt tꝑe receptionis rem iniuſte fuiſſe acq̇ſitam
mõ p̄dicto: aut ſimplr̃ neſciuerũt: aut dubitauerũt. Et di
xi notanter iniuſte acquiſita: ita ꝙ acquirentes teneant̃
ad reſtitutionẽ: ad excludendũ iniuſte acquiſitũ: ad cuiꝰ
tñ reſtitutionẽ acquirẽs nõ tenetur: vt in turpi lucro: pu
ta de meretricio / hiſtrionatu ⁊ ſimilibus. Nã q̄n p̄mo re-
cipiens iniuſte nõ tenet̃ ad reſtitutionẽ: etiã alij ab eo re
cipiẽtes nõ tenẽtur. Quo p̄miſſo reſpondet̃ ꝑ tres ꝓpo
ꝓpõ. 1 ſitiones. ¶ Pꝛima. Quilibet recipiens rem iniuſte acq̇
ſitam ſciẽter ſiue ꝑ donationẽ: ſiue ꝑ ꝯtractum: tenet̃ ad
reſtitutionẽ eiuſdẽ rei ſi eã habet: aut valoꝛẽ eius ſi non
habet dño rei ſi eũ nouit: vel ei a quo recepit: nõ obſtan
te quocũqꝫ ſtatuto humano ad oppoſitum edito: donec
dño rei ꝑ ſe vel per aliũ fuerit plene ſatiſfactũ. Iſta ꝓpo
ſitio eſt de mente Alexan. de ales par. iiij. q. lxxxvj. mẽ. iij.
ar. v. ⁊ Hoſtiẽ. in ſum. Et ꝓbat̃. Quia oĩs tenẽs rem alie
nã ſcienter / tenetur eã reſtituere: talis aũt eſt oĩs de quo
ſonat ꝓpoſitio: ergo. Maioꝛ antecedẽtis eſt ꝓbata que
ſtione p̄cedenti: ⁊ minoꝛ eſt manifeſta. ¶ Dicit̃ in ꝓpoſi
tione: quilibet recipiens: q: nihil refert ſi is qui recipit rẽ
iniuſte acquiſitã a p̄mo acquiſitoꝛe / a dño rei: puta fure /
raptoꝛe vel vſurario: ſiue ab eo qui ab illo emit vel rece-
pit ſit ſecũdus / vel tertius / quartꝰ vel quotuſcũqꝫ in infi
nitũ: ſm̃ Hoſti. q: quocũqꝫ modo peruenit ad eũ res in-
iuſte acquiſita: ſemper tenet alienũ: ideo tenetur ad re-
ſtitutionẽ. ¶ Dicit̃: rem iniuſte acquiſitã: qđ intelligitur
(vt ſtatim dictũ eſt) de re ad cuiꝰ reſtitutionẽ acquirens
iniuſte tenebat̃: q: ſecus eſt de turpi lucro. ¶ Dicit̃. ſciẽ
ter: q: ſecus ſi ignoꝛaret vel dubitaret: vt infra dicetur.
¶ Dicitur: ſiue per donationẽ: vt ſi fur gratis donaret: ſi
ue per contractũ: quo equiualens reddit̃ ei a quo recipi
tur: vt ſi emit aut pꝛo alio cõmutato recepit. ¶ Dicitur
eiuſdẽ rei ſi habet: q: ſic tenetur idem numero reſtituere
vt. s̄. q. p̄cedenti. ¶ Dicit̃: vel eius valoꝛẽ ſi nõ habet: et
hoc ſm̃ optimũ ſtatũ rei. i. ſm̃ ꝙ valuit plus poſtq̄ fuit
recepta / empta. ſ. vel cõmutata: ſm̃ declarationem ſupꝛa
habitã queſtione ꝓxima: cũ fructibus ſi quos recepit: et
nõ liberatur quocũqꝫ caſu ab vſu rei cecidit: ſiue eã ven-
didit: ſiue cõſumpſit vel alienauit: ſiue res perijt: ſiue eã
amiſit: q: fuit in moꝛa reſtituendi: ſecus tñ ſi eam dño ob
tuliſſet debitis loco ⁊ tẽpoꝛe: ⁊ dñs eam recipere renuiſ-
ſet: ſi tunc poſt perijſſet excuſaretur. ¶ Dicitur: dño rei:
⁊ hoc neceſſariuꝫ eſt: ſi res fuerit ſibi donata gratis: qui
tunc nõ ſatiſfacit reſtituendo ei qui donauit: cum res nõ
fuerat donãtis. Si vero recepit ꝑ contractuꝫ emptionis
vel cõmutationis: quia ſm̃ Alexan. vbi. s̄. poteſt potius
ſibi conſulere q̄ alteri: poteſt reſtituere ei cum quo con
traxit / recepto pꝛecio rei qđ dedit. A dño autem rei non
põt exigere neqꝫ in foꝛo conſcientie: neqꝫ in foꝛo exterio-
ri: quãtumcũqꝫ in foꝛo publico emit: ſed diſcat cautius
mercari / nõ obſtante oppoſita cõſuetudine vel ſtatuto:
⁊ hoc verum ſi emit animo ſibi ſeruandi: ſi v̊o emit ani-
mo reddendi dño ſuo: quia alś dñs rei nõ poſſet eã ha-
bere: vel nõ ꝓ tam remiſſo p̄cio: tunc em̃ poſſet pꝛecium
quo emit a dño rei petere: quia vtiliter geſſit negocium
eius. Si tñ de re ſic empta haberet vtilitatem: tũc tenet̃
cõpenſare fructum rei cum expenſis et p̄cio. Et ſi res ſic
empta periret ſine culpa ſua: aut eam amitteret: non te-
neretur in foꝛo cõſcientie: licet in foꝛo cõtentioſo nõ cre-
deretur ſibi: niſi publice ꝓteſtatus fuiſſet ꝙ ea intentõe
emerit. Hec oĩa in directoꝛio iuris loco alleg. ¶ Dicitur
ſi eum ſcꝫ dñm / nouit: quia ſi ignoꝛat dñm rei: ſcit tamen
ꝙ iniuſte acquiſita eſt: eum autem inuenire non poteſt
poſtq̄ fecit diligentem inquiſitionem tunc tenetur reſti
tutionẽ facere pauperibus / ſicut in reſtitutione vaga cũ
fructu ipſius. ¶ Dicit̃: nõ obſtante quocũqꝫ ſtatuto hu-
mano: vt ſi foꝛte ſtatutum eſſet ꝙ quicũqꝫ in tali foꝛo pu
blico publice emeret: nõ teneretur: quia hoc ſtatutũ ini
quũ eſt: quia reſtitutio rei aliene ſcite talis eſſe / eſt de iu-
re naturali ⁊ diuino: ⁊ tenens eam peccat moꝛtaliter: iõ
nihil valet ſtatutum contrarium. ¶ Dicitur: donec do-
mino rei ⁊c. q: ſemꝑ tenetur ad reſtitutionẽ quouſqꝫ do-
mino rei ſatiſfactum eſt: ſiue rem vendat: ſiue donet. in
pꝛioꝛi caſu: dum ſcꝫ reddit ſuo venditoꝛi. Cũ aũt dño ple
ne ſatiſfactũ fuerit: aut dñs ſponte remiſerit: liberatꝰ eſt
a reſtitutione dño rei facienda: non autem a reſtitutione
pꝛecij eoꝛum quibus ipſe vendidit: qđ pꝛeciũ vel lucrum
non reſtituat emptoꝛi: obſtat enim ſua turpitudo: ſꝫ pau
peribꝰ: q: fuit male fidei poſſeſſoꝛ: ſm̃ Ray. Sed hoc in
telligit Hoſtieñ. de conſilio: quia purgatũ eſt vitiũ quan
tum ad reſtitutionẽ: quia plene ſatiſfactum eſt. ¶ Scđa ꝓpõ. 2. P
pꝛopoſitio. Recipiens rem alienam bona fide: neſciens
nec credens eam male acquiſitam: ſiue per donationem:
ſiue ꝑ contractũ: nõ tenetur eam reſtituere: ſi ignoꝛantia
nõ fuerit craſſa: nec ꝑceptos fructus durante bona fide.
Hec ſententia eſt Hoſtieñ. in ſum. lib. iiij. de pe. ⁊ re. c. de
reſti. ⁊ ceteroꝛum. ¶ Dicitur: bona fide: que eſt (vt ſequi
tur) q̄n nõ ſcit̃: nec credit̃ res eſſe male q̄ſita: ſed pꝛeſu-
mitur non eſſe aliena. Panoꝛ. in. c. grauis. de reſtitutio.

ſpo. Male fidei poſſeſſoꝛ eſt qui poſſidet ⁊ ſcit ad alium pertinere. ⁊ ꝯtra bone fidei poſſeſſoꝛ: q̃ cuꝫ ignoꝛaret ſe poſſidere alienũ poſſidet cognitiõe dñi. ¶ Dicit̃: ſiue ꝑ donationẽ ſcꝫ liberã receperit: ſiue per cõtractũ cõmutationis vel emptionis. ¶ Dicit̃: ſi ignoꝛãtia nõ fuerit craſſa vel affectata: vtputa q꞉ cõiter tenetur ꝙ res illa rapta fuerit: vel bellũ iniuſtũ: vel q꞉ ep̃s tales a quibꝰ recepit tanq̃ raptoꝛes excõicauit: vel q꞉ emit a ſtipẽdiario calicẽ vel miſſale aut ſimilia: talis em̃ ad reſtitutionẽ tenetur: ſicut is de quo p̃ma ꝓpoſitio. ¶ Et nota ꝙ ignoꝛãtia facti: nõ iuris excuſat: ſi em̃ recipiẽs rem ſcit ꝓbabiliter eã eſſe raptã: ⁊ tñ neſcit ꝓhibitum talia a iure emere: q꞉ hec ꝓhibitio a iure naturali traxit oꝛiginẽ: eius ignoꝛãtia nõ excuſat. ¶ Dicit̃: nec perceptos fructꝰ: q꞉ fructꝰ durante bona fide perceptos nõ tenet̃ reſtituere: nec p̃ciuꝫ rei ſi eã vẽdidit vel cõmutauit: nec rem ipſam ſi periit: aut ſi eã perdidit vel cõſumpſit. Quicquid hoꝝ cõtingit durãte bona fide: nõ tenetur reſtituere: ſed ceſſante bona fide: ſcꝫ dum percipit rem fuiſſe male queſitã: tunc incipit eſſe male fidei poſſeſſoꝛ: ⁊ tunc tenetur ad reſtitutioneꝫ rei ſi extat: et lucri/ſi ex ea locupletioꝛ factus eſt: poteſt tñ ſubducere expẽſas: ſi quas habuit in re ipſa/ eam conſeruãdo vel melioꝛãdo/durãte bona fide: nõ illas quas habuit ceſſante bona fide ſm moderamen ſupꝛadictum queſtione p̃cedẽti. Poteſt etiã ſi emit bona fide petere a vẽditoꝛe in foꝛo ꝯtentioſo p̃ciũ rei. Si tñ iudex ſententiauit rem foꝛe reſtituendã: nõ auteꝫ ſi ad ſacerdotis imperiũ: vel nõ coactus ſententia iudicis reſtitueret: licꝫ in foꝛo cõſcientie vẽditoꝛ teneretur reſtituere: et ad hoc inducẽdus eſſet: nõ tamẽ cõpelli poſſet in foꝛo cõtentioſo: niſi cauiſſet expꝛeſſe dum emit de emptione: vnde cõſulendũ eſt tali: vt faciat ſe citari in iudicio a dño rei: ⁊ citatus denũciet vẽditoꝛi vt ipſum defendat: ⁊ ſic tenebit̃ eum in foꝛo iudicij ſeruare indemnẽ. ¶ Tertia ꝓpoſitio

ꝓpõ.3. Recipiens rem alienã in pꝛobabili dubio: nõ p̃mittẽs diligẽtẽ de re inquiſitionẽ: tenetur ad eius reſtitutionẽ. Sententia eſt Hoſti. loco allega. Pꝛobatur: quia ſola fides bona excuſat a reſtitutione rei aliene: ſed ꝓbabiliter dubitãs nõ eſt poſſeſſoꝛ bone fidei: ergo. Itẽ habꝫ ignorantiã craſſam nõ faciens diligentiã in inquirendo de re ipſa: ⁊ illa nõ excuſat: ſicut nõ a moꝛtali: ita nec a reſtitutione. Nõ a moꝛtali: q꞉ in dubio ꝓbabili cõmittit ſe periculo moꝛtalis peccati ſcꝫ cõtrectationi rei aliene: ⁊ ꝑ cõſequẽs peccat moꝛtaliter: iuxta illud. Qui amat ꝑiculũ: in illo peribit. Eccli. iij. Nec a reſtitutione: vt dictũ eſt: q꞉ male fidei poſſeſſoꝛ: ⁊ eo modo reſtituere tenet̃: quo male fidei poſſeſſoꝛ ſm Hoſti. Dicit̃ in ꝓbabili dubio. i. q̃n habet rationẽ dubitandi ex ꝓbabilibꝰ ſignis generãtibꝰ ꝓbabilẽ ſiue apparentẽ ſuſpitionẽ ſeu pꝛeſumptionẽ: ex quibꝰ cõiter a ſapiẽtibꝰ iudicat̃ res eſſe aliena iudicio nõ certitudinis ſed pꝛeſumptionis. In tali em̃ dubio ꝓpinquioꝛ eſt ſciẽti ꝙ neſciẽti: ſecus ſi nõ fuerit dubiũ ꝓbabile: ſed ex ſcrupuloſa cõſciẽtia oꝛtũ: aut ex ſignis leuibꝰ et incertis aut indifferẽtibꝰ: tale em̃ dubiũ ſpernẽdũ eſt et

⁊ per hoc reducit̄ ad diuerſas virtutes. ¶ Dicit̄ rei neceſſa
rie. i. conueniētis ſeu vtilis indigenti / ad excludendū datio
nem rei diſcōuenientis: ſicut eſſet datio alicuiꝰ rei inducētis
ad peccatū: vnde patet ꝙ neceſſarie hic nō dicit neceſſitatē
ſimpliciter dictā: nec ex conditione: ſed multū large capit̄
pro re vtili ſiue cōueniēti: et importat omnē largitionē que
poteſt pecunia menſurari. Et ſic etiam viſitatio infirmi / aut
captiui / ſeu in turbatione exiſtētis etiā eſt datio rei neceſſa⸗
rie: q2 ipſa viſitatio eſt res neceſſaria. i. cōueniens et cōſola⸗
toria afflicto: licet ⁊ ipſa viſitatio non ſit ſine donatione ali
cuius muneris corporalis vel ſpiritualis: alioquin nō me⸗
ret̄ ꝓprie dici viſitatio. ¶ Dicit̄ indigenti: hoc eſt ei qui ta⸗
libꝰ caret: nec ex ſe: nec ex ſuis habere poteſt: vnde largitio
munerū facta abundantibꝰ non eſt elemoſyna. ¶ Sed hic
eſt aduertēdū ꝙ aliq̄n quis indiget aliquo nō pro ſe: ſed ꝓ
alio miſero cuiꝰ curā gerit. Et largitio taliū etiā includit̄ in
ratione elemoſyne: vnde dona data clericis beneficiatis et
abundantibꝰ tanq̄ ꝓcuratoribꝰ ⁊ diſpenſatoribꝰ pauperū /
pertinēt ad elemoſynā: ſed ſi alia darent̄ intuitu ipſoꝝ cleri
corum abundantiū tm̄: ſic datio illoꝝ non eſſet elemoſyna.
¶ Et additū eſt: ad releuandū indigentiā corporalē: ad ex⸗
cludēdū: elemoſynā ſpiritualē: que exhibet̄ in doctrina / in
cōſilio et hmōi donis / ad animā pertinentibꝰ: prout in hoc
metro cōtinet̄. Cōſule / caſtiga / ſolare / remitte / fer / ora. hoc
eſt ſm̄ Palu. diſt. xv. q. iij. arti. iiij. Conſule dubitanti: doce
ignorantē: caſtiga delinquentē: cōſolare triſtē: remitte iniu⸗
rias in te peccanti: fer patienter alioꝝ infirmitates: ora pro
omnibus. ad hec cetera opera ſpiritualia reducunt̄. ¶ De
ſcripta eſt autē elemoſyna hic pro opere pietatis corporali:
prout diſtinguit̄ cōtra alias duas partes ſatiſfactionis: ſed
extēdēdo ad ſpiritualia coincidit cū alijs: vt patet. ¶ Dici⸗
tur ex compaſſione miſerie ꝓximi: qm̄ datio muneris nō in
tuitu miſerie et indigentie ꝑſone: ſed obligationis eius ad
aliquod officiū prouidendū ſiue labores: aut propter alias
retributionē rependēdā datori: vel ei pro quo donat nō me
ret̄ dici elemoſyna: ſed ſtipendiū ſiue merces: alioq̄n omne
tributū datū regibꝰ ⁊ principibꝰ eſſet elemoſyna. Similiter
omne preciū laboris / quo q̄s laborat pro vite ſue ac ſtatus
ſuſtētatione / elemoſyna diceret̄: et per cōſequēs omnes illi
eſſent vere mēdici. quod falſum eſt: qm̄ ſolꝰ titulꝰ recipiēdi
rōne naturalis neceſſitatis facit mēdicantē: vt dicit Gerſ.
Coro. 1. in de ꝑfectione cordis. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ prelati ac curati
accipiendo decimas ac cetera officioꝝ ſuoꝝ emolimēta: nō
recipiēdo elemoſynā: nec hec recipiēdo aut exigendo mēdi
cant: qm̄ debitū eſt obligato ad officiū recipe bn̄ficiū. ſicut
deducit apl's. j. Coꝝ. ix. cōcludēs. Qui in ſacrario operant̄:
que de ſacrario ſunt: edūt: ⁊ q̄ altari deſeruiūt: cū altari par
ticipāt. Ita ⁊ dn̄s ordinauit his q̄ euāgeliū annūciāt de euā
gelio viuere. Hec ibi. Et dn̄s euangelizātibꝰ ait. Edētes et
bibētes q̄ apud eos ſunt. Dignꝰ eſt em̄ operariꝰ cibo ſuo et
Coro. 2. mercede ſua. Lu. x. ⁊ Mat. x. ¶ Scd̄o ſequit̄ / ꝙ fundātes
bn̄ficia pro templi miniſtris et anniuerſaria / quibꝰ obligāt
recipientes ad certa obſequia: nō faciunt elemoſynā ꝓprie:
ſed inſtituunt et prouidēt ſtipendiū ac cibum laborātibus
debitū; ſecus ſi non interueniret obligatio; lic3 largo voca

bulo dicant̄ elemoſyne: pro eo ꝙ non dant̄ propter retribu
tionem temporalē. ¶ Dicit̄ vltimo: propter deū: quod reſpi
cit perfectionē elemoſyne: hoc eſt elemoſynā: vt eſt opꝰ me⸗
ritorium: vnde hec diffinitio datur de elemoſyna nō gene⸗
raliter: ſed de elemoſyna meritoria: hec enim fieri debet pro
pter deum tanq̄ vltimum finē ſuper omnia dilectū. ¶ Ac⸗
cipitur etiā elemoſyna frequenter non pro datione: ſed pro
ipſo dato indigenti ex compaſſione propter deum. ſic dici⸗
mus tunicam pauperi ꝓpter deum datam eſſe elemoſynā.
¶ Tertio notandum ꝙ ſm̄ beatum Bonauē. in dubijs lit Nota. 3.
teralibus diſtin. xv. poſt Alexā. parte. iiij. q. cv. membro. ij. C
ſeptiformis eſt elemoſyna corporalis: ſicut in hoc metro cō
tinet̄. Viſito / poto / cibo / redimo / tego / colligo / cōdo. Viſi
to infirmū: poto ſitibundū: cibo famelicū: redimo captiuū:
tego nudū: cōdo defunctū. Quarū ſufficiētia ſic ſumi pōt.
Elemoſyna corporalis dat̄ ad releuandā indigentiā corpo⸗
ris: indiget aūt corpus aliquo vt cōiunctū anime: ⁊ aliquo
vt ſeparatum. Ut cōiunctū indiget aliquo ad remouendū
interiorem defectū vel exteriorē. Interiorē: vel propter im⸗
proportionem qualitatū per infirmitatem: cōtra hanc ordi
natur infirmoꝝ viſitatio: intelligit̄ aūt per viſitationē non
ſolum preſens exhibitio corporis viſitantis: ſed conſolatio
infirmi / qua pro poſſe remoueat̄ infirmitas: vel propter re
ſtaurationē cōſumptionis humidi radicalis: hec aūt ſit vel
ꝑ ſumptionē cibi vel potꝰ. Et cōtra hāc cōſumptionē ordi⸗
nat̄ cibatio eſuriētis: ⁊ potatio ſitiētis. Indiget etiā aliq̄ cō
tra defectū ab extrinſeco veniētem: et hoc vel a remotis: vt
ſunt caumata et imbres: vel corpori adiacētia: vt frigora et
nuditas. Contra primū ordinat̄ hoſpitalitas: cōtra ſcd̄m ve
ſtitio corporis: vel ad reſtitutionē adēpte libertatis: et con⸗
tra hāc ordinat̄ redēptio captiuoꝝ. Cōtra defectū corporis
vt ſeparati / ordinat̄ ſepultura: ſiquidē nō ſeparat̄ corpꝰ ab
anima niſi per mortē. Mortuis autē debet̄ ſepultura. Alie
etiā reductiones ponūtur: ſed hec ſufficiāt. ¶ Quarto no⸗ Not. 4.
tandū ꝙ nō de oibus bonis poteſt fieri elemoſyna ſaltē or⸗ D
dinate: ſm̄ Tho. in. iiij. diſt. xv. q. ij. ar. iiij. Sunt aūt in gene
re duplicia bona: quedā neceſſaria habenti: quedā non ne⸗
ceſſaria. Neceſſaria dico vel ſimpliciter ad cōſeruationē vi
te: ſine quibus. ſ. habens vel ſue cōmiſſi prouiſioni / viuere
nō poſſet vel poſſent: vel ad decentiā ſtatus: ſine quibꝰ non
poteſt decenter ſeruari ſtatus in victu / amictu ⁊ in familia:
prout deſeruit bono reipublice: non prout deſeruit faſtui ⁊
ſuperbie perſone: quedā autem non neceſſaria altero dicto
rum modorum. Item bonoꝝ habitoꝝ quedā ſic ſe habent
ꝙ poſſidens ea tenetur ad reſtitutionem eorundē eis a qui
bus acquiſita ſunt. Quedā ſunt ad quoꝝ reſtitutionē poſſi
dens non tenetur. Que autem ſunt hec vel illa: ſatis patet
diſt. xv. in pluribus queſtionibus. Item habentiū vſum re
rum exterioꝝ: quidā habēt illarum rerū adminiſtrationem
qui pro voto ſuo poſſunt eas alienare / vendēdo / cōmutan
do / donando: vt patreſfamilias nulla lege ꝓhibiti. Alij ve
ro non habēt earum diſpēſationem: vt vxor filiuſfamilias /
monachus renuncians proprietati / furioſi / amētes ⁊ huiuſ
modi. Hec de primo articulo. ¶ Quantū ad articulū ſecū⸗ Artic. 2.
dum eſt cōcluſio prima. Dare elemoſynā de rebus ſimplici Cō. P. 1.
ter neceſſarijs perſone dantis vel ſibi cōmiſſis: nec eſt cōſi⸗ E
lij nec precepti: ſed eſt cōtrarium ordini charitatis. Proba⸗
tur: q2 ſm̄ Augu. peccat qui prepoſtere agit: ſed ordo chari
tatis exigit ꝙ hō magis ſibi ⁊ ſuis prouideat q̄ alijs. Ordi
nata em̄ charitas a ſeipſa incipit: vt patuit in tertio. Jō ſub
trahere ſibi neceſſaria aut ſuis: et retribuere alijs eſt cōtra⸗
rium ordini charitatis: ⁊ per cōſequēs nec cōſilij / nec pre
cepti: q2 nihil cōtrariū charitati aut ordini eius cōſulit̄ aut
precipitur: nā que a deo ſunt: ordinata ſunt. ad Roma. xiij.
Patit̄ tn̄ hec cōcluſio vnā exceptionē ſm̄ Richar. diſt. xv.
q. v. ar. ij. et Tho. ij. ij. q. xxxij. ar. vj. ſi ſc3 quis ſubtraheret ſi
bi: ⁊ daret alicui perſone ſolēni / de cuius morte immineret
notabile periculū: aut detrimētū reipublice vel ꝓfectui aīa
rū: in quo caſu nō eſſet cōtrariū ordini charitatis ſe et ſuos
negligere; ⁊ alij ſubuenire; q2 bonū reipu. ⁊ ſalus animarū

preferēda eſt vite ꝓprie corporali: quia bonū quāto cōmu/
nius: tāto diuinius. Verū hoc facere ſm eundem nō eſt ne
ceſſitatis: ſed ꝑfectionis. Qḋ tñ ſane intelligendū eſt: qm̄ ſi
perſona ſolēnis tāte neceſſitatis foret reipu. ⁊ aiarū ſaluti/
ꝙ ſine ea nō poſſet cōſeruari reſpublica et ſalus aiarū: eſſet
neceſſariū dare ei elemoſynā in caſu: qꝛ quilibet tenet̃ expo
nere vitā corporalē ꝓ vita ſpūali fratris: et pars tenet̃ ſe ex
ponere pro ſalute totius. Sed hec additio eſt intelligenda
vbi nō eſt euidētia (ſaltē notabilis) de neceſſitate ꝑſone ſo
Cōcl.2. F lēnis. ¶ Scđa cōcluſio. Extra caſum extreme neceſſitatis
proximi/ nō eſt dāda elemoſyna de neceſſarijs ſtat⁹ ſui. Pa
tet cōcluſio: qꝛ nemo debet ſe reddere impotentē ad exercē
dū ea ad que tenet̃ ſm ſtatū ſuū extra caſum extreme neceſ/
ſitatis ſui vel alioꝝ. vide Amb. ij. de offi. c. xvj. bene ad pro
poſitū. Itē Augu. ſer. ccv. Sed dādo elemoſynā de neceſſa
rijs ſtatui/ reddit ſe impotentē: ergo. Verū hic aduertēdū:
vt dicit ſanctus Tho. vbi. ſ. ꝙ decētia ſtatus habet magnā
latitudinē: ita vt multis additis vel ſubtractis non exit ho
mo cōditionē ſtatus: poſſet tñ tātū addi vel ſubtrahi/ ꝙ nō
maneret decētia ſtatus: qḋ tūc exiſtimo fieri quando ꝓpter
hmōi ſubtractionē vel additionē non ſufficeret ad exercitiū
operationū ſuo ſtatui debitarum: in hoc caſu intelligenda
eſt cōcluſio: ſecus ſi ꝓpter additionem vel ſubtractionē ni
hilominus ſufficeret ad opera ſtatui ſuo debita. Quāta au
tē poſſet fieri ſubtractio vt nihilominus maneat hmōi ſuffi
ciētia: nō pōt ſermone particulari determinari: ſed ſtat̃ in
hoc prudētie/ arbitrio ⁊ vnctioni/ que docet de oībus. Nec
obſtat ꝙ dñs conſulit oīa relinquere. Mat. xix. Vade inq̇t
vende oīa que habes: et da pauperibus. Qm̄ qui hoc cōſi
liū implet hic mutat ſtatū: ⁊ per cōſequēs que prius fuerūt
neceſſaria pro decētia ſtatus: nō erūt neceſſaria ſtatu muta
to: vt ſi princeps ingrediat̃ religionē: non indiget familia/
armis ⁊ ceteris ad regimē populi neceſſarijs: ſed pōt ſuſtē/
tari in hoc religionis ſtatu ex elemoſyna deuotoꝝ fidelium
labore aut redditibus iā pro hmōi renūciātibus in religio
Cōcl.3. G ne cōſtitutis. ¶ Tertia cōcluſio. Extra caſum neceſſitatꝭ nō
eſt faciēda elemoſyna de rebus male queſitis: ad quoꝝ reſti
tutionē tenetur poſſidēs: niſi ad reſtituendū ex alijs bonis
ſuis iuſte queſitis ſit ſufficiēs. Primum ꝓbatur autoritate
Prouerb. iij. Honora dñm de tua ſubſtātia: et de primitijs
oīm frugū tuarū/ da pauperibus. Et Eccli. xxxiiij. Immo/
lātis ex iniquo/ oblatio eſt maculata. Et ſequit̃. Qui offert
ſacrificiū ex ſubſtātia pauperis: quaſi q̄ victimat filiū in cō
ſpectu patris ſui. Sed elemoſyna pauperi impēſa eſt obla
tio deo facta: ſm illud Mat. xxv. Qḋ vni ex minimis meis
feciſtis: mihi feciſtis. Et Eſa. lviij. Frāge eſurienti panē tuū:
egenos vagoſqꝫ induc in domū tuā. vbiqꝫ ſonat tuū/ tua/
tuarū/ ad excludēdum alienū. Itē Grego. ſiagrio epō. Nō
eſt putāda elemoſyna: ſi pauperibus diſpēſetur qḋ ex illici/
tis rebus acquirit̃: qꝛ qui hac intētione mala accipit vt be/
ne diſpenſet: grauatur potius q̄ꝫ iuuetur. j. q. j. c. nō eſt putā
da. Itē Augu. ſ. de ver. dñi. Nolite velle elemoſynas facere
de fenore ⁊ vſuris. Et Greg. Elemoſyna redēptoris noſtri
oculis illa placet: que nō ex illicitis ⁊ iniquitate cōgerit̃: ſed
que de rebus cōceſſis ⁊ bene acquiſitis impēditur. Multa
de hoc. xiiij. q. v. Et pōt addi ratio: qꝛ nullus poteſt tranſfer
re dominiū rei aliene in alterū: ſed in elemoſyna trāſfertur
dominiū rei in pauperē: ergo res data nō erit aliena danti.
Res vero reſtituēda nō eſt eius qui reſtituere tenet̃: ſꝫ ma/
gis illius cui reſtituēda eſt. Preterea reſtituere rē debitam
eſt precepti: dare aūt elemoſynā extra caſum neceſſitatis cō
ſilij: ſed propter cōſeruationē conſilij nō eſt violandū prece
ptū: ergo. immo in tali caſu nō eſt conſiliū. Dicitur in cōclu
ſione extra caſum neceſſitatis: qm̄ in caſu extreme neceſſita
tis/ poſſet q̄s vidēs fratrē fame perire: nec habere qḋ retri/
bueret recipere rē alterius ⁊ dare pereūti: quia in caſu licet
det ſibi alienū: nō tñ dat alienū pereunti: qꝛ in tali neceſſita
te oīa ſunt cōmunia. Et periens in caſu eſt dñs rei date: ⁊ iō
porrigēs nō cōmittit furtū: qꝛ licet receperit alienū quoad
ſe: tñ nō inuito dño ſcꝫ pereūte: ſecus tñ videt̃ ſi porrigens

haberet vnde ſuſtētaret pauperē: ⁊ nihilominus acciperet
de alieno: vt videt̃ ſentire Alex. par. iiij. q. ix. mē. ij. Et ſicut
eū ibi intelligo: et ad hoc valet quod. ſ. dictū eſt diſt. xv. q.
iij. Dicitur etiā de rebus male queſitis ad quarū reſtitutio
nē tenetur poſſidēs: qꝛ vt. ſ. dictū eſt diſt. xv. q. xiiij. differē/
tia eſt inter turpe lucrū: et lucrū iniquū: et licet dū aliquid
acquirit̃ inique requirat̃ reſtitutio: nō tñ in turpi lucro vbi
actus quo quis lucrat̃ prohibitus eſt. Nō aūt lucrū ex actu
vt in lenocinio/ meretricio/ precio incantationis: ⁊ ſimilib⁹
multis in quibus etſi acq̇ſitio eſt iniuſta: nō tñ poſſeſſio rei
ſeu lucri ſic acquiſiti eſt iniuſta. De oībus itaqꝫ huiuſmodi
rebus: ad quoꝝ reſtitutionē acquirens nō tenetur: pōt fieri
elemoſyna: quia quecūqꝫ pn̄t licite in vſus ꝓprios cōuerti:
pn̄t etiā pauperibus licite erogari. Que aūt talia ſunt quo
rū reſtitutio eſt neceſſaria vel nō: habes. ſ. late diſt. xv. per
multas queſtiones. Vn̄ patet ꝙ de acq̇ſitis inique vt ꝑ fur
tum/ rapinā/ ſimoniā/ vſurā/ concuſſionē/ iniuſtam exactio
nem/ fraudem ⁊c̄. nō poteſt fieri elemoſyna: qꝛ ad oīm hoꝝ
reſtitutionē tenētur inique ſic poſſidētes. Scđo ſequit̃: ꝙ
de acquiſitis per ioculationē/ incantationē/ hiſtrionatum/
fornicationē/ traditionē/ ludū alearū ſm opi. Alexā. proba
bilem/ poteſt fieri elemoſyna. Cauſa tacta eſt: qm̄ in his nō
requirit̃ reſtitutio: et poſſidentes ſunt dñi rerū ſic acquiſi/
tarū. Vnde licet de meretricio poſſit fieri elemoſyna: nō tñ
oblatio publica ad altare: de quo. ſ. dictū eſt diſ. xv. q. xiij.
Et ſm hec intelligende ſunt oēs autoritates. ſ. ad cōcluſio
nem inducte de his bonis que nō modo turpiter: ſꝫ inique
acquirūtur: ad quoꝝ reſtitutionē acquirentes tenentur. Et
ſatis poteſt hec ſolutio ſingulis autoritatibus inductis ap
plicari. ¶ Scđa pars cōcluſionis que eſt Alex. q. cx. mē. ij.
quarte partis probatur: qꝛ de pecunia acquiſita per furtū/
rapinā/ vſurā. et ſimilia/ poteſt fieri elemoſyna: ſi raptor vel
vſurarius proponat reſtituere in equipollēte: ⁊ habeat vn
de reſtituat: quia ſic dando elemoſynam nō reddit ſe impo
tentem ad reſtituendum: hec autem cauſa eſt cur de taliter
acquiſitis non poteſt fieri elemoſyna: ne faciendo elemoſy
nam reddatur impotēs ad reſtituendū. Que cauſa tollitur
ſi ad reſtituendum ex alijs bonis ſuis ſit ſufficiēs: quia tūc
poſſet de furto ⁊c̄. facere elemoſynam: ⁊ ex alijs bonis ſuis
inique ablata reſtituere. Ex eodē ſequitur ꝙ nō ſemper de
licite acquiſitis danda eſt elemoſyna: nā ſi q̇s preter ea que
mutuaſſet nihil haberet vnde creditori mutuata reſtitueret
nō poſſet facere elemoſynā per eādem cauſam. ¶ Quarta Cōcl.4.
concluſio. Nedum extrema neceſſitate iam imminēte: ſed H
etiā exiſtētibus probabilibus extreme neceſſitatis de proxi
mo future ſignis: tenet̃ quilibet extra talē neceſſitatē cōſti/
tutus habēs ⁊ potēs defectum patiēti elemoſynā erogare.
Illa cōcluſio habet duas partes. Prima ꝙ imminēte neceſ
ſitate tenet̃ habēs ⁊ potēs elemoſynā dare. Scđa ꝙ non ſo
lū tenet̃ neceſſitate imminēte: ſed etiā exiſtētibus ꝓbabili/
bus ſignis. Prima pars patꝫ ꝑ illud. j. Iob. iij. Qui habue
rit ſubſtantiā huius mūdi: ⁊ viderit fratrē ſuū neceſſe habe
re: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quō charitas dei manet in
eo. q. d. nullo modo. Hec autoritas maxime locū habet im
minēte neceſſitate. Quilibet aūt tenet̃ habere charitatē ad
proximū: ergo etiā tenet̃ habere aut facere ſine quo chari/
tas in eo nō manet. Itē Amb. lib. de offi. et habet̃ in decre.
lxxxvj. diſt. c. paſce. Paſce fame morientē. quiſquis em̄ homi
nē paſcendo ſeruare poteris: ſi nō paueris: fame occidiſti.
Preterea quilibet tenet̃ ꝓximū ſi pōt a periculo mortis eri
pere: multomagis q̄ꝫ pecus ſuū: ſꝫ exiſtēs in extrema neceſ/
ſitate eſt in periculo mortis: ergo. Non aūt pōt eruere a pe
riculo famis niſi dando elemoſynā: ergo. Scđa pars ꝓbat̃
poſt ſan. Tho. qꝛ vix aut nūq̄ꝫ pōt euidenter cognoſci extre
ma neceſſitas: niſi iā imminēte morte: ſed illā opꝫ accipere ac
cognoſcere ex ꝓbabilib⁹ ſignis ⁊ certis ſm certitudinē mo
ralē: q̇b⁹ apparētib⁹ iudicāda eſt extrema neceſſitas: qn̄ ſcꝫ
aliq̇s videt alios impotētes vel pigros ad ſubueniendū: ⁊
pauperē indigētē cibo/ potu ⁊ alijs vite neceſſarijs ſine qui
bus viuere nō pōt: ⁊ pauperē ſibi hec nō poſſe preſtare: tūc

ſunt ſufficiētia ſigna extreme neceſſitatis:licet nōdū immi-
neat mors:que tamē de proximo futura eſt:niſi ſubueniat.
¶ Preterea imminēte morte/ cōſumpta virtute naturali/
nihil pficeret elemoſyna:igit nō eſt illa hora expectāda: nā
elemoſyna datur ad ſubueniendū:ergo tūc dāda cū pōt in-
digēti pficere. Dicit notāter in cōcluſione extra talē neceſſi
tatē cōſtitutus/ pter cōcluſionē primā que loquit de cōſti
tuto in ſimili neceſſitate. Dicit etiā habēs ⁊ potēs ⁊c. quia
qui nō habet vnde ſubueniat:nō tenet:cū ſm Hiero.nullū
Cōcl.5. Z preceptū ſit impoſſibiliū. ¶ Quinta cōcluſio. Dare elemo
ſynā extra caſum neceſſitatis pſonis miſeris ⁊ indigētibus
de ſuperfluis vtriuſq; neceſſitatis: tā cōſeruāde vite/ ꝙ ſta-
tus decētie:opus eſt cōſilij ⁊ magni meriti: ac primū prece
pto charitatis diligere. Iſta cōcluſio eſt de mēte Alex.par.
iiij.q.penul.mē.j.quē ſequit Tho.iiij.ſcrip.diſ.xv.q.de ele-
moſyna.ar.j.⁊.q.iiij.eiuſdē ar. Itē.ij.ij.q.xxxij.art.v. Durā.
et poſt eū Pal.ea.diſt.hos ſequit Nico.de lyra.ſ. Iohā.iij.
Anto. Panor.de emp.et vē.c.j. Baptiſta in ſum.et alij ple-
riq;. Alex.nāq; ponit tres gradus debiti iuſticie. Prim⁹ eſt
rigor vel neceſſitas iuſticie:cui⁹ trāſgreſſio eſt mortale pec-
catū. Secūdus eſt equitas iuſticie:vt bonū habēs cōformi
tatē iuſticie:nō tm̄ neceſſitatē ſeu rigorem: cuius trāſgreſſio
nō eſt mortalis:ſed videt venialis. Tertius gradus eſt diſ-
pēſatio iuſticie:et eſt dū aliquid agitur in alterū meritorie:
cuius tm̄ dimiſſio nō eſt demeritoria. Conſequenter dicit ꝙ
ſubuenire his q̄ ſunt in extrema neceſſitate ſm moderatio-
nē concluſionis quarte/ eſt de primo gradu iuſticie.hoc eſt
de rigore ⁊ neceſſitate iuſticie:ideo eius tranſgreſſor peccat
mortaliter. Subuenire aūt de ſuperfluo vtriuſq; neceſſita-
tis nature ⁊ ſtatus:ei qui non eſt in extrema neceſſitate: eſt
tm̄ in euidēti ⁊ notabili egeſtate: eſt de ſcđo gradu iuſticie:
hoc eſt ad illā tenet abūdās hm̄oi tētione equitatis.i.tene-
tur de bono ⁊ equo tali indigēti ſubuenire. Vn̄ ſi tali abun
dās nō ſubuenit p chriſto:preiudicat eq̄tati iuſticie: niſi il-
la vn̄ deberet ſubuenire taliter egēti: reſeruet aliquibus de
quoꝝ bonitate magis certus eſt: vel ſunt magis ppinqui:
nō tm̄ preiudicādo peccat mortaliter. Subuenire aūt de ſu-
perfluo illis qui cōmuni cōſuetudine mēdicāt:nec tm̄ appa
ret in eis ſignū aliquod notabilis vel grauis indigētie: eſt
de tertio gradu iuſticie: ⁊ eſt quidē meritoriū:tm̄ nō ſubue-
nire nō eſt demeritoriū: ſi ex aliqua leui cauſa rōnabili non
ſubueniat: vt ſi pſumat ꝙ habeat idigēs qđ illi ſufficiat ad
tēpus illud tranſeundū. Cōcordat ſctūs Tho.di. Nō omis
neceſſitas obligat ad preceptū: ſed illa ſola ſine qua is q̄ ne
ceſſitatē patitur:ſuſtētari nō pōt:nec apparet in prompto q̄
ei ſubueniat. Et de hoc caſu extreme neceſſitatis/intelligē-
de ſunt oēs autoritates ſonātes preceptiue: vt illa Luc.vj.
Omni petēti te tribue.et eiuſdem.xj. Qđ ſupereſt date ele
moſynā. Itē.j.Ioh.iij. Qui habuerit ſubſtātiā huius mun
di:⁊ viderit fratrē ſuū neceſſe habere:⁊ clauſerit viſcera ſua
ab eo: quō charitas dei manet in eo. vbi neceſſe dicit extre-
mā indigentiā. Et cōcordat ly.ibidē. In eodē caſu intelligē
dum eſt illud Baſilij. Eſt panis famelici quē tu tenes: nu-
di tunica quā in cōclaui cōſeruas: diſcalciati calce⁹ q̄ apud
te marceſcit:indigētis argētū qđ poſſides inhumatū:quo-
circa tot iniuriaris quot dare valeres. Simile dicit Amb.
xlvij.diſt.ſicut hi. In extrema em̄ neceſſitate:licz res tēpo-
rales ſint ſinguloꝝ quoad pprietatē:ſunt tm̄ cōmunes quo
ad vſum. Duran.dicit qđ eſt ſuperfluū vtriq; neceſſitati/na
ture ſcilz et ſtatus/ dari debet ex precepto ſm illud Luc.xj.
Quod ſupereſt date elemoſynā. Nec eſt dubiū quin ſit pre-
ceptū reſpectu illoꝝ qui ſunt in extrema neceſſitate:q: illis
ex precepto dandū eſt:qđ eſt neceſſariū proprio ſtatui: a for
tiori rōne id qđ ſuperfluit. De illis aūt qui nō ſunt in extre-
ma neceſſitate: licz ſint in magna neceſſitate ⁊ verecundia:
nō audeo plene diffinire: ne cōdēnem maiorē partē diuitū.
Illi innitit baptiſta in ſum. vide clariſſime ad ppoſitū Cā
cel.in florib⁹.c. de auaricia. Itē Augu.ſer.ccxxvij. ¶ Hui⁹
tm̄ cōcluſionis oppoſitū tenet Ricb.in.iiij.diſt.xv. quē imi
tat Ange.in ſum.ſua. Dicūt em̄ ꝙ dare elemoſynā de ſuper
fluo indigēti citra extremā neceſſitatē/eſt de precepto:qđ ſi
verū eſſet:vix aliq̄s diuitū ſaluaret. Prima tm̄ opinio vide
tur probabilior:q: nihil debet dānari tāꝗ mortale pctm̄:de
quo nō habet euidēs rō:vel manifeſta autoritas ſcripture:
et ideo dictū eſt in cōcluſione:qđ eſt primū preceptū chari
tatis. Nā vbi eſt vera charitas:ibi eſt cōpaſſio primi:q̄ effi
cax nō eſt: ſi miſeriā cui cōpatit: nō releuat dū releuare pōt
ſine ſui ⁊ alioꝝ detrimēto quib⁹ ampli⁹ obligat. ¶ Sexta Cōcl.6. Z
cōcluſio. Sicut nō de oibus bonis dāda eſt elemoſyna: ita
nec oibus eſt indiſcrete erogāda. Primū patet:q: nō de ini
que acquiſito:vt.s̄.dictū eſt concluſione.iij. Scđa pars pa
tet:q: elemoſyna dāda eſt ſm regulā charitatis: ergo nō de
bet dari in dānū ei⁹ cui dat: licz cōtingit ex elemoſyna acci-
pientē foueri in pctis:qđ eſt maximū dānū accipiētibus:er
go illis nō eſt dāda elemoſyna p quā in pctis nutriātur:ſe-
cus ſi ſpe emendationis aut ſubleuāde neceſſitatis natura
lis. ¶ Sed p intellectu huius cōcluſionis notandū ꝙ ſm
Ricb.in malo duo cōſiderāda ſunt:natura ⁊ vitiū. Et ſicut
ei⁹ natura ita debet ex charitate diligi ꝙ tm̄ ei⁹ vitiū odiat:
ſic p elemoſynā ſubuenire debet indigētie nature: vt p hoc
eius malicia nō foueat. Et de hoc Augu.ad Vincē.donati
ſtā. Vtilius eſuriēti panis tollit (ſi de cibo ſecurus iuſticiā
negligit) ꝗ eſuriēti panis frangat: vt iniuſticie (ſeductus)
acquieſcat. Et in expoſitione pſ.cij.exponēs late has duas
autoritates. Omi petēti te tribue. Luc.vj.et illā. Deſudet
elemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtum cui eā tra-
das.inter alia inq̄t. Fac miam iniquo nō tāꝗ iniquo. Nam
ipm iniquū inquātū iniquus eſt:ne ſuſcipias.i. ne quaſi in
tētione ⁊ amore iniq̄tatis illi⁹ ſuſcipias eū.ſequit. Omi pe
tēti da:ſi pctor eſt qui te petit da:nō vt pctori. Das vt pecca
tori:qn̄ in quo pctor eſt:hoc tibi placet. Sequitur. Tibi oc Nota.
currit hō pctor:duo noia ſunt hō/pctor. ꝙ homo/opus dei
eſt:ꝙ peccator/opus hois eſt:da operi dei: noli operi hois
dare. Operi hois eſt dare peccatori pter pctm̄:placēti ti-
bi pter pctm̄.ſequit. Qui donat hiſtrionibus:qui donat
auguribus:qui donat meretricibus:quare donat. Non ibi
attēdit naturā hois dei:ſed nequiciā hois humani. Si ho-
mo tm̄ eſſet: et nō hiſtrio:aut augur:aut meretrix eſſet:non
donares: nō ergo hoi:ſz arti nequiſſime donas. ¶ Ex his
ſatis patet/ꝙ elemoſyna dāda eſt cuilibet etiam pctori pro
pter nature ſuſtētationē dū neceſſitatē patit:nō autē pter
officiū ſeu exercitiū vitioſum. Et p hoc autoritates ſcriptu
re ⁊ ſctoꝝ que ſupficietenus vident cōtrarie:facile pn̄t con
cordari:ſz de mēdicātibus validis dicet in.iiij.ar.in dubijs.
¶ Septima cōcluſio. Nō habens liberā facultatē:iuſtū do Cōcl.7. Z
miniū:neq; in reb⁹ exterioribus⁹ adminiſtrationē:nō pōt da-
re elemoſynā citra extremā neceſſitatē. Probat cōcluſio:q:
in elemoſyna trāſfert dn̄iū elemoſyne in mēdicū : ſed carēs
libera facultate dn̄io vel adminiſtratione rei:nō pōt tranſ-
ferre dn̄iū:ergo nec dare elemoſynā:q: rei non ſue:neq; ad
miniſtrationi ſue cōmiſſe/tenens eā/nō habet ei⁹ dominiū:
ergo nō pōt id trāſferre:q: qđ q̇s nō habet: alteri dare non
pōt. Corollariū:neq; religioſus:neq; vxor:neq; filiuſfami-
lias: nec familia pn̄t dare elemoſynas de reb⁹ ſue fidei non
cōmiſſis/ſine cōſenſu pſidētis mariti ſeu patriſfamilias ex-
preſſo vel pſumpto:q: religioſus nulli⁹ rei habet dn̄iū: nec
vxor niſi in reb⁹ cōibus:puta ſm Alex. par.iiij.q.cxij.mē.ij.
pane ⁊ vino ⁊c. Ac pal.diſt.xv.q.iij.art.vj.cōclu.ij.admini
ſtrationē:neq; filiuſfamilias:nec famlia:niſi ſpecialiter fue
rit adminiſtratio cōmiſſa. Hinc patet ꝙ religioſus in clau-
ſtro nullā habēs cōmiſſionē in tēporalibus:nō pōt dare ele
moſynā. Vxor vo ſi fuerit lucratiua:aut habens bona para
fernalia:pōt ſine cōſenſu mariti dare elemoſynam:q: in his
habet dn̄iū ⁊ adminiſtrationē. Et de hoc.s̄.diſt.xv.q.iij.cla
rius. ¶ Dicit notāter: Nō habēs dominiū:nec adminiſtra
tionē: qm̄ ſi habet adminiſtrationē ſiue dominiū ſiue p cō-
miſſionē: aut per conſenſum expreſſum vel preſumptū ha-
bentis dominiū certarū rerū:poteſt de his dare elemoſynā
ſm limitationem ⁊ exigentiā cōmiſſionis ⁊ adminiſtratio-
nis ſibi tradite et nō vltra. Ponit tamē Palu.octo caſus in

quibus vxoꝛ poteſt elemoſynā dare ſine licentia viri. Et alī
quos tangit Alex. par. iiij. q. cxij. mēbꝛo. ij. ¶ Dicit̄ citra ex
tremā neceſſitatē: qm̄ in extrema neceſſitate quilibet tenet̄
ſubuenire indigēti etiā de alieno: dum nō habet de ſuo. De
bet tm̄ vt vult Alexan. par. iiij. q. cxij. ſi in pꝛōpto eſt dn̄s rei
vel adminiſtratoꝛ: vt abbas/marit⁹/paterfamilias peti ab
eo licētia: quā ſi nō conceſſerit: aut pꝛeſens nō fuerit: nec ex
trema neceſſitas moꝛā patitur: debet erogare: q2 in illo ca/
ſu oīa ſunt cōmunia. Et ad id tenet̄ lege diuina: cui obediē
dū eſt etiā cōtra ꝓhibitionē pꝛelati: vt ibidē dicit̄. Et Act.
Concl. 8. M v. Obedire opoꝛtet deo magis/q̄ hoībus. ¶ Octaua con
cluſio. Oꝛdo erogādi elemoſynā indigētib⁹ et miſeris: imi
tari debet oꝛdinē charitatis. Pꝛobat̄ cōcluſio: q2 datio ele/
moſyne eſt effectus charitatis: ſm̄ illud. j. Job. iij. Qui ha/
buerit ſubſtantiā huius mūdi: et viderit fratrē ſuū neceſſe
habere: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quō charitas dei ma/
net in eo. ergo ſequi debet oꝛdinem charitatis. Quis ſit il/
le oꝛdo/dictū eſt lib. iij. diſt. xxix. ¶ Et de hoc bꝛeuiter dicit
Tho. in. iiij. ſcripto diſt. xv. q̄ non eſt facile determinare cui
magis/ſeu pꝛius dandū ſit ꝓpter diuerſitatē harū triū con
ditionū: neceſſariū ſc3 debitum/⁊ honeſtū: que in diuerſis
habent ſe vt excedentia ⁊ exceſſa. Nā neceſſitas ſimpliciter
pꝛeponderat. Ita q̄ habēs extremā neceſſitatem: oībus nō
exiſtētibus in extrema neceſſitate/pꝛeferēdus eſt: etiā parē
tibus/magiſtris/benefactoꝛibus/et quātūcūq3 ꝓpinquis.
¶ Debitū etiā pꝛeponderat honeſtati. Nā magis reddēdū
eſt debitū: q̄ beneficiū impēdendū: vt vult phs. ix. Ethic.
Et ideo magis faciēda eſt elemoſyna benefactoꝛib⁹: q̄ eis
a quibus nullū beneficiū eſt acceptū: vt eis a quibus acce/
pta ſunt bona coꝛpoꝛalia vel ſpūalia: ꝓpter debitū gratitu
dinis. Sic honeſtas pꝛeponderat ſimplici indigētie: nā ma
gis ſubueniendū eſt bonis ⁊ honeſtis: q̄ minus bonis aut
minus honeſtis: ſiue etiā pctōꝛibus/atq3 malis/ceteris pa
ribus. Dū aūt ex vna parte eſt magis neceſſariū citra extre/
mā neceſſitatē: ex alia parte maius debitū: ex tertia mai⁹ ho
neſtū quis alteri pꝛeferat̄: difficile aut impoſſibile eſt iudi/
care in ſingulis: q2 circūſtantie poſſunt infinities variari: ⁊
talia nō cadūt ſub arte. De his aūt vnctio docet ⁊ pꝛudētie
cōſiliū: vide pal. diſt. xv. q. iij. ar. vij. Et tantū de articulo ſe/
Artic. 3. dubiū. N cūdo. ¶ Quantū ad tertiū articulū dubitat̄ iuxta cōcluſio
nē ſextā: Utrū oībus indigētibus nō malis dāda ſit elemo/
ſyna. Et arguit̄ q̄ nō: q2 nō mendicātibus validis. i. potēti
bus laboꝛibus ſuis releuare indigētiā: ergo. Añs ꝓbatur:
q2 talibus ꝓhibetur mēdicatio. l. vnica. C. de mendi. va. Et
addit̄ pena. ¶ Itē qui tenentur laboꝛare ad pellendā indi
gentiā: nō debēt accipere elemoſynā: ſed ad laboꝛes tenen/
tur oēs validi ſm̄ illud Gen̄. iij. dictum ad adā ⁊ poſteros.
In ſudoꝛe vultus tui veſceris pane tuo: in laboꝛibus come
des ex ea/ſc3 terra cūctis diebus vite tue. Ad idē facit illud
aplī. Si quis nō vult operari: nō māducet. ij. Theſ. iij. Fre
quēter deniq3 in epiſtolis ſuis fideles ad laboꝛes manuum
hoꝛtat̄: ſeipm̄ pꝛeferēs exēplū fidelibus qui victū manibus
queſiuit. ibidē. ¶ Pꝛeterea validi mēdicātes elemoſynas
pauperū rapiūt: ⁊ pauperes ſpoliāt: cum ea mendicāt que
pauperib⁹ debētur. Un̄ Hiero. ad Damaſ. Qui aūt bonis
paternis/et operib⁹ ſuis ſuſtētari pn̄t: ſi qō pauperū eſt ac/
cipiūt: ſacrilegiū pꝛofecto cōmittūt. Sed validis laboꝛe ſu
ſtētari potētibus: ipſi laboꝛes ſunt eoꝝ opes. ¶ In oppoſi
tū ſunt oꝛdines mēdicantiū: in quibus ſunt multi validi et
Rñſio. O foꝛtes: et tm̄ ad mēdicandū ſunt inſtituti. ¶ Pꝛo reſponſio
ne ad dubiū/ſupponendū q̄ licitū eſt ⁊ meritoꝛiū oīa relin
quere ⁊ effici pauperē pꝛopter deū. Nā hoc inſtruxit doctri
na ⁊ vita chꝛiſti: inſinuat apoſtoloꝝ cōuerſatio: ⁊ oīm fide/
liū pꝛimitiue eccleſie quib⁹ erāt oīa cōmunia: nec quiſq̄ ali
quid ſuū eſſe dicebat. Act. ij. ⁊. iiij. Hoc em̄ eſt conſiliū euā/
gelice perfectionis: pꝛout hoc late declarat Alex. par. iiij. q.
cvj. et ſequētibus. Hāc aūt renūciationē omniū poſſeſſoꝛū
ſequit̄ neceſſitas mendicādi vel laboꝛādi: qm̄ cū omnis ho
mo tenetur vitā ſuam ſuſtētare neceſſario victu/veſtitu: ne
ſit occiſoꝛ ſuiipſius: renūciās oībus: ⁊ nihil pꝛopꝛiū habēs:

tenetur acquirere victū et veſtitū. Nec eſt alius modus ac/
quirēdi: niſi mendicādo ab alio: vel laboꝛibus ſuis acquirē
do: et per ꝯn̄s ad alterū illoꝛū tenet̄. ¶ Sed vt cognoſcat̄
quis ad quem teneatur: notandū eſt poſt Alex. q. cvij. par.
iiij. mēbꝛo. ij. ar. ij. q̄ tripliciter cōtingit mendicare. Pꝛimo
ex neceſſitate nature: vt dum quis petit ab alio qō per ſe ha
bere nō pōt ꝓpter paupertatē vel infirmitatē aut vtrunq3.
Hic modus miſerabilis eſt tolerabilis: et per patiētiam ſit
meritoꝛius ⁊ laudabilis. Sicut legitur de lazaro mēdico ⁊
infirmo iacente ante edes diuitis: q̄ moꝛtuus poꝛtatus eſt
ab angelis in ſinū abꝛae. Ex quo colligitur q̄ mēdicitas ex
neceſſitate pꝛoueniēs eſt occaſio directiua in vitā eternam:
iuxta qō dicit Gꝛego. Mala que nos hic pꝛemūt: ad deū
ire compellūt. Scōo modo quis mēdicat pꝛo ocio fouēdo
vel ꝓ lucro cumulādo: vel vtroq3 modo: et hec mēdicatio
eſt culpabilis: et de hac dicit Amb. de offi. lib. ij. c. xvj. Ueni
unt validi nullā cauſam niſi vacādi habētes: ⁊ volūt ſubſi
dia euacuare pauperū: exinanire ſumptū: nec exiguo cōtē/
ti maioꝛa querūt: ambitu teſtiū captātes petitionis ſuffra/
giū: et nataliū ſimulatione lucrātes: licitāteſq3 incrementa
queſtuū. Et ſequit̄ ibidē. Modus aſſit largiēdi: vt nec illi
inanes recedāt: neq3 trāſcribatur vita pauperum in ſpolio
fraudulentoꝝ. Tertius modus mendicādi eſt ſupererogā/
tiuus iuſticie: cū ſc3 quis mēdicat ꝓ chꝛiſto venerādo ⁊ pꝛo
ximo edificādo. Venerādo ſc3 per imitationē ⁊ cultus exhi
bitionē. Per imitationē quātū ad cōtemptū ſui: ⁊ vilifica/
tionē ſiue abiectionē: qō chꝛiſtus euidētiſſime fecit. Unde
Hiero. Eſto vilis quantū poteris: nunq̄ chꝛiſto vilis eris.
Laudabilis eſt illa mēdicatio volūtaria: qua ſe quis expo/
nit vt redēptoꝛi ſuo ſe cōfoꝛmet: et vt cultui diuino mēte li/
berioꝛi aut euāgelizationi vacet: depoſita ſeculi ſolicitudi/
ne ⁊ ꝓximū edificet ⁊ ꝓuocet ad pietatē. De quo btūs Au
gu. in ſer. xl. In illo tp̄e multū cōmēdat deus opera mīe cū
ſanctos ſuos egere facit: vt cū facti fuerint amici de māmo
na iniquitatis: recipiāt et ipſi amicos ſuos in eterna taber/
nacula. i. cū ſerui dei pij iugiter deo vacāt aliquotiēs (vt il
li qui habēt mūdi diuitias) elemoſynas illis largiātur. Et
quō illos participes faciūt in terrena ſubſtantia: ſic cū illis
partē merebuntur habere in vita eterna. ¶ Ex his patet q̄ P
mēdicatio eſt repꝛoba: q̄ tolerabilis: ⁊ que laudabilis ⁊ me
ritoꝛia: ⁊ ꝑ hoc qui poſſint licite mēdicare. Sed ⁊ de laboꝛe
manuū notādum ſm̄ eūdē Alex. par. iiij. q. cviij. mēbꝛo. j. q̄
iudiciū de vnaquaq3 re ſumēdum eſt ſm̄ finē ad quē eſt oꝛ/
dinatū: laboꝛ aūt manuū ad tria oꝛdinat̄: ſc3 ad ociū vitan/
dū: ad coꝛpus domandū: et ad victū querēdum. De pꝛimo
Hiero. ad ruſticū monachū. Semꝑ aliquid operis facito:
vt te diabolus occupatū inueniat. De ſcōo apl's. ij. Coꝝ. vj.
annumerās ea quib⁹ coꝛpus caſtigat̄: dicit. In laboꝛibus:
in ieiunijs: in vigilijs: in caſtitate ⁊c̄. De tertio Actuū. xx.
Ad ea que mihi opus erant: et his que mecū ſunt: miniſtra
uerūt manus iſte. Si ergo cōſideretur laboꝛ manuū/ſm̄ q̄
oꝛdinat̄ ad tollendū ociū: vel ad coꝛpus domandū: idē eſt
iudiciū de laboꝛe manuū/et de alijs exercitijs ad hoc oꝛdi/
natis. Sic em̄ nō eſt ſub pꝛecepto q̄ ocium tollatur pꝛeciſe
tali aut tali occupatione: ſed ſufficit q̄ qualicūq3 licita oci/
um vitetur. Similiter ad domandū coꝛpus valēt vigilie/ie
iunia/oꝛationes/et exercitia ſpūalia: et ideo nullū hoꝛū eſt
in pꝛecepto inquantū oꝛdinat̄ ad hunc vel illū finē: quia cū
finis aliquis eſt in pꝛecepto ad quē diuerſa ſunt media lici/
ta: per quoꝝ alterū finis poteſt attingi: neutrū eſt in pꝛece/
pto niſi ſub diſiūctione ad alterū. Sicut pꝛeceptū eſt: hono
rare parētes per eoꝝ ſuſtētationē dū indigēt. Cū autē ſuſtē
tari poſſunt pecunia aut rebus neutrū hoꝝ eſt in pꝛecepto:
ſed ſufficit q̄ altero illoꝝ ſubleuetur indigētia: niſi lex ſpeci
ficaret certū mediū quod pꝛeciperet. Sic ſi conſideretur la
boꝛ manuū in oꝛdine ad victum acquirendū: non eſt in pꝛe
cepto cū alijs medijs poteſt acquiri/ſcil3 laboꝛe ſpirituali/
aut alio ſeu alteri⁹ dono gratuito: ſiue ad petitionē indigē/
tis: ſiue mēdicātis dato ſiue ꝓpꝛio cōcedētis motu. Quis
enim diceret/q̄ magiſtri artiū mechanicarū poſſint viuere

de arte ſua: et magiſtri artiū liberaliū nō poſſint. Nec aduo
cati de ſuo patrocinio qđ preſtāt in cauſis: et ſic de oībus li
citis occupationibus. Similiter quis diceret ꝙ quis pōt re
cipere dona ꝓprio dātis motu oblata: ⁊ non accipere peti/
ꝗ ta. ¶ Notāda eſt multiplex diſtinctio paupertatis: quā po
nit Alexā. par. iiij. q. cviij. mēbro. ij. Paupertas inq̄t duplex
eſt: ſimulata ⁊ vera. Pauperū primo modo nō eſt poteſtas
recipiēdi elemoſynas: ſicut nec diuitū: qm̄ vt patet ex diffi/
nitione elemoſyne. Elemoſyna eſt largitio facta indigenti
ex cōpaſſione ⁊c. vbi autē eſt paupertas ſimulata: ibi nō eſt
indigētia: deniqꝫ hmōi pauperes ſolēt ad mēſas alienas re
ſpicere: aut ꝓpter pecunie congregationē: aut lautiorē ven
tris refectionē vel aliquid hmōi. Paupertas non ſimulata:
ſed vera duplex eſt ſm Hiero. ad Ruſticū: ſcꝫ volūtaria vel
expedita: ⁊ neceſſaria vel illata. Prima habet gloriā. Secū
da habet cruciatū. Neceſſaria ſiue illata/ aut eſt potens rele
uari per laborē: aut nō ꝓpter infirmitatē aut debilitatē: aut
defectū materie/ aut loci/ aut ementiū et hmōi. et tali debe/
tur elemoſyna a fidelibus. Si primū: puta potens eſt labo
rare ⁊ ſe releuare: nō laborat: aut propter cauſam minus re
ctā: pigriciā/ ocij amorē et hmōi. Et talibus nō debetur ele
moſyna inquātū tales ſunt. Et de hmōi apl's loquitur dum
ad labores manuales hortaꝫ in diuerſis epiſtolarū ſuarum
paſſibus. Aut nō laborat ꝓpter cauſam rōnabilē: ⁊ tūc aut
illa cauſa pōt cōpenſare laborē: aut non. Si poteſt: excuſaꝫ
pauper recipiēdo neceſſaria affectu pietatis. Et hoc pro tā/
to/ pro quāto pōt cōpēſare: ſi oīno nō pōt cōpenſare: nō de/
bet elemoſynā recipere. Si aūt ſunt pauperes paupertate
volūtaria: aut illa eſt aſſumpta amore dei et zelo animarū:
aut vlterioris perfectionis apprehēſione: aut ex alia cauſa
min⁹ iuſta: puta timore deficiendi: aut ſecularis inopie: vel
propter honorē ab hoibus cōſequendum: qm̄ frequēter ta
les pauperes volūtarij ⁊ mundo renūciātes honorantur a
pijs hoibus: vel aliā hmōi cauſam minus rectā. Et taliū re
nūciatio et paupertas eſt vituperabilis: niſi corrigaꝫ inten
tio. Et tales male ⁊ in ſui diſpendiū recipiūt elemoſynā. Si
aūt primū: puta eſt voluntarie aſſumpta amore dei ⁊c. Illi
ſunt veri pauperes: quib⁹ regnū dei ꝓmittitur. Sed et illa
paupertas recipit partitionē: qꝛ aut nō pōt releuari ꝑ labo
res: et tūc dubiū nō eſt quin poſſint accipere elemoſynam.
Si aūt pōt per laborē releuari ⁊ releuaꝫ: hoc eſt ſi renūcian
tes oībus ꝓpter deū manuū labore victū acquirūt. Hoꝝ di
cit Alex. eſt altiſſima paupertas quātū ad genus pauperta
tis. Si nō releuaꝫ: aut ex cauſa rōnabili: aut irrōnabili. Si
primū: pōt diuidi vt in priori mēbro: aut cauſa non recōpen
ſat laborē in toto vel in parte: et tūc ꝓ tāto excuſaꝫ recipiēs
elemoſynā pro quāto cauſa recōpēſat laborē. Si cauſa inor
ꝓpō. 1. dinata: nō excuſaꝫ in recipiendo elemoſynā. ¶ His premiſ
R ſis: reſpōdetur ad dubiū ꝑ duas ꝓpoſitiones. Prima. Om
nibus indigētibus tā infirmis ꝙ̄ validis dāda eſt elemoſy/
na: dū per hāc nō foueꝫ eoꝝ laſciuia: inertia: aut alia facino
ra. Hec cōcluſio quoad primā partē de infirmis nō potenti
bus ſibi ꝓuidere ſatis manifeſta eſt ex dictis. Sed de vali/
dis. i. potētibus ſibi ꝓuidere manuū ſuarū laboribus: qui
volūtarie paupertatē eligunt ⁊ corporaliter laborare negli
gūt: vt expeditius ⁊ liberius in laborib⁹ ſpūalibus ſe cōti/
nuare poſſint: ꝓbatur tripliciter: rōne: exēplo: ⁊ autoritate.
Ratione: omni indigēti qui non teneꝫ ad labores manuū:
quibus victū acquirat: ſubueniēdum eſt per elemoſynā ne
deficiat: ſm illud Amb. Paſce fame morientē: ſi nō pauiſti
occidiſti. ſed tales ſunt multi validi: ergo. Minor oſtendi
tur de validis oīa reſignātibus/ vt ſine impedimēto oratio
nibus: ſtudio: predicationibus: diuino cultui alijſqꝫ ſpūali
bus exercitijs ac deuotionibus vacare valeāt. Tales inquā
ad corporales labores nō tenētur. Nā maiora bona nō ſunt
omittēda ꝓpter minora. Quia vt dicit Ambro. ſuper illud
Luc. ix. Sine vt mortui ſepeliāt mortuos ſuos. Docet dn̄s
minora bona ꝓpter maiorem vtilitatē eſſe pretermittenda.
Maius aūt eſt aīas mortuoꝝ predicādo ſuſcitare: ꝙ̄ corpo
ra mortuorū in terra abſcōdere. ꝓpter qđ dicit Act. vj. Nō
eſt equū nos derelinquere verbum dei: ⁊ miniſtrare mēſis.
Et btūs Hiero. in ꝓlogo Job. Si aut fiſcellā iunco texerē:
aut palmarū folia cōplicarē vt in ſudore vultus mei come/
derē panē ⁊ ventris opus ſolicita mēte pertractarē: nullus
morderet: nullus reprehēderet. Nūc aūt qꝛ iuxta ſentētiā ſal
uatoris/ volo operari cibū qui nō perit: falſari⁹ vocor. Pre
terea pauperes volūtarij q̄ oīa dederūt pauperib⁹: licꝫ va/
lidi ſint: pn̄t ſine labore corporali de elemoſynis viuere. Vn̄
Augu. de opere monachoꝝ dicit: ꝙ illi q̄ in ſeculo habebāt
aliq̄d quo facile ſine opificio ſuſtētarēt vitā ſuā: et conuerſi
ad dn̄m diſpertiti ſunt: tales ad opera manuū cogi non de
bēt: nec ad acquirendū victū ꝓpriū. Et rōnē reddit: qꝛ q̄ de
elemoſynis pauperes ſuſtētauerunt: de elemoſynis paupe
rū ſuſtētari debēt. ¶ Latius hec ꝓſequiꝫ Alex. q. cix. mē. ij.
Et ſubdit Alex. Verū eſt ſi quis adeo eſſet potēs ſpiritu et
corpore: ꝙ poſſet corporaliter oꝑari ⁊ victū ſibi acq̄rere: et
nihilominus tp̄e ⁊ loco: prout expediret: ſpūalibus vacare
exercitijs ⁊ eccleſiaſtice vtilitati: hec agēdo perfectius age/
ret. ſicut Paul⁹ licet diligētiſſime predicationi inſiſteret: la/
borauit tn̄ manib⁹ in arte ſcenofactoria: vt habeꝫ Act. xviij.
Sed quis ad hec idoneus eſt. quaſi diceret: nemo. ſequiꝫ.
Laudādus eſt igitur et ſuadēdus corporalis labor validis
pauperibus: ſic tn̄ vt nō impediaꝫ feruor orationis: nec fru
ctus predicationis: nec obſeruātia religionis. hec Alexan.
¶ Si dicis hec vera ſunt de his qui proſunt eccleſie cui ſer
uiūt in predicatione/ ⁊ ſacramētoꝝ miniſtratione: ſed illud
nō pōt referri ad eos qui nō habēt hmōi officiū in eccleſia.
Rn̄deo: non ſolū his modis ſeruitur eccleſie: ſed etiā deuo
tis orationibus/ et ceteris exercitijs ſpūalibus. his em̄ acq̄
ritur gratia eccleſie: placaꝫ ira dei: ⁊ impetranꝫ oīa neceſſa
ria corpori et aīe. ſicut patet de amicis Job: qui orationib⁹
iob placati fuerūt dn̄o. Job vlti. Et ſimile de Helia. Jaco.
vlti. Unde tota eccl'ia eſt vna reſpublica. ergo quiſquis vſi
bus chriſtianis neceſſaria erogauerit: vbiqꝫ ea que ſunt ſi/
bi neceſſaria accipit. ¶ Idē ꝓbatur exemplis beati Alexij/
Benedicti/ Dominici/ Franciſci: quoꝝ quidā in mendicita
te vitā ſuā cōtinuauerūt ⁊ ſancti ⁊ grati dn̄o extiterūt: et tn̄
validi corpore extiterūt. Nā beatus Alexius cōtēpto patri/
monio/ et relicta vxore iuit mendicādo per mundū. Cuius
ſanctitatē dn̄s in morte ſua mirabiliter declarauit. Item de
ſancto Benedicto dicit Grego. ij. dialo. c. j. ꝙ per triēnium
ſtetit in ſpelūca nihil omnino operans: ⁊ de elemoſyna cu/
iuſdā romani monachi viuēs. De alijs patet. Itē hic poſſet
adduci exēplū chriſti: de quo apud nonnullos diuerſe ſunt
opiniones. ¶ Probaꝫ etiā ꝓpoſitio autoritate eccleſie qua
poſt chriſtū nulla maior eſt: que ordines mēdicātiū appro/
bauit: in quibus validi elemoſynā accipiūt: nedū predicā/
tes: ſed etiā ceteri horas canonicas perſoluentes: ac etiā ce
teris ſeruiētes. Nec ideo licet accipere elemoſynā validis: Nota.
qꝛ hoc cōceſſit ⁊ approbauit eccleſia: quaſi alias foret illici/
tū: ſꝫ ideo approbauit: qꝛ licitū erat. ¶ Itē Actuū. vj. dixe/
rūt apl'i. Non eſt equū nos derelinquere verbū dei: et mini
ſtrare mēſis: cū tn̄ fuerunt corpore validi. Et per idē: nō eſt
equū relinquere ſpūalia ⁊ ſeruire mēſe. i. corporalib⁹ labo/
ribus cū ſpūaliū negligētia. ¶ Per hoc ad rōnes in oppo Ad ra/
ſitū in principio dubij adductas. Reſpōdeꝫ ad primā de le tiones.
ge ꝓhibēte validos mēdicare. Rn̄det Alex. mēbro. ij. q. cix. S
ꝙ lex illa introducta fuit cōtra quoſdam: qui tp̄e famis ele
moſynas pauperū vſurparūt: ſimulādo inertiā ſiue ſui im/
potentiā ad laborādū. Qui ⁊ ocioſi erant: et nullā vtilitatē
reipublice afferebāt: quiqꝫ laborare poterāt: circa nihil ta/
men occupabātur: abūdare querētes ex elemoſynis paupe
rū: proni ad maleficia ⁊ rapinas: ⁊ iō iuſto iudicio rectores
reipublice a mēdicatione tales arcebāt et pena grauiſſima
puniebāt. ſ. perpetuo colonatu ſi q̄s fuerat liber: aut ſi fuit
ſeruus ꝑdit dn̄s ipm̄: ⁊ acquiriꝫ illi q̄ eū denūciat. Sec⁹ au
tē eſt in pauperib⁹ religioſis: in q̄bus nō eſt ſimulatio iner
tie: nec amor ocij: nec periculum rapine. ¶ Preterea dicit
Alexā. de facili pōt repelli iſta obiectio: cōſideratis intētio/
nibus varijs legis imperialis ⁊ euangelij. Nā illa intendit
vtiliter ordinare

vtiliter ordinare hoīes circa rēpub. ꝯſeruandā/ ꝓmouē-
dā/ ⁊ ſtabiliēdā: cuiꝰ ꝯſeruatio/ ꝓmotio ⁊ ſtabilitio eſt in
pecuniarū cōgregatiōe: ꝑdioꝝ ampliatiōe: ⁊ agroꝝ dila
tatione: qđ fit ꝑ potentū ⁊ diuitū multiplicationē ⁊ ege-
noꝝ ⁊ debilium diminutionē. Ecōtra intentio euangelij
eſt ordinare hoīes ⁊ habilitare ad regnū dei appetendū
⁊ aſſequēdū. qđ meliꝰ fit ꝑ ꝯtemptū diuitiarū: ꝙ earū cō
gregationē ⁊ retentionē: ꝓpter quod euāgeliū btīficat
pauꝑes ſpū. i. voluntarios ſm vnā glo. lex aūt īperialis
nō: nec ꝓpter hoc inter illas eſt ꝯtrarietas ꝓpter diuer-
ſas rōnes ꝓhibitionū ⁊ ꝑceptionū. Hec alex. Ex quo pꝫ
indiſcreta rephēſio multoꝝ rephendentiū tanꝙ validos
mēdicātes eos: q̄ pauꝑtatē elegerūt oībus renūciatis: ⁊
ſimul habitāt in ciuitatibꝰ aut ſiluis: nō in inerti ocio: ſꝫ
certis horis orōnibus intēdūt: ac deuotis exercitijs: reli
q̄s diligēter laborāt: exercētes oꝑa ſimplicia parū a de-
uotiōe diſtrahētia. Et dū hec nō ſufficiūt mendicata ele-
moſyna ſue neceſſitati ſubueniūt. Qui non amore ocij/
aut collectiōis pecunie: ſꝫ amore xp̄i: nudū xp̄m in pauꝑ
tate imitari deſiderātes: puritati vite ⁊ deuotis orōnibꝰ
meditationibꝰ: ac ſpūalibꝰ exercitijs operā ad edificatio
nē eccľie īpendūt: nō ſunt detractionibꝰ lacerādi: ſꝫ oī fa
uore ⁊ charitate tanꝙ xp̄i imitatores/ ⁊ euāgelice pauꝑ-
Ad. 2. tatis cultores ꝓſequēdi. ¶ Ad ſcđm: admiſſa maiore ne
gať minor: ſcꝫ ꝙ oēs validi teneanť ad labores: loquēdo
de laboribus manuū corporalibus. Et ad illud Gen̄. In
ſudore ⁊c. Notat Alex. q. cviij. mē. ſ. ꝙ ꝑceptū illud de la-
bore (quātū ordinať ad victū q̄rendū ſm illud. ſ. Theſ.
iiij. Operemini manibꝰ vr̄is ſicut ꝑcepimꝰ vobis: ⁊ vt ho
neſte ambuletis ad eos q̄ foris ſunt: ⁊ nulliꝰ aliq̇d deſi-
deretis) nō ſolū eſt iuris poſitiui: ſed etiā naturalis: illa
eñ ſunt de iure naturali: ad que homines ex ſui naturali
bus inclinanť. Sic ex ipſa diſpoſitōe corporis/ homo na
turaliter habet ordinē ad opꝰ manuale ꝓpter quod dicit
beatꝰ Job. c. v. Homo naſciť ad laborē ⁊ auis ad volatū.
¶ Sed ſciendum ꝙ duplex eſt preceptum legis nature.
Quoddā ordinatur ad tollēdū defectū ſingularis per-
ſone: vel ſpiritualē ſicut precepta de actibꝰ virtutuꝫ: vel
corporalē vt illud Gen̄. ij. De omni ligno paradiſi come
des. Aliud v̊o quod ordinať ad tollēdū defectū ſpeciei:
ſicut illud Gen̄. ſ. Creſcite ⁊ multiplicamini: quo precipi
tur actꝰ generationis quo ſpecies humana cōſeruať. In
ter hec duo precepta hoc intereſt. Nā ad preceptū legis
nature primi generis quilibet teneť. Ad preceptū v̊o ſe-
cundi generis quod ordinať ad defectū ſpeciei tollēdū:
non quilibet teneť ſingulariter: ſed tota cōmunitas ho-
minū teneť vt aliqui ex ea huic officio vacēt. Preceptum
aūt de labore manuū quodāmō ſub vtroqꝫ genere ꝑdi-
ctoꝝ contineť. Inquantū eñ labore manuū vniꝰ ſubue-
niť neceſſitatibꝰ alioꝝ ſic pertinet ad ſcđm genꝰ. Inquā
tum vnus ſuis neceſſitatibꝰ ſubuenit: pertinet ad primū
genꝰ: ſicut et preceptū de comedēdo: preceptū aūt hmōi
ordinatū ad defectū naturalē vel corporalē tollendū/ nō
obligat: niſi defectu exigēte: vt ſi eſſet aliquis qui poſſet
viuere ſine cibo. ſicut de q̇dam fratre heremita Nicolao
nomine in Szvicia referť: nō obligareť ad preceptū de
comedēdo. Sic ⁊ preceptū de opere manuali nō obligat
aliquē ſingulariter: ſm ꝙ ordinať ad tollēdum defectuꝫ
alioꝝ: ſed cōmuniter aliquo mō. Nec ſm ꝙ ordinatur ad
defectū ſuum perſonalē: niſi defectu exigēte. Et ideo qui
habet alias vnde licite poſſit viuere: nō teneť manibus
operari. Vn̄ nō eſt ſimpliciter neceſſariū pauꝑibꝰ validis
laborare manibꝰ: niſi dū aliter neceſſitati ſue ſubuenire
nō poſſunt. Et ad illud dictum ad adā. In ſudore ⁊c. di-
ciť ꝙ illa verba dn̄i magis ſunt prenūciātis penā: ꝙ pre-
cipientis ꝓ peccato ſatiſfactionē. vnde ꝑmiſit: maledicta
terra in opere tuo. Et ſimiliter mulier: ī dolore paries fi
lios: ⁊ nō ſequiť ꝙ q̇libet hō obligeť ad laborādū ex ne-
ceſſitate ꝑcepti alr̄s ſequiť ꝙ tenereť ad agriculturaꝫ: de
qua dn̄s ibi facit mentionē. ¶ Ad illud de apoſtolo dicē

dum ꝙ apoſtolꝰ ꝑcepit laborē manuū ꝓpter cauſas ſpe
ciales: ⁊ hoc aliq̇bus ꝑſonis: vtputa vt furtū ꝓhibereť:
⁊ alienarū rerū cōcupiſcētia ⁊ acq̇ſitio neceſſarioꝝ: feda
cura ⁊ ociū: vbi aūt ille ⁊ ſimiles cauſe nō ſunt: preceptū
nō habet locū. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ validi mendicātes Ad 3.
pauperes: quales ſunt de quibꝰ loquiť rn̄ſiua ꝓpoſitio:
nō ſpoliāt alios pauperes. q: nō recipiūt qđ eis nō licet:
habent eñ fas petendi neceſſaria: nec teneňť corporali-
ter laborare: vt dictū eſt. Ad autoritatē Hiero. diciť ꝙ lo
quiť de clericis poſſidentibꝰ bona eccľiaſtica q̄ debētur
pauperibꝰ. illa ſcꝫ q̄ ſuperſunt honeſte ſuſtētationi. Si il
la cōuertunt in alios vſus illicitos: ſpoliant pauperes ⁊
ſacrilegiū cōmittūt. Et quod addiť ꝙ labores manuū re
putanť opes validoꝝ: verū eſt eoꝝ qui laborare manibꝰ
teneňť: et ꝑ eas a melioribꝰ bonis nō impediunť. Hanc
materiā late tractat Alex. Et tantum de illa ꝓpoſitione.
¶ Scđa ꝓpoſitio. Dantē elemoſynā petēti pie: nō opor
tet nimis exq̇ſite inquirere cōditionē mendicātis ꝑſone. ꝓpō. 2.
Iſta ꝓpoſitio eſt de mēte Chry. ſup epiſtolā ad hebreos T
Et habeť. xlij. diſt. quieſcamꝰ. Si inquit pro nutrimento
poſtulat: ne in his examines: qm̄ abraā hoſpitalē ſe circa
oēs oſtēdebat. Si ſcrutator eſſet circa refugientes ad ſe:
nūꝙ angelos hoſpitio recepiſſet. fortaſſis eñ nō putaſ-
ſet eos angelos: ſed cū reliq̄s repelleret. Sꝫ qm̄ oēs re-
cipiebat: ſuſcepit ⁊ angelos. Nō eñ ex vita eoꝝ quos ac
cipis mercedē tibi retributurus eſt deꝰ: ſed ex voluntate
⁊ honorificentia multa ⁊ bonitate ⁊ mīa. Et hoc eſt qđ
addiť/ pie. Nam pie dat q̄ motus charitate ac mīa dat ad
ꝑſone ſuſtētationē: nō ad pcī ꝯtinuationē. De quo ſatis
dictū eſt ſupra ꝯcluſione vj. ¶ Scđo dubitať circa dictū Dub. 2.
btī Aug. in ꝓbatiōe. vj. cōcluſionis adductū: quo repro- V
bat donationē factā hiſtrionibus ſimul ⁊ venatoribus:
ꝑmiſit eñ autoritate ꝑallegata. q̇ venatori donat: hoc in
illo amat quo nequiſſimus eſt ⁊c. Dubitať igiť vtrū pec
cent q̄ aliq̇d donāt venatoribꝰ aut hiſtrionibꝰ. Ad h̄ du-
biū rn̄det Alexā. q. cxix. parte. iiij. mē. ſ. ꝑ diſtinctionē. Eſt
eñ triplex venatio: quedā oppreſſiua: quedā arenaria: q̄
dam ſaltuoſa. Venatio oppreſſiua: eſt qua opprimuntur
pauperes. De qua Gen̄. x. Cepit Nemroth eſſe potēs in
terra: ⁊ erat robuſtus venator corā dn̄o. i. hoīm oppreſ-
ſor ⁊ exactor: vt exponitur diſt. vj. nō eſt pctm̄. Arenaria
eſt cū q̇s pugnat cū beſtia dentata in arena: ⁊ ad hoc lo-
cat operas ſuas. Et hec illicita eſt ſicut ꝑma. Et qui eam
exercet ſub ꝑcio locatꝰ/ peccat mortalr̄ ⁊ efficiť infamis
iij. q. vij. infames. Venatio ſaltuoſa eſt q̄ fit in ſiluis ⁊ ſal
tibus mōtiū. Et hec eſt licita: fit tm̄ illicita ex tpe: vt in q̄-
drageſima. Et ex ꝑſona: q: clerico eſt illicita: ſaltē illa q̄
fit cū canibus ⁊ clamore: ponere aūt laqueos vel rete ſi
ne ſtrepitu ⁊ clamore nō eſt illicitū clerico. De hiſtrioni-
bus ſimilr̄ diſtinguit. Sūt eñ hiſtriones q̇ ꝑ aliqđ inſtru
mentū: aut corporis geſticulationē hoīes intendūt ꝓuo
care ad vanos riſus: ⁊ malā ineptam ꝑ leticiā. Et qui ob
hanc cām dat: īmolat demoni: vt dicit autoritas: ⁊ peccat
Sūt ⁊ q̄ nouerūt ī muſicalibꝰ inſtrumētis canere ſigella
aut cithara ad infirme nature ꝯſolationē: ſicut dauid ce-
cinit in cithara corā rege ſaul qn̄ ſpū malo agitabatur: ⁊
melius habebat. Et talibus dare pctm̄ nō eſt: ſicut h̄ ſi-
ne citharizatione ⁊c. ¶ Dubitať tertio: vtrū elemoſyna Dub. 3.
ſit magis ſatiſfactoria ceteris duabꝰ partibꝰ ſatiſfactiōis X
ſcꝫ ieiunio ⁊ orōne. Pro ſolutiōe notandū ꝙ ſatiſfactio
ad plura ordinať: ſcꝫ ad placationē diuine offenſe: ad re
miſſionē pene: ad exciſionē radicū pctōꝝ: ad reſtitutionē
minꝰ iuſte poſſeſſoꝝ: ⁊ ad q̄dā alia. Principalr̄ tm̄ ordina
tur ſatiſfactio ad placandā diuinā offenſam: ne vlciſcať
pctm̄ vt pꝫ ex diffinitiōe ſatiſfactionis ſtricte accepte. ſ̄.
q. ij. huiꝰ diſt. Et ꝑ hoc illa oꝑatio vel paſſio volūtaria eſt
ꝑfectior ⁊ magis ſatiſfactiua/ ꝑ quā magis placať offen-
ſa diuina. Et qm̄ ꝑ nihil magis placať deꝰ: ꝙ ꝑ actū a cha
ritate elicitū: ille actus eſt ſimplr̄ magis ſatiſfactiuꝰ qui
a maiori eliciť charitate. Et iō quātū ad hoc partes ſatiſ-

factionis habent ſe vt excedentia ⁊ exceſſa. Quātum vo
ad cetera: puta remiſſionē pene: ꝑfert ieiuniū qđ eſt ma-
gis corporis afflictiuū quantū ad vitationē cauſe pctoꝝ
(cū ꝑncipalis radix pcti ſit ſupbia contra quā ordinat)
orō ipſa ceteris antefert. Quātū vo ad reſtitutionē iniu
ſte poſſeſſoꝝ plus ordinat elemoſyna ꝑ quā tollit debi-
tū reſtitutionis vage: ⁊ cōpenſant lucra turpia ⁊ ſolicitu
gratiā: hec aūt ſufficit ad ſalutē: q: ipſa diſcernit inter fili
os regni ⁊ carceris ſm Augu. Prima pars patet: q: gra-
tia ⁊ mortale peccatū ſunt imediate oppoſita ſtāte lege:
ergo mutuo ſe expellūt circa ſubiectū ſuſceptibile: ⁊ vno
Corolſ. nō iexiſtēte/aliud ineſt. ¶ Corollariū: habēs ſola venia
lia ad cōfeſſionē ſacramētalē nō tenetꝰ. Probatꝰ: q: oīs ta
lis eſt in ſtatu ſalutis: quia in gr̃a: ⁊ cōiunct⁹ ſiue vnitus
deo gratuite: ergo nō indiget ſacramēto longe a deo po
ſitis neceſſario/quale eſt pnīa ſm Hiero. ⁊ eſt in tex. diſ.
xiiij. huius. Idem habet de peni. diſt. pſenti. q. ij. arti. iiij.
¶ Itē per veniale nullus periclitatꝰ extra nauē ecclie: q:
veniale ſtat cū perfecta charitate que eſt nauis ſaluās: ⁊
ideo ex inſtitutione penitētie tanꝙ ſcđe tabule poſt nau
fragiū nō oportet aliquē cōfugere ad eā ꝓpter veniale.
Si dicis: licʒ ex prima inſtitutiōe pnīe quis nō teneatꝰ ad
veniali ū confeſſionē: tenetꝰ tm̄ ad eā ex ſtatuto eccleſie. c.
oīs vtriuſq₃. cui ſi ſe nō cōformat mortaliter peccat. pre-
cipit eīm ibi ꝯciliū/ꝙ q̇libet adult⁹ ad minus ſemel in an
no oīa ſua pctā cōfiteatꝰ ꝓprio ſacerdoti: vt ergo ſatiſfa-
ciat huic ſtatuto: tenetꝰ cōfiteri: nō ſolū mortalia: ſed ⁊ ve
nialia: q: oīa. nam qui dicit omne: nihil excludit. ¶ Hinc
fuerūt q̇ dixerūt/ꝙ licʒ rōne pcti venialis/⁊ pme inſtitu
tionis pnie/q̇s nō teneatꝰ ad cōfeſſionē veniali ū: tm̄ rōne
precepti ecclie ſemel in anno oēs tenentꝰ etiā pctā venia-
lia. Hui⁹ opi. fuit ſanct⁹ Boñ. Alij tenēt ꝙ habēs morta-
lia ſatiſfacit ſtatuto ecclie cōfitēdo mortalia: nec tenetur
ad cōfeſſionē veniali ū. Si tm̄ nō hʒ mortalia: tenetꝰ ad cō
feſſionē veniali ū ſemel in anno ad ſatiſfaciēdum ſtatuto
ecclie. Hāc opi. recitat. ſ. Tho. in ſuo ſcripto diſ. preſenti.
Et ſatis approbare videtur Richar. diſtinctiōe preſenti.
Sed ꝯriū hui⁹ tenēt Sco. Durā. ⁊ Pe. de pal. q. ij. art. iiij.
cōſentiētes ꝯcluſioni poſite ⁊ ei⁹ corollario. Ad ſtatutuʒ
K ecclie dicūt ꝙ loquitꝰ ſolū de mortalib⁹: ⁊ nō eſt intelligē
dū de venialib⁹. Tū q: aut ly oīa/diſtribuit nomē pctā cū
in ſtatuto ecclie d: oīa ſua peccata/tam pro mortalibus
ꝙ pro venialib⁹: aut ſolū pro mortalib⁹. Nō primū: quia
tūc eque obligaretꝰ ad cōfeſſionē veniali ū habēs morta-
lia ſicut nō habēs: qđ illi negant. Et rōnabiliter: q: eſſet
nimis onerosum cōfiteri oīa venialia tā cōfeſſori ꝙ ꝯfitē
ti ꝓpter nimiā eoꝝ multitudinē ⁊ memorie labilitatē. Et
patet ꝯſequētia: q: ſtatutū datꝰ generaliter: ⁊ ꝯcernit oēs
habētes pctā quecūq₃ ex his ꝓ quib⁹ ly pctā diſtribuitꝰ:
nec colligi pōt ex v̇bis ſtatuti cur inter habētes venialia
vnū obliget ⁊ nō aliū. Si aūt pctā ſolū diſtribuitꝰ ꝓ mor-
talibus: manifeſtū eſt ꝙ nō concernit venialia. Preterea
nullus tenetur cōfiteri peccata ad quoꝝ cōtritionē non
tenetur: ſed ad cōtritionē veniali ū nullus tenetꝰ: qm̄ plu
rimis modis alijs dimittūtur in pſenti ⁊ in futuro: vt. s.
dictū eſt. di. xvj. q. v. Maior ſatis manifeſta eſſe videtur:
cū cōfeſſio ſm ꝓbabiliorē opi. pſupponit cōtritionē. Tū
etiā quia vt dicit Pe. de pal. vbi. s. per hoc ſtatutuʒ/oīs.
eccleſia nō voluit nouū onus fidelib⁹ imponere: ſed pe-
riculū dilationis amputare eis qui alias tenentur. Dicit-
idē ꝙ papa ſi vellet nō poſſet fideles obligare ad cōfeſ-
ſionē veniali ū: quia hoc eſſet mutare materiā ſacramēti
ſcʒ de venialib⁹ facere materiā penitētie neceſſariā: quod
deus nō fecit. Vñ ſm Sco. ſimpliciter innocēs a mortali
⁊ veniali tenetꝰ non cōfiteri. vñ ſi beata v̇go fuiſſet con-
feſſa poſt aſcenſionē chriſti: cōfitēdo peccaſſet. Si v̇o in-
nocēs quis fuerit a mortali nō veniali: pōt ꝯfiteri venia
lia: nō tm̄ tenetꝰ: ⁊ ideo pōt nō confiteri. Si dicis: quō er-
go cōfeſſor cōſtitutus cognoſcet vultū pecoris ſui. Rñ-
det Sco. ⁊ cōcordāt Tho. ⁊ Ricħ. cognoſcet ſi ſubditus
dicat ſe nō habere ꝯſciētiā mortalis pcti: nā in foro ꝯſciē
tie credēdū eſt cuilibet de ſe loquēti: ⁊ ꝓ ſe ⁊ ꝯ ſe. Ideo
ſicut credere debet ſacerdos cōfitēti pctā: ita credere de
bet atteſtāti innocentiā ſuā: nec plus ſcire poſſet ex con-
feſſione veniali ū tm̄ niſi (per v̇ba cōfitētis) eū eſſe inno
centē a mortalib⁹. Subdit⁹ itaq₃ dicendo ſuo paſtori ſic.
Gr̃a dei nō ſum mihi conſci⁹ de mortali: ſatiſfacit pcepto L
ecclie. ¶ Dicitꝰ in ꝯcluſione notāter vſum rōnis haben-
tes: q: carētes rōnis vſu/ad confeſſionē nō tenentꝰ: ſicut
nec ad pctōꝝ cōtritionē: ſicut pueri ante annos diſcretio
nis ⁊ naturalr̄ fatui. Sic ⁊ amentes ⁊ frenetici. Et ꝓpter
hoc notāter additꝰ in ꝯſtitutione/oīs. Poſtꝙ ad annos
diſcretiōis ꝑuenerint. Hec aūt rōnis diſcretio nō deter-
minatꝰ tpe tante vel tāte etatis: ſed in quacunq₃ etate co
gnoſcit pctm̄ qđ cōmiſit tanꝙ iniuſtū ꝯtra legē dei: tene
tur ad cōfeſſionē. Nā vt ait Sco. In multis ante cōſuetā
etatē malicia ſupplet etatē: ⁊ nō tm̄ in malis (q: forte ha
bēt citius prudētiā ad malū: vñ d: doli capax) ſed etiā in
bonis. Et ad h̄ cognoſcēdū ſubdit regulā. Vñ aliq̇s in-
ſtruct⁹ ⁊ ordinate interrogat⁹ ꝑcipit diſtincte: q̇d iuſtū et
quid iniuſtum in lege diuina: qđ faciliter pōt cognoſci: ſi
ad ordinatas interrogatiōes ordinate rñdeat: ſicut alter
perfecte adult⁹ ad ſilia rñderet. Sed dicis: fruſtra additꝰ
h̄ clauſula in ꝯcluſiōe: q: carēs vſu rōnis/nō pōt pecca-
re: cū nō minor diſcretio req̇ritꝰ ad peccādū ꝙ ad meren-
dū: ⁊ ideo ſicut nō pōt mereri ꝓpter defectum rōnis: ita
nec demereri. Quapropter ſicut ali⁹ innocēs nō tenetur
ad cōfeſſionē: eo ꝙ nō hʒ pctā q̄ confiteatꝰ. Rñdetꝰ ꝙ licʒ
replica hec locū hʒ in pueris ⁊ naturaliter fatuis: ⁊ quā
tū ad illos/additꝰ nō neceſſario: ſed ꝓ maiori declaratio
ne: tm̄ ſunt qui aliqñ vſi ſunt rōne: ⁊ poſtea ꝑ infirmitatē
aut aliā cām priuantꝰ rōnis vſu: ⁊ iſti durante priuatione
rōnis nō tenentꝰ ad cōfeſſionē mortali ū que ante cōmiſe
rūt: ita ꝙ nō cōfitēdo/nō iudicātur pcepti trāſgreſſores
nec peccāt nouo pctō mortali. Si v̇o pergis q̄rere: q̇d ſi
impedimētū rōnis fuerit perpetuū: nunq̇d dānabūtur.
Rñdetur diſtinguēdo: q: aut habuerūt cōtritionē pecca
toꝝ mortali ū cōmiſſoꝝ priuſꝙ inciderūt freneſim ꝑ quā
peccata eis ſunt remiſſa: ⁊ tūc excuſantur ꝓpter impoſſi
bilitatē a precepto cōfeſſionis: ⁊ per cōtritionis gratiam
ſaluabuntꝰ. Si v̇o nulla pmiſſa cōtritione/poſt mortalia
cōmiſſa in peccatis deprehēſi inciderūt freneſim: ideʒ iu
diciū eſt ac ſi in illo inſtanti fuiſſent mortui: quoniā in il-
lo inſtanti priuationis vſus rōnis/clauſus eſt eis termi-
nus vie quantum ad meritum ⁊ demeritū. Et cōpletum
eſt in eis illud Eccl's. xj. Lignum ſi ceciderit ad auſtrum

aut ad aquilonē:in quocūq; loco ceciderit:ibi erit. Et il/
Cōcl.3. M lud vulgatū:qualem te inuenio:talē te iudico. ¶ Tertia
ꝯcluſio. Quilibet lapſus in mortale pctm̄: tenet̄ ꝯfiteri
oīa ſua mortalia pctā quoꝝ memoriā hr̄e poterit debita
adhibita diligētia:niſi excuſauerint legitima impedimē/
ta. Probat̄ ꝯcluſio manifeſte ex ſtatuto eccłie in.c. oīs.
vbi dr̄. Oīs vtriuſq; ſexus fidelis poſtq̄ ad annos diſcre
tionis ꝑuenerit:oīa ſua ſolius pctā:ſaltē ſemel in anno
fideliter ꝯfiteat̄ ꝓprio ſacerdoti. Ubi oīa diſtribuit ꝓ oī
bus mortalib⁹:non ꝓ generib⁹ ſingulorꝫ:ſed ꝓ ſingulis
generū. Et ꝓbatur rōne:q: oīm peccatoꝝ ꝯfeſſio requi/
rit̄:de quib⁹ habēda eſt ꝯtritio. Nā cōfeſſionē in voto in/
cludit cōtritio:vt dictū eſt. Sed oīm mortaliū ꝯtritio ne
ceſſaria eſt ad ſalutē:vt dictū eſt.s̄.di.xiiij.q.j.ꝛ.ij. ¶ Pre
terea non eſt maior ratio de vno q̄ de alio:cū quodlibet
tollit gratiā:nec vnū pōt remitti ſine alio:imo nec conte
Corolł. ri de vno ſine alio:vt.s̄. diſ.xv.q.j. ¶ Ex illo etiā ſequit̄
q̄ oīa peccata quoꝝ habet̄ memoria: vni ſacerdoti ſunt
cōfitenda. Nec diuidēda eſt ꝯfeſſio:vt vna pars vni:alia
alteri ſacerdoti confiteat̄. Tū q: finis confeſſionis eſt re
miſſio peccatoꝝ:quā confitēs cōſequit̄ per ſacramētalē
abſolutionē/ad intellectū.s̄.diſtin.xiiij. expreſſum. Sed
vnū mortale ſine alio nō remittit̄:ergo neceſſe eſt oīa ſi/
mul remitti:ꝛ ꝑ cōſequēs eſt neceſſe oīa ſimul vni cōfite
ri.alioq̄n ſi confeſſionē diuidit:neuter ꝯfeſſoꝝ abſoluit.
Tū q: vt Aug. ait in de vera ꝛ falſa pnīa:ꝛ eſt in tex.diſt.
xvj. Celare vni/qđ alteri manifeſtandū reſeruatur:eſt ſe
laudare ꝛ ad hypocriſim tēdere:ꝛ ſemꝑ venia carere:ad
quā per fruſta putat ꝑuenire. ¶ Nec tm̄ extra ꝯfeſſionez
tenet̄ peccator requirēti ſuā culpā agnoſcere:nec tacen/
do oſtendit ſe innocentē:neq; hypocriſim incurrit. Sed
qn̄ tacet illi cui ꝛ qn̄ debet illi dicere:ſicut in cōfeſſione:
vbi tenet̄ cōfitens ſe reū oſtēdere oīm peccatoꝝ quoruz
deſiderat remiſſionē. ¶ Et qđ dictū eſt de cōfeſſione nō
diuidēda:intelligēdū eſt dū confeſſor eſt ſufficiēti autori
tate munitus ad abſoluēdū ab oībus peccatis ſibi confi
tēdis:q: vt dicit Gerſon in regulis moralib⁹ de peniten/
tia:diuiſio cōfeſſionis ſi ad hypocriſim:aut ꝓ nimio pu/
dore fiat:impedit v̓tutē abſolutionis. Secus vbi autori/
tas ſuperioꝝ in caſib⁹ reſeruatis excuſat:aut vbi cōfeſſor
preſumeret̄ ſcādalizari ex pctō cōfeſſi: ꝛ nō haberet̄ pro
tūc ꝯfeſſor alius diſcretus:cui abſq; ꝓbabili ſcādalo/pec
cata oīa reuelari poſſent.de h̄ etiā.j.in ſcđo dubio. ¶ Di
cit̄ notāter quoꝝ memoriā ꝛc.q: nō ſolū tenet̄ ad ꝯfeſſio
nē eoꝝ quoꝝ actu hꝫ memoriā:ſed etiā quoꝝ actu memo
riā habere pōt:adhibita debita diligentia reuocādi com
miſſa ad memoriā ſm̄ poſſibilitatē fragilitatis humane.
Si queris quantā diligētiā. Rn̄det Sco. tantā diligētiā
quantā apponeret ad inquirendū aliq̇d multū arduum:
qđ ſibi multū eſſet cordi. Cui conſonat illud Aug. vbi.s̄.
de vera ꝛ falſa pnīa.c.xv. Parat⁹ ſit facere ꝓ recipienda
aīe vita:quecūq; faceret ꝓ vitāda corꝑis morte. Sequi/
tur. Cū gaudio em̄ debet facere īmortalis futurus:qđ fa
ceret ꝓ differēda morte moriturus. ¶ Addit̄ etiā in ꝯclu
ſione:niſi excuſauerint legitima impedimēta:qm̄ ſi defu
erit copia ſacerdotis abſoluere potētis: aut affuerit im/
poſſibilitas loquēdi:durāte impedimēto/nō tenet̄ cōfi/
teri ſacerdoti:ſed ſufficit cōfeſſio facta ſoli deo. Qm̄ con
feſſio nō eſt maioris neceſſitatis q̄ baptiſmus. Un̄ cū ibi
ſufficit deſideriū ſuſcipiendi qn̄ articulus neceſſitatis ſa/
cramentū excludit:nō ꝯtempt⁹ religionis: vt.s̄.dictū eſt
diſt.iiij.q.ij. Nō em̄ tenetur quis cōfiteri ꝑ ſcriptū:neq; ꝑ
interpretē ſeu nunciū:ſm̄ Aug.de vera ꝛ falſa penitētia:
qm̄ ſecretiſſimus eſſe debet penitentie forus. Et ideo ad
nihil tenet̄ peccator:per qđ peccata ſua poſſent in publi
cū deuenire:dū autē adhibetur interpres:per interpretē
ꝛ confeſſorē poſſet peccatū publicari. Et ꝓpter candem
cauſam/nō pōt confeſſio ſimul plurib⁹ fieri. Sic etiaz q:
ſcriptū de natura ſua eſt patulum:quia oībus loquit̄ le/
gentib⁹ intelligētibus:per ſcriptū ad confeſſorē miſſum
nō debet fieri confeſſio. Uerū confitens poteſt vti ſcri/
ptura pro ſui memoria. Qđ v̓o dr̄.xxx.q.v. qualis.q̄ pe/
nitētia per ſcripturā recipiēda eſt:itelligēdū eſt preſente
confitēte ſm̄ glo.vel loquitur ibi Leo papa de cōfeſſio/
ne adultere in foro exteriore:cuius cōfeſſio in ſcriptis re
digēda eſt. Immo ſm̄ Sco.talis ꝯfeſſio per nunciuz vel
ſcripturā nō eſt ſacramētalis:q: nō fit per ſigna idonea.
Nō em̄ ſunt ſigna idonea per q̄ cōfeſſio pōt venire in pu
blicū. Uerū ꝑ ſcriptū ꝛ nutus aut ſigna (ſi aliqua talia
eſſent cōia cōfeſſori ꝛ ꝯfitēti) ꝑ illa faciēda eſſet cōfeſſio
ipſo p̄ſente q̄ ꝯfitet̄:q: illa pn̄t fieri ſecrete:ꝛ nullo alio
interueniēte. Un̄ mutus ſciēs ſcribere/debet ꝑ ſcripturā
preſens cōfiteri:eamq; ſtatim facta ꝯfeſſione laniare:ne
deueniat in manus alteri⁹. Hec ſentētialiter Sco. ¶ Cō/ Cōcl.4. N
cluſio q̄rta. Non ſolū mortalia pctā:ſed etiā pctōꝝ circū
ſtantie in aliud genus mortalis pctī trahētes ſunt neceſ/
ſario cōfitēde. ¶ Pro declaratiōe hui⁹ ꝯcluſionis ſuppo
nendū eſt:q̄ ꝓprie act⁹ eliciti nulle ſunt circūſtātie:ſed il
la q̄ dicunt̄ circūſtantie ſunt obiecta act⁹ primaria vel ſe/
cūdaria:vt diffuſe tractatum eſt lib.iij.diſt.xxiij.q.j. Sed
act⁹ exterioris ſunt circūſtantie: vel interioris imperati.
Sunt aūt hmōi circūſtantie q̄druplices. Quedā que tra
hūt actū pctī in aliud genus pctī:q̄les ſunt q̄ ſpeciali ꝓ/
hibitione ꝓhibent̄. Sicut in furto circūſtantia loci cōſe/
crati/aut rei ſacre:hec em̄ trahit furtum in ſacrilegiū:qđ
ſpeciali ꝓhibitiōe ꝓhibitū eſt. Et luxurie circūſtātia eſt
q̄ ꝑſona ſit cōiugata:cōſanguinea vel affinis/ violenter
oppreſſa aut rapta: ꝓpter q̄s luxuria alia ꝛ alia ſortitur
noīa:vtputa dr̄ adulteriū/inceſt⁹/oppreſſio/ ſtuprū/ ra/
ptus:q̄ ſingularib⁹ ꝓhibitionib⁹ ꝓhibent̄. ¶ Alie ſunt
circūſtantie q̄ nō trahūt in aliā ſpeciē ꝑ noīs mutationē:
ſed tm̄ in eadē ſpecie aggrauāt:vt eſt libido ꝛ intēſio act⁹
peccati:p̄cedēs deliberatio: motiuū ſeu tētatio inducēs
ad pctm̄:cōditio ꝑſone peccātis quoad ſtatū/etatē/pru/
dentiā/qualitatē. Cōditio perſone in qua peccat̄:dānuz
per pctm̄ illatū:vt in furto:ſi multū ſubtractū eſt paupe
ri vel infirmo multas ꝓles habēti. ¶ Tertie ſunt imper
tinētes:que neq; aggrauāt:nec excuſant ſeu alleuiāt: vt
q̄ pctm̄ cōmiſſum eſt in feria ſcđa vel tertia:dum neutra
eſt feſtiua. Aut qđ factū eſt in ſtuba:aut in cubili/vel cel
lario ꝛc. ¶ Quarte ſunt alleuiantes pctā:vt ignorantia
craſſa/indeliberatio tētatiōis/ magnitudo / infirmitas/
timor ꝛ hmōi. Siquidē grauius peccat q̄ ex certa malicia
ſciēs peccat:q̄ qui peccat ex ignorātia/ infirmitate vel ti
more. ¶ Circūſtantie primi generis neceſſario ſunt cōfi O
tēde:q: ille inducūt quaſi nouū mortale: ꝓ quāto ſpecia
li ꝓhibitione ſunt ꝓhibite. Oīs em̄ act⁹ cōtra ꝓhibitio/
nē cōmiſſus eſt mortalis. Si ergo cōtra vnā ꝓhibitionē
tm̄:eſt ſimplex mortale. Si v̓o ꝯtra duas: eſt duplex vir/
tualiter. Et cū oīa mortalia ſunt confitēda:neceſſe eſt cir
cūſtantiā peccatū quaſi duplicantē/ſpecifice ꝯfiteri. In/
ter has eſt circūſtātia diei feſti. Nam oīs peccās in die fe/
ſto (puta qui furat̄) duplex p̄ceptū trāſgredit̄:ſcꝫ tertiū:
q: ſabbatū violat: ꝛ ſextū ī eo q̄ furatur: ꝛ ita dupliciter
peccat. Siłiter frequētia ſeu numerus cōmiſſoꝝ pctōruz
neceſſario eſt ꝯfitēda: q: hic ſimpliciter ponit aliud pec
catū:q: quotiēs pctm̄ iterat̄:totiēs nouū pctm̄ cōmittit̄.
Et ſi cōfitēs numerū certū ignorat cōmiſſoꝝ mortaliuz:
ſaltē exprimat numerū quē putat ꝓpinquiorē frequētie
peccatoꝝ. ¶ De circūſtantia ſcđi generis nō eſt ita certū
quia aliquādo ſatis dubium eſt an grauet mortaliter. Et
ideo cautū eſt ꝛ ſatis tutum ꝛ vtile illas confiteri:preſer
tim qn̄ multū grauant:aut ſunt occaſiones ſequentium
peccatoꝝ in ſe vel aliis. Quando autē certum eſt/q̄ non
aggrauant mortaliter:nō eſt neceſſarium eas confiteri.
¶ Circūſtantie aūt tertij generis cōfitēde nō ſunt:quia
cōfitens nō debet hiſtoriā texere:ſed cū dolore ꝛ verecū
dia ſe de ſuis peccatis accuſare. Et ſm̄ hec intelligēda eſt
autoritas Augu.de vera ꝛ falſa penitētia.c.xiiij. vbi enu/
meratis multis peccatorum circūſtantijs infert. Omnis

illa varietas ꝯfitenda eſt ⁊ deflēda:ſed diſcernendū que
ſint cōfitēde de neceſſitate:⁊ q̄ de congruitate. Nā ſimul
aggregat vtraſꝙ:qꝛ loquit̄ de penitētie ⁊ cōfeſſionis ꝑfe-
ctione:que tanto eſt ꝑfectioꝛ:quāto ſingula peccata ag-
grauātia clarius expꝛimūtur ⁊ deflētur. ¶ Quarte cir-
cūſtantie regulariter nō ſunt cōfitende:qꝛ nō eſt ibi locꝰ
ſe excuſandi:ſed accuſandi. ¶ Dicitur regulariter:qm̄ ſi
circūſtantia excuſaret actū a moꝛtali pctō:vt ignoꝛantia
inuincibilis:ſurreptio tollēs deliberationē:ille eſſent cō
fitende:vt cōfeſſoꝛ intelligere poſſet ſpeciē peccati:et in
ſuo iudicio nō errare. ¶ His p̄miſſis ꝓbatur ꝯcluſio: qꝛ
quilibet tenet̄ cōfiteri illud quo obligat̄ ad penā eternā
ſed ꝑ circūſtantiā pꝛimi generis peccatoꝛ obligat̄ ad pe-
nam eternā:ergo. Nā ſi actus de ſe nō eſt pctm̄ ad imagi
Cōcl. 5. nationē:tn̄ ꝓpter circūſtantiā talē fit moꝛtalis. ¶ Quin
P ta cōcluſio. Ita regulariter cōfitende ſunt cōplicū circū
ſtantie:vt tn̄ nō manifeſtent̄ cōpeccantiū perſone. Pa-
tet cōcluſio:quia ſemꝑ cauēda eſt diffamatio ꝓximi quā
tum cū iuſticia fieri poteſt:ergo cōplices nō ſunt mani-
feſtādi:immo ⁊ cōfeſſoꝛ ſi ſentit ꝙ cōfitens manifeſtare
vult perſonas cū quibꝰ:aut quarū inductione peccauit:
pꝛeuenire debet:⁊ cōfitentē infoꝛmare vt nō manifeſtet
perſonā:vt vult ſanctꝰ Bonauen̄.diſt.xxi.parte.ij.arti.i.
q.iij. ¶ Dicit̄ regulariter:qm̄ in duobꝰ caſibꝰ perſona cō
peccans pōt reuelari. Pꝛimus:qn̄ ꝓpter circūſtantiam
perſone mutat̄ genus peccati:⁊ nō pōt expꝛimi genꝰ pec
cati/niſi ſpecificet̄ perſona: ꝑ quā ſpecificationē ꝯfeſſoꝛ
deuenit in noticiā perſone:nec pōt haberi alius cōfeſſoꝛ
vt ſi q̇s cōmiſit inceſtū cū matre:vel cū vnica ſoꝛoꝛe q̄ no
ta eſt cōfeſſoꝛi:ſi aliū habere nō pōt qui ꝑſonas has non
noſceret:pꝛeferēda eſt ſalus ꝓpꝛia fame ꝑſone. Queren
dus eſt tn̄ in hoc caſu (accepta licētia) aliꝰ cōfeſſoꝛ igno-
rās perſonas ſi haberi poſſit:qui ſi haberi nō pōt:fiat vt
dictū eſt. Alioqn̄ raro cōiugate in ſuis parochijs cōfiteri
poſſent:eo ꝙ vt in pluribꝰ plebanis ſuis note ſunt: ⁊ fre
quēter inter eas occurrūt circūſtantie neceſſario ꝯfitēde
¶ Scḋs caſus eſt/qn̄ cōfeſſoꝛ talis eſt qui poſſit ꝓdeſſe
⁊ nō obeſſe eis qui detegunt̄:neꝙ ꝑ hoc diffamatur ꝑſo
na detecta. Ita ſentit ſanctꝰ Bonauen̄. vbi.ſ̄.qm̄ confeſ-
ſoꝛ tenet̄ hoc habere ſecretū apud ſe:ſicut cetera pecca-
ta ſibi cōfeſſa. Nā ⁊ extra cōfeſſionē crimē occultū pōt re
uelari ei q̇ pꝛodeſſe pōt ⁊ nō obeſſe ꝓpter coꝛrectionē ⁊
ſalutē fratris:multo magis in cōfeſſione. Cōſulit tn̄ ſan-
ctus Bonauē. ꝙ in caſu fiat reuelatio extra cōfeſſionem.
Dicit tn̄ hic Gerſon/ꝙ magna cautela requirit̄ apud cō
fitentē et cōfeſſoꝛē:ne zelo pꝛoficiēdi indiſcreto fallatur
Sufficit etiā talis expꝛeſſio circūſtantiarū talibꝰ verboꝝ
circūlocutionibꝰ:per quā cōfeſſoꝛ de magnitudine pec-
catoꝝ cōfitētis/ꝑ abſolutiōe ⁊ penitētijs diſcrete cōferē
Arti.3. dis inſtruatur. ¶ Quātū ad tertiū articulū dubitat̄ pꝛi-
Dub. 1. mo. Ex quo p̄ceptū de cōfeſſione eſt affirmatiuū: ⁊ ideo
Q licꝫ ſemꝑ obliget:nō tn̄ pꝛo ſemꝑ:qn̄ obligat̄ pctō moꝛ-
tali obnoxius cōfiteri:nā innocēs a moꝛtali ſimpliciter
nō tenet̄ cōfiteri vt dictū eſt. ¶ Pꝛo rn̄ſione ad dubium
notandū/ꝙ vt patet ex pꝛioꝛe articulo:pctōꝛ tenet̄ ad cō
feſſionē duplici p̄cepto:diuino ⁊ etiā eccleſie. Et ratione
vtriuſꝙ pꝛecepti tenet̄ pctōꝛ in duobꝰ caſibꝰ ad confeſſio
nē in actu:ſi idoneū confeſſoꝛez habere poterit: ceſſante
legitimo impedimēto. Nā ad confeſſionē tenetur totiēs
in voto:quotiēs tenet̄ ad contritionē: eo ꝙ ꝯtritio inclu
dit confeſſionē in voto:vt.ſ̄.dictū eſt. ¶ Et ſic ſimul col
ligunt̄ quattuoꝛ caſus in quibꝰ tenetur pctō moꝛtali ob-
noxius ad confeſſionē in actu. Pꝛimus ſm̄ Sco. ⁊ alios
doctoꝛes cōiter. Cū imminet iudiciū dānationis vel mi-
ſericoꝛdie:tunc em̄ tenet̄ ſe pꝛeparare ad miſericoꝛdiam
quantū pōt ex charitate/qua diligit ſeipſum. Etiā ex cha
ritate dei:qui vult oēs ſaluos fieri.i. Timo.ij. Cuius vo-
luntati tenet̄ quilibet ſe cōfoꝛmare. Nam in eodē caſu te
neretur ſuſcipere baptiſmū ſi baptizatus nō eſſet. Iſtud
autē iudiciū imminet in articulo moꝛtis:ſm̄ illud apl̄i ad
Heb.ix. Statutū eſt hominibus ſemel moꝛi:poſt hoc iu-
diciū. Et hic articulus nō ſolū accipiēdus eſt cum moꝛs
certa imminet:ſed etiā cū aggredit̄ actus arduos:in qui
bus vt plurimū/aut veriſiliter imminet moꝛs ſiue moꝛ-
tis periculū:vt in bello moꝛtali ⁊ naufragio:aut in trāſ-
itu per loca infideliū/latronū:aut nauigatione per aq̄s
periculoſas:aut in acuta/graui ⁊ periculoſa infirmitate
Vn̄ ⁊ medici tenent̄ infirmos pꝛiuſꝙ̄ miniſtrāt medici-
nā coꝛpoꝛalē:monere vt medicos aduocent animarū:vt
in.c.cū infirmitas.de peni.⁊ remiſ. Verū ſi opi. Sco. ve-
ra eſt:qua tenet ꝙ per confeſſionē/⁊ ſacramentalē abſo
lutionē non ponens obicē abſoluit̄:⁊ ex hoc oſtēdit con
feſſionis neceſſitatē:vt in pꝛimo articulo recitatū eſt:tūc
videtur ꝙ peccās moꝛtaliter:ſtatim tenet̄ ad confeſſio-
nē quātotiꝰ poterit habere confitendi oppoꝛtunitatem.
Nā vt ipſe arguit. Quicūꝙ pꝛimā gratiā amiſit : tenetur
neceſſitate pꝛecepti illius. Diliges dn̄m deū tuū: ⁊ illius
Diliges teipſum.facere qḋ in ſe eſt ad eius recuperatio-
nē. Tenetur etiā ad illam viā que facilioꝛ eſt ⁊ certioꝛ:ne
cōmittens ſe periculo pereat in eo.hoc autē eſt per ſacra
mētū penitētie:vt ibi declarat:ergo infero. Tūc tenetur
ad ſacramētū penitētie:qn̄ tenet̄ per viam facilioꝛē ⁊ cer
tioꝛē agere ad recuperationē gr̄e. Ad hoc aūt ſcꝫ gr̄e re-
cuperationē/tenet̄ quātotiꝰ poterit:ergo tenet̄ ad ꝯfeſſi
onē quātotiꝰ poterit poſt gratie amiſſionē:q̄ fit per moꝛ
tale pctm̄. ¶ Sed qꝛ teneo oppoſitā opinionē eſſe veri-
oꝛē:huic nō inſiſto. Sed hec tetigi vt videant qui dictam
opi. Sco. tanꝙ̄ piam ⁊ certā amplectuntur:quid ex ea ſe
quat̄. ¶ Scḋs caſus eſt:qn̄ vult exercere actus aliquos
quibꝰ debet̄ reuerētia ſpecialis:vt qn̄ vult cōicare. Nam
ad digne cōicandū ſm̄ oēs doc.nō ſufficit ſola ꝯtritio : ſꝫ
requirit̄ ſacramētalis confeſſio:vt oſtēſum eſt in expoſi-
tione canonis/lec.vij. In alijs v̊o ſacramētis diſpenſan
dis/congruū eſt p̄mittere ꝯfeſſionē : vt Pe.de pal.diſt.
p̄ſenti.q.ij.arti.v. Quia ſicut baptiſmus:q̇ eſt p̄ma tabu-
la poſt naufragiū:eſt ianua alioꝝ ſacramētoꝝ:ita penitē
tia q̄ eſt ſcḋa tabula ⁊ ianua ad alia ſacramēta recidiuāti
poſt baptiſmū. Addit tn̄ ꝙ nō moꝛtal̄r peccat ſuſcipiēdo
vel miniſtrādo alia ſacramēta:ſi nō pꝛemittit ꝯfeſſionez
poſt moꝛtale:ſi tn̄ fuerit ꝯtritus:qꝛ ꝑ contritionē deo eſt
iunctus. ¶ Ratione ſtatuti eccl̄ie ſil̄r tenet̄ in duobꝰ
caſibꝰ. Pꝛimus eſt cū aduenerit tēpus paſchale:quo te-
net̄ ſuſcipere euchariſtie ſacramētū. Scḋs dum occurrit
copia ꝯfeſſoꝛis ipſum abſoluere potētis:de quo non eſt
ſpes ꝙ iterū occurrat ante tēpus ſtatutū ab eccl̄ia. Om̄
ſi tunc nō confitet̄ cū confiteri potuit:eſt culpabiliter in
moꝛa. Concoꝛdat Ricb. ¶ Quintū caſum addunt ratio
ne conſciētie:vt dū habuerit conſcientiā ſe teneri ad con
feſſionē:licꝫ nō teneatur ſm̄ veritatē: qm̄ qui facit cōtra
conſcientiā etiā erroneā:edificat ad gehennā. Sed in h̄
caſu nō tenetur ad confeſſionē:ſed magis ad deponen-
dū conſcientiā erroneā:iuxta illud Eccl̄i.xvij. Nō demo-
reris in erroꝛe. Quā ſi nō deponit:⁊ ꝯtra eā agit/ peccat
qꝛ ꝯtra cōſciētiā agēdo contēnit deū:cuiꝰ mādatū:vt cre-
dit:temere trāſgredit̄. ¶ Addit̄ etiā caſus/dū q̇s ex ſta-
tuto ſui oꝛdinis:vel voto ſua ſponte emiſſo:tenet̄ ad cer
to tēpoꝛe confitēdum:qḋ verū eſt dūmodo ſtatutū oꝛdi
nis habet vim p̄cepti. ¶ Scḋo dubitat̄:vtrū quis tenea
tur eadē peccata pluries cōfiteri. Rn̄det Ricb. poſt bea Dub. 2.
tū Tho. ſentētialiter. Nemo tenet̄ pctm̄ ſemel rite cōfeſ- R
ſum ⁊ remiſſum/idē numero:de neceſſitate ſalutis iterū
cōfiteri. Pꝛobat̄:quia nemo tenet̄ ad id de neceſſitate ſa
lutis:ad qḋ nulla lege obligat̄:ſed ad iteratā cōfeſſionē
eiuſdē peccati:nec diuina:nec naturalis:nec humana lex
pctōꝛē obligat:vt patet ſatis ex p̄miſſis. Pꝛeterea finis
confeſſionis eſt remiſſio pcti:illo ergo fine adepto/fru-
ſtra aſſumeret̄ mediū ad hūc finē. Nā ſm̄ Pe. habitibus
exiſtentibꝰ in materia ceſſat motus. ¶ Dicit̄ notanter ri
te cōfeſſum:qm̄ ſi nō eſſet rite confeſſum:tenet̄ illud rite
cōfiteri:vt patet ex ꝯcluſione.iij. ¶ Cōfitet̄ autē rite qui

confitetur ei qui habet poteſtatē abſoluēdi eū: ⁊ cōfiten
do nō ponit obicē grē remiſſionis pctī: vn̄ qui cōfitet̄ ei
qui abſoluere nō nouit: nec pōt: tenetur querere eū qui
pōt ⁊ nouit. Hinc eliciunt̄ duo caſus particulares: in q̇⸗
bus neceſſe eſt cōfeſſionē iterari eorundē peccatoꝝ rōne
cōfeſſoris. Primus qn̄ cōfeſſor nō hꝫ autoritatē abſoluē
di cōfitentē: vel ſimpliciter: vt qꝛ nō eſt ꝓprius eiꝰ ſacer⸗
dos: nec cōmiſſarius. Cū em̄ cōfitens tali nō cōſequitur
abſolutionē (qm̄ etſi hmōi ſacerdos de facto abſolutio⸗
nē legit: nulla eſt abſolutio ⁊ irritū ſacramētū: vt dictum
eſt. s̄. diſt. xiiij. q. ij. circa p̄ncipiū: ⁊ dicet̄. q. ſeq.) Et ideo
tanq̄ nō cōfeſſus in h̄ caſu neceſſe eſt totā cōfeſſionē ite
rare corā eo q̇ abſoluēdi hꝫ poteſtatē. Uel qꝛ licꝫ ſit pro⸗
priꝰ ſacerdos: tm̄ nō hꝫ facultatē abſoluēdi in caſibꝰ reſer
uatis: ⁊ cōfitēs hꝫ aliquos caſus reſeruatos. In quo ca⸗
ſu cōfeſſor abſoluere debet ſubditū in caſibꝰ nō reſerua⸗
tis: ⁊ quantū ad caſus reſeruatos/ eū remittere ad ſupio
rē: ⁊ tūc nō erit neceſſe oīa peccata cōfiteri ſupiori: qꝛ nō
illa a quibꝰ abſolutꝰ eſt ab inferiore: ſed ſufficit illa dum⸗
taxat cōfiteri ſupiori: ꝓ quoꝝ abſolutiōe remiſſus eſt: dū
tm̄ etiā illud pctm̄ pro quo remiſſus eſt ad ſupiorē: etiam
inferiori cū ceteris nō reſeruatis fuerit ɔfeſſus: alioquin
tenebit̄ oīa peccata ſuperiori confiteri. Eſt intētio Sco.
Tho. Bonauen̄. ⁊ alioꝝ cōiter. Cū em̄ ꝓpter cauendum
hypocriſim: ⁊ vt innoteſcat vultꝰ pecoris ſuo paſtori: ne
ceſſe eſt oīa peccata vni cōfiteri: oportet q̄ talis habens
caſus reſeruatos/ oīa pctā ſua mortalia reſeruata ⁊ non
reſeruata/ vni cōfiteat̄ ſiue ſupiori ſiue inferiori: qꝛ eadē
ratio militat hic/ que apud beatū Aug. qua ꝓbat cōfeſſio
nē nō eſſe diuidendā. Nō ſi inferiori integre ɔfeſſus fue
rit: ſufficit illud ſolū cōfiteri ſupiori ꝓ quo remiſſus fuit.
Hec eſt ſentētia Ricħ. diſt. p̄ſenti. arti. ij. q. viij. Et eſt hic
cōis ritus eccl̄ie. Et addit Ricħ. q̄ dū talis remittit̄: de⸗
bet p̄cedere abſolutio ſupioris: ſed h̄ ſm alios honeſta⸗
tis eſt: nō neceſſitatis. ¶ Sed cōtra h̄ q̇s diceret. Cū nul
S lus abſoluit ab vno mortali ſine alio: ſed vel ab oībꝰ: vel
a nullo: vt habitū eſt. s̄. diſt. xv. q. j. Aut ſacerdos inferior
ab oībꝰ abſoluit tā reſeruatis q̄ nō reſeruatis: vel a nul⸗
lo. Si ab oibus: tūc fruſtra remittit cōfitentē ad ſupiorē
in reſeruatis iam abſolutū. Si ſcđm: tunc inaniter impē⸗
dit abſolutionē in nō reſeruatis: imo mēdaciter dicit ab⸗
ſoluo te ⁊c. quia non abſoluit. ¶ Ad huiꝰ replice ſolutio
nē Pe. de pal. diſ. p̄ſenti. q. v. ponit opi. ſeu modos reſpō
dendi quinq̃. Sed illis dimiſſis dꝛ breuiter ⁊ ꝓbabiliter
ſequēdo opi. cōmunē. s̄. diſ. xiiij. recitatā: que eſt. b. Aug.
magiſtri. ⁊ cōiter doc. p̄ter Sco. ⁊ ſeq̄ces ſuos. Premittē
do q̄ duplex eſt abſolutio pctōꝝ. Quedā recōciliās pec
catorē deo: ⁊ hec nō pōt fieri de vno mortali ⁊ nō de alio
alꝭs idē ſimul tp̄e eſſet deo recōciliatus ⁊ inimicus: vt ar⸗
guit Aug. hec abſolutio fit a deo in inſtanti cōtritionis:
qua etiā peccator penitēs abſoluit̄ priuſq̄ cōfiteat̄ ſacer
doti tā inferiori q̄ ſuperiori. Alia eſt abſolutio quoad ec
cleſiā: ſcꝫ q̄ remouet cām ſeparatiōis ab eccl̄ia. Nā oīs q̇
mortaliter peccat/ ſeparatus eſt/ ⁊ excōicatus quantum
ad ſe ab eccleſia ⁊ a cōione ſanctoꝝ. Et ſicut excōicatus
pluribꝰ excōicationibꝰ pōt ab vna abſolui manente alia:
ſic quātū ad eccleſiā/ ſacerdos poteſt abſoluere ab vno
mortali/ ⁊ nō ab alio: ſicut pōt iniūgere ſatiſfactionē pro
vno mortali ⁊ nō ꝓ alio. Hec abſolutio nihil aliud eſt/ q̄
indiciū ſiue ſentētia ꝓlata a ſacerdote/ q̄ cōfeſſus nō eſt
ſeparatꝰ ab eccl̄ia ꝓpter hec certa peccata: licꝫ forte ſepa
ratus ſit ꝓpter alia. Un̄ ſi funditꝰ attēdimus virtutē con
feſſionis: ipſa nō eſt inſtituta (ſaltē in actu) tanq̄ neceſ⸗
ſaria remiſſioni peccatoꝝ: ſed hāc p̄ſupponit vt loco alle
gato dictū eſt. Sed ꝓpter tria inſtituta eſt: ſcꝫ vt pecca⸗
tor innoteſcat eccleſie tanq̄ abſolutꝰ: vt dicit magiſter.
Ut certa ſatiſfactio per quā pena peccati tollit̄: a ɔfeſſo
re imponat̄. Et vt pene pars virtute ſacramentalis abſo
lutionis remittat̄. Sunt ⁊ alie cauſe: puta pctōꝝ inſtru⸗
ctio: meritū obediētie: ⁊ magna ſatiſfactio ꝓpter penalē

verecūdiā cōfitentis: ſed tres prime ſunt ad ꝓpoſitū. Et
quantū ad illa pōt fieri ſeparatio abſolutiōis: ita q̄ vnꝰ
ſacerdos abſoluat ab vno pctō: ꝓnūcians ſcꝫ pctōrē ꝓ
pter illud pctm̄ quātū ad iudicium eccl̄ie/ nō eſſe ſepara
tū: ⁊ aliꝰ abſoluit quoad aliud: ſicut ⁊ pōt remitti pena
vni pctō debita/ manēte reatu pene quoad aliud vel alia
Et ꝑ hoc patet reſpōſio ad replicā: qꝛ p̄cedit de abſolu⸗
tione recōciliāte deo: q̄ diuidi nō pōt: ſecus de abſolutio
ne pctōꝝ quoad eccleſiā. Huic ſolutiōi ɔcordat Ange. in
ſum. in ver. cōfeſſio. v. dicēs eā eſſe veriorē: ⁊ allegat ad
hoc Henri. de gan. in quotl̄. q. xxx. ¶ Scđs caſus eſt ſm
Ricħ. qn̄ quis cōfitet̄ peccata ſua ſacerdoti idiote ⁊ pe⸗
nitꝰ ignaro/ neſciēti diſcernere inter leprā ⁊ nō leprā: ſal
tē in cōibus ⁊ vſitatis: ⁊ ꝑ hoc neſcienti ſoluere ⁊ ligare.
In quo caſu pctōr tenet̄ querere ſacerdotē diſcretū/ ſciē
tē ſoluere ⁊ ligare: de quo Aug. in de vera ⁊ falſa penitē
tia. c. x. ⁊ allegat magiſter in textu. Querat ſacerdotē ſci⸗
entē ligare ⁊ ſoluere: ne cū negligēs circa ſe extiterit: ne
gligat̄ ab eo q̇ eū miſericorditer monet ⁊ petit: ne ambo
in foueā cadant: quā ſtultus euitare noluit. Quanta au
tē requirat̄ ſciētia in ɔfeſſore: dicet̄ queſtione ſequēti. Et
q̄uis ſit valde congruū vt querat̄ ſacerdos diſcretꝰ: ⁊ q̄
ɔfeſſio facta ignaro ſacerdoti ſit iterāda ſacerdoti diſcre
to: ⁊ ꝓpter cōfeſſi informationē: ⁊ imponēde ſatiſfactio
nis moderationē: tm̄ nō videt̄ neceſſariū/ preſertim ſi cō
fitēs nō magnopere indiget informatiōe. Nō em̄ mode⸗
ratio ſatiſfactionis iniūgende eſt neceſſaria ad peccati re
miſſionē: qꝛ minor ſatiſfactio (immo nulla iniūcta vel aſ⸗
ſumpta) nō impedit remiſſionē ceteris paribꝰ: qm̄ pena
que hic nō ſoluit̄: ſoluet̄ in futuro: ſiēt quoq̃ tales ſalui
ſꝫ nō niſi per ignē: niſi q̇s vellet in p̄ſenti ſatiſfacere ⁊ fu
turas penas purgatorij redimere. Iſti neceſſarius foret
cōfeſſor ſciēs ſatiſfactionē iuſtā iponere ſm canones pe
nitentiales. Siliter illis videt̄ in caſu neceſſaria iteratio
cōfeſſionis: qui credūt tantā eſſe ſacerdotis ignorantiā:
q̄ neſciat a quibꝰ pctīs habeat abſoluēdi poteſtatē. Nec
ipſe cōfitēs hoc nouit: qꝛ cōfitendo tali ſciēter ſe ſubmit
tit periculo irrite abſolutionis: qđ quilibet tenet̄ vitare
ea tentione/ qua tenet̄ per cōfeſſionē peccatoꝝ ſuoꝝ ab⸗
ſolutionē querere. Et dꝛ notāter in caſu/ ſciēter: quoniā
ſi ignorat ſacerdotē eſſe ſic ignarū: habet p̄ſumere de me
liore: hoc eſt q̄ ſacerdos nō ignoret neceſſaria ſui officij. T
¶ Eliciunt̄ etiā duo caſus in quibꝰ neceſſariū eſt iterare
cōfeſſionē ex parte ɔfitētis. Primus: dū cōfitēs ex hypo
criſi aut verecūdia cōfeſſionē diuidit: aliq̄ mortalia vni:
⁊ alia mortalia alteri ɔfitēdo: de quo. s̄. ɔcluſio. iij. dictū
eſt. Eſt ratio: qꝛ ſic diuidēs peccat: ⁊ nō cōſequit̄ abſolu⸗
tionē pctōꝝ: ideo tenet̄ iterū cōfiteri eadē peccata vni vt
abſolutionē cōſequat̄. Scđs caſus/ in ordine quartꝰ: dū
cōfitēs nō eſt capax abſolutiōis: qꝛ excōicatꝰ vel fictꝰ: pu
ta qꝛ ponit obicē per cōplacētiā cōmiſſoꝝ vel cōmittēdo
rū: ita q̄ nollet ſe nō peccaſſe: aut habet ꝓpoſitū pecca⸗
ta iterādi. Nā cū cōfeſſio ordinat̄ ad abſolutionem ſacra
mentalē: nulla eſt cōfeſſio/ vbi irrita eſt abſolutio. In ca
ſu aūt irrita eſt carēs ſuo effectu: ⁊ ideo tenet̄ ad iteratāꝫ
cōfeſſionē per quā cōſequat̄ abſolutionem. Et notat hic
Pe. de pal. q. v. diſ. p̄ſentis. arti. iij. q̄ ſi hmōi excōicatus:
qui prius peccata ſua expoſuit ſuo ſacerdoti: remittit̄ ad
ſupiorē ꝓ abſolutiōe a cēſuris: rediēs ad priorē ſacerdo⸗
tē qui eū miſit: ⁊ cui priꝰ pctā ſua detexit: nō tenet̄ illi ite⸗
rū priora peccata cōfiteri ſeu dicere explicite ⁊ in ſpecie:
ſed ſolū in genere/ ⁊ implicite dicēdo: do me reū: ſeu di⸗
co me culpabilē in oībus q̄ pridēꝫ vobis expoſui: ⁊ peto
abſolutionē ⁊c. Et iſta abſolutio dilata ꝑ multos dies/
iam pōt impertiri: etiā ſi ille oblitus fuerit: dum tm̄ prius
taxauit emendā iniungendā abſoluēdo: quā tm̄ non de⸗
bet prius imponere (pctōrē ligādo) q̄ fuerit abſolutus.
Si vo prius nō taxauit emēdā: ⁊ pctā cōfitentis decide⸗
runt a memoria: tunc neceſſe eſt ſm illū doc. pctā reduce
re iterū in memoriā cōfeſſori vt iuſte iudicare poſſit. Ex il

lo dicto huius doc. videtˀ ſumi ꝙ in certo caſu dilata ab-
ſolutio nō obeſt peccatoꝝ abſolutioni fiēde: vt ſi qˀs ha-
bito cōfeſſore/vult ſeſe diligēter pluribꝰ diebꝰ recollige-
re: ⁊ oīa peccata integre cōfiteri dum occurrūt ꝓ tēpore
nō nimis extēſo: ⁊ tandē vnā recipere abſolutionē: ſicut
fit nōnunꝙ̄ tēpore indulgētiarū plenariarū. Verū quo-
ad excōicationē caſus patitˀ ſm aliquos epikeizātes piā
moderationē. Nā ſi excōicatus nō fuerit rebellis ⁊ perti
nax: ſed deſideret abſolui: ⁊ ꝓponat laborare pro abſo-
lutione: debet ſacerdos talē ſibi oīa mortalia cōfitentez
abſoluere a peccatis: ⁊ quantū ad excōicationē remitte-
re ad excōicatorē vt abſoluatˀ ab excōicatione. Ita ſentit
Ange. in ſum. cōfeſſio. v. §. x. allegans ad hoc Richar. in
iiij di. xviij. arti. ix. q. iiij. ⁊ Rhodo. ti. de ſen. excō. §. xxviij.
Rñdet deniꝗ ad quaſdā obiectiōes. Sed ſalua reueren
tia oppoſitum ſentit Rich. vbi. ſ. dicēs. Credo ꝙ tales a
peccatis nō poſſint abſolui ab hoīe: ꝙ̄uis abſoluantˀ ſi
vere penitēt in iudicio dei. Cōcludēs tandē ꝙ etiā excōi-
catꝰ minori excōicatione nō pōt abſolui a peccatis manē
te minori excōicatione. Ita videtˀ etiā ſentire Pe. de palˀ.
a diſt. xviij. q. v. Et ſi reſpicitˀ effectꝰ excōicationis: eſt mani
feſta implicatio: ꝙ qˀs poſſit abſolui a pctīs manente ex-
cōicatione. De ficte accedētibꝰ ſimiliter eſt opi. ſancti Tho.
cui cōcordat Rich. in aliquo q̇ dicit ꝙ cōfeſſio ſm ꝙ eſt
pars ſacramēti: pōt eſſe in eo q̇ nō eſt cōtritꝰ: qui pōt pec
cata ſua ſacerdoti innoteſcere: ⁊ clauibꝰ eccl̄ie ſe ſubiice-
re. Et ꝙ̄uis tūc nō percipiat abſolutiōis fructū: tñ rece-
dēte fictione/percipere incipiet: ſicut etiā eſt in alijs ſa-
cramētis: vñ nō tenetur iterare cōfeſſionē qui ficte acce-
dit: ſed tenetur poſtea fictionē ſuaz confiteri. Hec Tho.
Sed hoc nō videtˀ poſſe ſtare. Tū q: aut ꝯfitetˀ ſuā fictio
nē qua actualiter peccat mortaliter: aut nō cōfitetur. Si
primū: nō erit abſoluēdus: immo ſi abſolueretˀ/fieret ir-
reuerētia ſacramēto: tam a ſacerdote abſoluēte/ꝙ̄ a cōfi
tente abſolutionē recipiēte: ⁊ ita vterꝗ peccaret: ⁊ abſo
lutio eſſet caſſa ⁊ nulla: ⁊ per cōſequēs tenetur querere
aliā abſolutionē: ⁊ ita denuo cōfiteri: quia aut non abſo
lutus ſimpliciter: ſi abſolutio ſubtrahitˀ ſicut fieri debet:
aut non rite abſolutus: ſi abſolutio q̄ nulla eſt: impeditˀ.
Si ſcd̄m: tunc confeſſio nō eſt integra: quia nō oīm pec-
catoꝝ: quia nō illius fictionis: ⁊ per conſequēs (vt idem
ſequēti queſtiūcula determinat) reiterāda. Tum etiaz q:
nil manet huiꝰ ſacramēti ſuſcipiēti ipſum vñ poſtea poſ-
ſet ſequi effectus ceſſante fictione: ſicut in ſacramētis im
primētibus characterē: puta baptiſmate/confirmatione
⁊ ordine. Hec em̄ quia characterē imprimūt ⁊ ſunt inite-
rabilia: neceſſe eſt vt ceſſante fictiōe/habeāt effectus ſu-
os: alioquin nō eſſet ſalus ficte accedentibꝰ: nec eis ſuffi
ciēter prouiſum dū peniteret fictionis. Ideo nō eſt ſimi-
le de ſacramēto penitētie qḋ characterē nō imprimit: et
alijs ſacramētis characterē imprimētibꝰ: ſed eſt bene ſi-
mile de penitētia ⁊ euchariſtia. Nullus aūt dicit ꝙ acce-
dens ficte. i. cū mortali/ſcienter ad euchariſtiā: cōſequatˀ
gratiā vigore euchariſtie ceſſante fictione: ſed magis ſic
accedens iudiciū dānationis ſibi acquirit: factus ꝑ hoc
reus corporis ⁊ ſanguinis dñi. j. Coꝝ. xj. Ita etiam ficte
ſuſcipiens ſacramentū penitentie/reus efficitˀ tanꝙ̄ irre
uerentiā exhibēs ſacramēto. Nec obſtat hic ꝙ etiā impe-
nitētes recipiēdi ſunt ad cōfeſſionē. iuxta. c. qḋ quidā. de
penitē. ⁊ remiſ. quia etſi confeſſio eoꝝ admittēda eſt: nō
ſunt tamen abſoluēdi: ſed crebris ⁊ ſalutaribus monitis
eſt eis penitētia indicēda. Et per hoc nō fit irreuerētia ſa
cramēto: quia cū nō abſoluātur: non eſt ibi ſacramentuz
penitētie: quia in abſolutione ſacerdotali conſiſtit ſacra
mentū: vt. ſ. dictum eſt. diſt. xiiij. q. ij. Et ideo dicitur in al
legato cap̄. ꝙ nō eſt illa vera penitētia: quia deficit id in
quo conſiſtit eſſentia ſacramēti: ſcz abſolutio: vt etiā ar-
guit Rich. diſ. xvij. arti. ij. q. viij. Et ſi quis diceret ꝓ opi.
Tho. licz ſacramentū penitētie nō imprimat characterē:
imprimit tñ quendam ornatū ſpiritualem qui habet vim

characteris in hac parte. Reſpōdetur ꝙ ponere hmōi or
natū in ſacramētis iterabilibꝰ/eſt omnino volūtarium:
nulla autoritate ſcripture neꝗ ratione ꝓbabile. ⁊. ſ. diſ.
j. q. j. impugnatū. Tum etiā tertio. Si cōfitetur fictionez
⁊ impeditˀ abſolutio: nō tenebitˀ ceſſante fictione de ipſa
fictione cōfiteri plus ꝙ̄ de alijs peccatis prius cōfeſſis:
q: eadē ratio eſt de illo peccato fictionis ⁊ alijs: qḋ ipſe
negat. Intelligendū eſt tñ caſus iſte ſcd̄s qñ mutat con-
feſſorē. Qm̄ dicit ſanctus Bonauen. ſi ad eundē cōfeſſo
rem redeat: qui adhuc habeat memoriā peccatorum ſibi
prius cōfeſſoꝝ: nō oportet iterare particulariter omnia
prius ſibi cōfeſſa: ſed ſufficit tangere in genere ⁊ cōfeſſo
rem cōmonefacere prioris cōfeſſionis: vt etiā ſentit Pe.
vbi. ſ. loco immediate allegato. Si vo confeſſor non ha
buerit memoriā prius confeſſoꝝ: iterāda eſt ꝯfeſſio ſicut
fieri debet coram cōfeſſore mutato. ¶ Ponūtur etiam a x
quibuſdā alij caſus. Unus qñ obliuiſcitur penitētie iniū
cte. Et hunc ſanctus Tho. dicit eſſe de neceſſitate. Sed il
le caſus nō eſt ſimpliciter de neceſſitate ſalutis: ſicut nec
ipſa ſatiſfactio: qm̄ ſi quis poſt cōfeſſionē per quā conſe
cutus eſt remiſſionē peccatoꝝ: ſtatim priuſꝙ̄ ſatiſfecerit
moritur: nihilominus ſaluatˀ: licz quaſi per ignē. Item ſi
quis cōtritus cōfitetur cū propoſito cauēdi peccata: no
lens tñ acceptare ſatiſfactionē imponēdam a ſacerdote:
ſed eā velit differre ad purgatoriū: abſoluēdus eſt: vt. ſ.
dictū eſt. diſt. xvj. q. ij. Nō eſt ergo neceſſariū oblito ſatiſ-
factionis impoſite/iterū cōfiteri/ vt nouā ſatiſfactionez
a ſacerdote imponēdā ſuſcipiat. Sed ei qui vult cōſequi
perfectā remiſſionē peccati a culpa ⁊ pena per cōdignaz
ſatiſfactionē a cōfeſſore imponēdam ſi oblitus fuerit im
poſite: neceſſe habet iterū cōfiteri oīa ſua peccata: vt ſu-
ſcipiat de nouo ſatiſfactionē condignā. Et huic cōſentit
Pe. de palˀ. diſt. p̄ſenti. q. v. arti iij. Et ſm hoc dicta eiuſdē
ſtatim allegata de remiſſo ad ſuū ſacerdotē a ſupiore ⁊c.
ſunt moderāda. Et multo minus tenetˀ negligēs penitē-
tiam quā nouit iterare priorē confeſſionē: ſed ſufficit con
fiteri negligentiā ſuā: per quā omiſit penitētiā iniunctā:
tenetˀ quoꝗ neglectā implere: niſi fuerit mutata per cō-
feſſorē. Alius caſus ponitˀ: ſcz ſi iniuncta ſatiſfactio facta
ſit a recidiuāte in peccatū mortale. Sed de hoc ſatis di-
ctum eſt. ſ. diſt. xvj. q. ij. Ubi dictū eſt ꝙ ſatiſfactio talis:
licz nō recōciliet peccatorē deo: tñ a pena peccato prius
dimiſſo debita liberat. Ideo ſufficit peccatū in quod reci
diuauit cōfiteri: ⁊ nō oportet peccata prius confeſſa ite-
rū confiteri: niſi forte peccata prius cōfeſſa in tantum ag
grauarent illud peccatū recidiue per modū circūſtantie
ꝙ ipſum traherent in aliud peccati genus. Aut ꝙ nō poſ
ſet ſufficiēter exprimi niſi etiam peccata prius cōfeſſa re-
citarentur: vt dicit Rich. ¶ Aliū caſum ponūt quidam:
vt recitat ſanctus Tho. qñ quis alicuius mortalis pecca
ti obliti prius: ⁊ ideo nō confeſſi/recordatˀ: tunc tenetˀ il
le id peccatū oblitū cū omnibꝰ prius cōfeſſis iterū cōfite
ri: niſi forte eidem cōfiteretur cui prius confeſſus eſt: qui
adhuc haberet memoriā peccatoꝝ prius ſibi cōfeſſoruz.
Sed ab hac opinione ſanctus Tho. recedit: ⁊ alij doc. cō
muniter. Unde quantū ad hūc caſum notāda eſt diſt. Ri
char. diſt. p̄ſenti/arti. ij. q. vj. q: aut cōfitens adhibuit de
bitā diligentiā: quā tenetur ad reducēdū peccata ad me
moriā: de qua. ſ. dictum eſt cōcluſione. iij. aut nō. Sed ha
buit tēpore cōfeſſionis ignorantiā craſſam: aut affectatā
peccati tunc obliti. Si ſcd̄m: tunc tenetur de nouo facere
integram confeſſionē prius confeſſoꝝ cum iſto poſt ob-
lito vni ſacerdoti eum abſoluere potenti: eadem neceſſi
tate qua tenetur non diuidere confeſſionē. Nam ignorā
tia talis non excuſat eum quantū ad peccatum oblitum:
vnde idem eſt ac ſi ſcienter peccatū id omiſiſſet. Nec ab-
ſolutio prioris cōfeſſionis fuit efficax: ſicut nec diuiſa cō-
feſſione: niſi poſſet habere eundem confeſſorē cui prius
confeſſus fuerat: qui adhuc memor eſſet peccatoꝝ prius
confeſſoꝝ: tunc ſufficeret cum generali rememoratione
prioris cōfeſſionis

priorís cōfeſſionis confiterí peccatū prius oblitū /et neglígentiā ſuam in rememorando ac recolligēdo ſe. Si primū ſufficit confiterí peccatū prius oblitū eidē cōfeſſori cui pri⁹ cōfeſſus eſt: vel alterí autoritatē ſup eū habēti. Et licet pri⁹ abſolutus ſit a pctō oblito quoad deū per cōtritionem: et quoad eccleſiā per ſacramentalē abſolutionē: quia (vt dicit Ricb. ſacerdos abſoluit de confeſſis et predicto modo oblitis) tamen iſta abſolutio intelligenda eſt ſub hac conditione: vt ſcilicet quando reducta fuerint ad memoriam confiteanꝫ ſacerdoti abſoluere potēti. Vel melius dici poteſt: quia abſolutio non debet eſſe cōditionalis: nec dependet a futuro: quia ſimpliciter eſt abſolutus ab oblitis hoc modo ſicut a confeſſis. Sed ſi reducta fuerit ad memoriā: illa tenetur cōfiteri ea obligatione: qua tenetur omnia ſua peccata mortalia confiteri: quod ſi nō facit tempore debito peccat nouo peccato mortali. Sicut pfecte contritus: licet vigore cōtritionis abſoluiꝫ ab omnib⁹ peccatis a deo ſimpliciter ꝛ ſine cōditione: teneꝫ tñ omnia illa cōfiteri ex precepto diuino ꝛ eccleſie: quod ſi negligat in tēpore ſuo: peccat nouo peccato mortali: vt. s̄. dictum eſt. ¶ Et eſt hic aduertendū ꝙ ſm Pe. de palu. ſi prim⁹ cōfeſſor habeat autoritatem abſoluendi ab omni excōmunicatione ꝛ caſibus: ꝛ ſic intendebat abſoluere eū cū cōfeſſus fuerat: licet peccatū oblitū tali modo eſſet caſus reſeruat⁹ /aut excōmunicatio: poterit nihilominus ſecūdus cōfeſſor eum abſoluere: q̆a cum iam a primo confeſſore eſt abſolutus a cōfeſſis: et hoc modo ab oblitis ſimiliter ab excōicatione etiam in foro penitentiali eccleſie: nō manſit excōicatio: nec caſus reſeruatus: ſed ſimplex peccatū ſolū: licet ſecūdus confeſſor non haberet autoritatē abſoluēdi in caſibus reſeruatis: ſed tātum in nō reſeruatis. Qđ bene notandum eſt: et valet pro illis q̄ cōfitenꝫ eis /q̆s eligunt vigore cōfeſſionaliū: quib⁹ concediꝫ facultas abſoluendi ab oibus cenſuris ꝛ caſibus reſeruatis: dūmodo tales intendāt confitentes abſoluere ab oibus cenſuris et peccatis cōfeſſis ꝛ oblitis iuxta facultatem ſibi cōceſſam: quod etiā intendere debēt dum abſoluunt. Similiter videꝫ dicendū dum q̆s omittit ꝯfitendum peccatū mortale /ex eo ꝙ ignorat ipſum fore mortale: qđ diſtinguendū eſt de ignorātia: ſi nō fuerit affectata craſſa vel ſupina: nō teneꝫ niſi illud peccatū cōfiteri quod ignorauit eſſe mortale: poſtq̄ inſtructus fuerit et cognouerit ipm eē mortale: ſecus ſi fuerit affectata vel craſſa: licet hic Ange. ſimpliciter reſpōdeat ꝙ in caſu nō teneꝫ peccata prius confeſſa iterare. ¶ Dubitaꝫ tertio de effectu cōfeſſiōis. Ad qđ reſpōdeꝫ ꝙ multi ſunt effect⁹ ac vtilitates cōfeſſionis rite facte. Unus eſt /remiſſio pene toti⁹ vel partis. Nam remiſſa culpa ꝑ contritionē preuiā vel concomitantē /manet aīa debitrix pene tꝑalis: q̄ in toto vel in ꝑte dimittiꝫ ſm diſpoſitionē cōfitentis. Et tā ex virtute clauiū / q̄ cōfeſſor habet facultatē aliq̄d remittēdi /q̄ etiā ex merito cōfitentis. Nam cū per penā volūtarie aſſumptā ꝯfitens meretur tanq̄ per ſatiſſactionē condignā remiſſionē pene: vt. s̄. dictū eſt. Et cōfeſſio facta homini vice dei /eſt valde penalis propter annexam verecundiā: ſeq̄tur ꝙ ſit pars ſatiſſactiōis. Secūdū opinionē aūt Sco. etiā ꝯfert remiſſionē culpe eius q̆ attritus accedit nō ponēs obicem: vt. s̄. dictū eſt diſt. xiiij. q. ij. Alius fruct⁹ eſt meritū premij beatifici propter obedientiā quā exhibet obediēdo legi diuine ꝛ eccleſie. Quod tanto maius eſt: quāto difficilius: ꝛ magis cōtrariū eſt humane verecūdie naturali. Tertius eſt inſtructio ꝯfitētis particularis: que multo fructuoſior eſt q̄ generalis: que in predicationibus fieri ſolet. Item quartus: taxatio ſatiſſactiōis facta a confeſſore: que ꝓpter poteſtatē clauiū reddit ſatiſſactionem efficaciorē ad pene remiſſionem / q̄ ſi ſolo confitentis arbitrio aſſumpta foret. Item quintus /eſt meritum obedientie in ſeruando et explendo ſatiſſactionem iniunctam: quia iniuncta. ꝛ plures alij fructus numerari poſſent. Et propter hos fructus conſequendos vberius / vtile eſt eadem peccata ſepius ꝛ plurib⁹ confiteri: dūmodo tamen confitēs hoc nō agit ex quadam diffidētia remiſſionis aut inefficacie ſacramenti prioris: ſcilicet ſemel facte confeſſionis. Nam ſcrupuloſis ꝛ nimiū timidis non expedit: q̆a ſm regulam Gerſonis /talibus expedit cōtra ſcrupulos ad cōſiliū et dictamen boni viri. Augetur eñ nōnunq̄ ex repetita confeſſione diffidentia. Augenꝫ ſcrupuli ꝛ vix remediabilis inquietudo cordis. ¶ Quarto dubitaꝫ: vtrum papa poſſit cū aliquo diſpēſare vt non teneatur cōfiteri. Reſpōdetur poſt Ricb. et Pal. q. ij. ar. vj. quia cōfiteri eſt de iure diuino: vt dictū eſt: papa q̄ ſubditus eſt iuri diuino: nō poteſt diſpēſare cū aliquo vt nō teneaꝫ cōfiteri in mortis periculo: ꝛ in ceteris caſibus ſpectātibus ad ius diuinū. Tempus vero determinatū: ſcilicet paſchale: et modus eſt de iure poſitiuo ſupra qđ eſt papa: nec eo ligaꝫ quoad ſe: neq̄ quoad alios. Et quantū ad illud /poſſet diſpēſare. Ex quo ſequiꝫ ꝙ etiā papa tenetur cōfiteri: licet forte nō ſm formā c. oīs vtriuſq̄ ſexus. ¶ Dubitaꝫ q̄nto: vtrū ꝯfitēs nō penitens nec ꝯtrit⁹ /ſatiſſaciat p̄cepto eccleſie. Petrus de palu. hoc dubiū late proſeq̄tur diſt. preſenti. q. vij. ponēs q̄nq̄ modos reſpondendi: pertractans ſimul: vtrū eccleſia poſſit precipere actum interiorem. Sed breuiter poteſt dici / ꝙ confitēs oīa peccata ſua ſemel in anno: licet fictus: ſatiſſacit precepto quantū ad litterā: licet non quantū ad eccleſie intentionē. Eccleſia p̄cipiens confeſſionē / precipit actū exteriorē quē ille facit: et ꝑ hoc liberat ſe a pena adiecta. Intentio vero eccleſie eſt: vt ſic fiat quatenus proficiat ad ſalutem confitenti: et hoc modo non implet: nec talis confeſſio eſt ſibi fructuoſa: vt patet ex ſupradictis. Et tantum de hac queſtione.

Nota (left margin, beside "teſt: quia abſolutio non debet eſſe cōditionalis")

Nota. (left margin, beside "uertendū ꝙ ſm Pe. de palu.")

Dub. 5 Y (left margin, beside "fessa iterare. ¶ Dubitaꝫ tertio")

Dub. 4. AA (right margin, beside "¶ Quarto dubitaꝫ")

Dub. 5. BB (right margin, beside "¶ Dubitaꝫ q̄nto")

¶ Queſtio. ij.

# Queritur ſecundo. A

Utrum quilibet obnoxius peccato mortali teneatur cōfiteri ꝓprio ſacerdoti. ¶ In tribus articulis queſtio abſolueꝫ. Terminorū declarationibus /cōcluſionibus /et ſolutionibus dubiorū.

¶ Quantū ad primū notandū / ꝙ queſtio poteſt dupliciter intelligi. Uno modo vt querat generaliter quantū ad omne tēpus: vt ſit ſenſus. Utrū obnoxius peccato mortali pro quolibet tēpore: ſiue quotiens cōfiteri voluerit: teneatur cōfiteri proprio ſacerdoti. Secūdo modo ſpecialiter ꝓ certo tēpore: puta ſemel in anno: prout ſpecificat. c. oīs. de peni. ꝛ remiſ. Et ſic dupliciter. Uno modo quantū ad oīa peccata illo anno cōmiſſa: etiam ſi prius alteri ſint cōfeſſa. Vel ſecundo quantū ad illa ſola / que poſt nouiſſimā confeſſionem /et obtentā abſolutionē a quocūq̄ ſiue proprio ſiue alieno ſacerdote /ſunt cōmiſſa. ¶ Secūdo notandum poſt Ocā in quodā tractatu cuius principiū eſt. Dat⁹ in ſociū: vbi tractat iſtā materiā: ꝙ poteſtas ligandi et abſoluendi in foro penitentie duplex eſt. Quedā cōfertur ex vi ordinationis in ſacerdotē: cum eps imponens manus ſup capita ordinādorū /dicit. Accipite ſpiritūſanctū: quorū remiſeritis ꝛc̄. Hec poteſtas in oibus ſacerdotibus eſt equalis: vt patet diſt. xxj. in nouo. et clarius. xxiiij. q. j. loquitur dn̄s. et. xvj. q. j. §. ecce in hoc capitulo. et. c. ſunt tñ nōnulli. Et poteſtas illa vocaꝫ poteſtas officij /vel ordinis ſacerdotalis: q̄ eſt inamiſſibilis: ſicut et character ſacerdotalis ordinis in quo hec poteſtas fundaꝫ. Alia eſt poteſtas executiōis: et hec eſt duplex. Quedā eſt executiōis ſimpliciter: ſine qua habēs poteſtatē primā /neminem ſoluit vel ligat: ꝛ hec aliquādo cū ordine nō accipiꝫ: ſicut quādo q̆s ordinaꝫ ab epō qui renūciauit epatui: vel quando quis ordinaꝫ ab epō nō ſuo /ſine licētia ſui epi: aut quādo ordinatur ab excōmunicato /degradato vel ſuſpēſo: quorū omniū vna eſt ratio: quia epi ordinātes in his caſibus /nō habēt executionis hmōi poteſtatē: et ideo ad alios illā nō tranſmittūt: q̄ quod non habet q̆s: alijs dare nō poteſt. j. q. j. qui ꝑfectionem. et. c. ſe. Et idem cōtingeret ſi forent eadem impedimēta ex parte ordinati. Poteſtas igiꝫ predicta accipiꝫ cū ordine: quādo nō occurrūt predicta impedimēta. ꝛ he due poteſtates dicuntur poteſtates ſoluendi ꝛ ligādi remote: q̄a poſſunt impediri. Alia eſt poteſtas iuriſditiōis: que req̄rit

Artic. 1. Nota. 1. (right margin, beside "¶ Quantū ad primū notandū")

Nota. 2. B (right margin, beside "¶ Secūdo notandum")

pꝛelationē ſuper aliquā plebem/vel perſonā tanꝙ materiā
ſuper quā exerceri debet tam pꝛima poteſtas ꝙ̄ ſecūda: vt
faber vel artifex nō poteſt operari niſi detur materia ī quā
opereť. Materia vero eſt pctm̄ per ſe: et ꝑ accidens pctō:
eo modo quo penitētie ſacramētū cōcediť habere materiā
de quo. s̄. diſt. xiiij. q. ij. Et he due poteſtates ſecūda et ter⸗
tia executionis ⁊ iuriſditionis/nihil dicunt ſuperadditum
pꝛime poteſtati oꝛdinis ex parte ſacerdotis/ſiue in ipſo ſa⸗
cerdote: ſed ſecūda vltra pꝛimā dicit remotionē ꝓhibitio⸗
nis: ne vtatur poteſtate cōceſſa in ſua oꝛdinatione: qua re⸗
mota/vti poſſet materia in quam. Tertia. ſ. iuriſditionis/
dicit ſubiectionē materie. Materia em̄ illa ī quā poteſtas
illa exerceri poteſt: eſt pctōꝛ ſubditus. Unde in hoc diciť ſa
cerdos habere poteſtatē iuriſditiōis: quia ſubijciť ei mate
ria in quā exercet poteſtatē oꝛdinis. Eſt ergo poteſtas oꝛdi
nis poteſtas ad vtrāq₃: executionē ſcilicet et iuriſditionē:
ſed remota. Fit aūt ꝓpinqua remotis impedimētis/ ⁊ ſub
Nota. 3. E iecta materia. Et de hoc latius diſt. ſequēti. ¶ Tertio notā
dum/ꝙ poteſtas iuriſditionis eſt duplex. Quedā oꝛdina⸗
ria: que. ſ. cōuenit alicui ratiōe beneficij aut dignitatis in q̄
vel qua cōſtitutus eſt ipō iure. Et talis eſt poteſtas p̄latoꝝ
⁊ curatoꝝ: et hi poſſunt vices ſuas alijs cōmittere: vt habe
tur de offi. iudi. oꝛdi. his quibus. Alia eſt poteſtas iuriſdi⸗
tionis delegata vel cōmiſſa/ſiue extraoꝛdinaria. Et hec eſt
duplex: quia q̄dā eſt limitata ſolū ad arbitriū cōmittētis et
per ſe nullo iure ſuffulta: vt eſt poteſtas adiutoꝝ: quos cu
rati aſſumunt in ſubleuamen laboꝛis audiendi cōfeſſiones
ſiue cōmiſſio eis fiat generaliter ad oēs parochianos: ſiue
ad aliquos ſpecialiter: ſiue ad vnū ſingulariter. Alia eſt po
teſtas quaſi media inter oꝛdinariam et cōmiſſam: que ſer⸗
uata foꝛma in iure ſtatuta/ampliari poteſt cōmittētis arbi
trio ⁊ nō reſtringi: hec eſt poteſtas fratrum mendicātiū ſer
Nota. 4 D uata foꝛma expꝛeſſa in. c. dudū. de ſepultu. in cle. ¶ Quar
to notandū/ꝙ in eccleſiaſtica hierarchia ſemꝑ debet eſſe
vnus ſummus p̄nceps vel hierarcha: in quo plene reſidet
tota poteſtas iuriſditionis: a quo ad inferioꝛes pꝛeſidētes
quoſcunq₃ mediate vel immediate oīs eccleſiaſtica iuriſdi
tio/iuxta ſummi pꝛincipis arbitriū ſine ſue poteſtatis detri
mēto deriuať: vt habeť in. c. loquiť dn̄s. s̄. allega. xxiiij. q.
